

in Quart. Senten.

o criminis exigatur, ut vir possit vxori,
um denegare: Respondetur illam satis es-
rae in foro ecclesiae ad faciendum dinor-
sufficeret: nempe, si eam cum adultero
dem cubili repererit, aut aliter amplexa
sam alia minima indicia & rumores leuio-
non sufficerent. Vnde verbum illud Hi-
mi super Math: ca. 19. quod citatur gan.
t Dominus. 3. 2. q. 1. Vbi cumq; fornicatio
el fornicatiois suspicio, libere vxor dicit
non sic intelligitur, ut suspicio sola suffi-
t bene ait ibi glossa, sed sit causa in qui
i legitima testimonia. Nisi suspicio veh-
tissima fuerit, quæ pro legitimo testimo-




præsumptione valeat.

Dubium.

is adulterium intellexit, ab ista debitum
e, non tamen reddere. Et videtur posse:
us petendi non perdidit. Respondetur
n nequaquid id licere, sed eligere debet, aut
edere nec reddere. **Reddere:**

rim debet d...
tendo iam ce...
rum vero vx...
arto tamen cre...

et, possit debitum ac...
im no posse, eo quod fracta fide videtur
ridisse. Respondetur nihilominus pos-
in opusculo quodam ait Caietanus: quia
Ad hoc affat. 3. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.



GRANDE HOSPITAL REAL
GRANDE AVILA
46
29

B-5766


DE NOTHIS SPVRIISQVE FILIIS,

LIBER SINGVLARIS

Gabrielis Palæoti, S. Romanæ Ecclesiæ
Cardinalis, ac Bononiensis
Iurisconsulti.



IN QVO OMNIA, QVÆ AD
hanc materiam pertinent, copiosissimè si-
mulac doctissime tractantur.



DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.

E. 2º. C. 29 N. 13

FRANCOFORTI,

Ex Officina Typographica Nicolai Bassae.

M. D. L X X I I I I.



ad perendum dicitur inquitur, pro
 est vir potens, nequit cum abigere. Præ
 Neque vero tenetur adulterum occidere
 sed manere cum illa necessitate compul
 se inuito & egerime ferentem illam delinq
 caute custodiat, ita ut vicini intelligere v
 vxorem acriter reprehendat, & quam pe
 milibus casibus profecto satis est, quo
 agricultura & alij operis vacare. Ergo
 quere & potum conficere: aliter vinuq
 adseruari, sed debet vxor quotidie cum
 his nanque illorum non potest in crast
 in summa necessitate vxoris societatis
 relatum referam: vitam enim illius de
 modare. Exemplum mihi ab Infranis
 ne tunc tenetur se, abijciendo illam, in
 nimis indiget, ut se faciat. Item se
 re manuum suarum vitæ, quam ob rem
 & pauper. Item si est vir infirmus, aut pauper, qui
 Vir infirmus
 tali periculo se obijcere, ut vxorem rem
 periculo, abstinere: re vera tunc non ten
 tur, quare nequit ab vxore, nisi cum in
 pe, si vehementibus carnis illecebris de
 non eundem datum sed acceptum esset.
 tenetur ap ea separari: quia tunc scand
 inculam potest aliter eluere, certe tunc
 te & canones corrumpunt. Si tamen
 suo perdere. Et hoc est quod rationes sup
 quane det scandalum, tenetur aliquid de
 Disting

Nota consi-
liar.

Exemplum.

& pauper.

Nota.

A. B O C C H I I
I N M A T E R I A M S P V -
R I A M L E G I T I M A T R A C T A T I O -
N E G A B R I E L I S P A L A E O T I
Iurconsulti Bonon. illu-
stratam.

SI Notha materies studijs tractarier olim

Legitimis potis est, iam potis ecce tibi.

Hanc nouus ab summo Gabriel demissus Olympo


Naturæ cæcis protulit è tenebris.

ERGO tanta illi debetur gratia, quanta

fit qui aliquid possunt de nihilo efficere.

I V L I O I I I . P O N T . M A X .


G A B R I E L P A L A E O T V S S .



V M te nuper diuino numine nobis prin-
cipe dato, iam secunda omnia, & Christia-
næ Reip. salutaria ab incredibili sapien-
tia, ac vitæ tuæ integritate iure cœpta sint
sperari: haud mirum est certe, tam multos
ad te ex longinquis etiam terris summo
cum plausu, & gratulatione, ad tam fau-
stum Dei manus agnoscendum, atque venerandum quoridie
confluxisse. Ego quoque, cum præclaro tuo familia nostra
patrocínio iam pridem niteretur, decreueram omnino, tum
communi quodam, & præcipuè ciuium nostrorum munere,
tum priuato meo erga te obseruantia iure, isthuc ad san-
ctissimos tuos pedes deosculandos excurrere: sed cum ve-
rerer, ne in tam frequenti, præsertim saluatorum conuen-
tu huiusmodi officium vix appareret, curandum mihi puta-
ui, vt alia ratione, meæ erga te fidei, atque obseruantia cui-
dentius testimonium darem. Quapropter collegi nonnulla
ex commentariunculis, vigilijsque meis, quæ nunc augu-
stissimo nomini tuo consecrarem, non eo quidem, quod nõ
intelligam, Maiestati isti tuæ multo maiora, & ampliora de-
beri, sed quod non patitur fortunæ meæ tenuitas, alio me
aptiore officij genere ad venerandos pedes tuos procumbe-
re. Et sane, cuius potius hæc ex Iuris Ciuilis disciplina à
me de prompta, debebantur, quam Principi illi, qui per hos
scientiarum gradus, diuina quadam adiutus animi præstan-
tia, ad summam rerum humanarum fastigium ascendisset?
Spero equidem ex eo maxime aliquid ponderis lucubratio-
nibus hisce meis accessurum, quod primi penè illarum fru-
ctus ad te primùm, quo nihil excelsius inter homines re-
peritur: deinde abs te ad cæterorum manus debeant perue-
nire. Quod si eadem tibi non nihil probari intellexero,
aut saltem meam hanc erga te studij, & pietatis te-
stificationem non ingratham esse, tum verò cu-
mulatè me ex illis præmium retulisse,
prorsus existimabo. Vale Bo-
nonia. Kal. Octobr.
M. D. L.

ALEXANDRO FARNE-
sio, Cardinali Ampliss.

GABRIEL PALÆOTVS S.



*V*O studio, atque obseruantia Iu-
lium III. Pontificem Max. prose-
quaris, qua ille rursus te beneuolen-
tia, & paterna planè charitate cõ-
plectatur, facile inde omnes intelli-
gunt, quòd prestantissimo auo tuo Paulo III. in
coelum reuocato, in huius nunc singulari erga te vo-
luntate, perinde ac ipsius in te aui amore conqui-
escas. Qua de re ego, qui veterem meam in te fidem
& studium, aliqua grati animi significatione tibi
declarandi, semper fui cupidissimus, cum nũc que-
dam ex Legum disciplina collecta emittere sta-
tuisssem, volui hac in eiusdem Julij III. Pont. no-
mine apparere. speraui siquidem, meum hoc officium
utrique vestrum hac ratione iucundius futurum.
Tibi, quòd hac tui amantissimo Principi à me, qui
totus in are tuo sum, dicata videas: illi, quòd hos ve-
teris tui clientis labores, tuis auspicijs lucubratos,
nunc tuo veluti nomine sibi consecratos agnoscat.
Sed utinam, sicuti meum hoc consilium tibi pro in-
credibili humanitate tua probatum iri confido, sic
res ipsa tanti viri maiestatem, conspectumq; adire
non omnino esset indigna. Verùm quemadmodum
hi, qui aduersum solem cupiunt intueri, vereturq;
ne eius splendor oculorum aciem praestringat, solent
dioptra

P R Æ F A T I O.


dioptra interiecta, tutius optati luminis contem-
platione potiri: sic ego ad tuam, Patrone benignis-
sime, Amplitudinem, atque auctoritatem confu-
gio, qua meis hisce vigilijs det spiritum, ac ad tam
venerandum numen faciliores aditus prebeat.
Quid enim verear, si diuina virtutis tue his acce-
dat presidium, quin coram eo & longè ornatiores
prodire, & grauissimam etiam illius mentem, ali-
quando ad se possint allicere? Non dicam verò, id te
etiam iure his debere, quandoquidè hac in tui gra-
tiam elaborata, tui quoque nominis equissimum
sit niti dignitate: sed id quidem fateor, nec his hono-
rificentius, nec mihi optabilius quicquam illustri
istò tuo patrocinio accidere posse, ut ita & mea er-
ga te obseruantia testimonium, veluti publicis per-
scriptum tabulis, relinquatur, & ceteri etiam in-
telligant, huiusmodi officij genus tibi optimo & cla-
rissimo Principi non esse iniucundum, ac postremo
tuis veluti manibus hoc quicquid est operis, Prin-
cipum omnium supremo, qui prapotentis Dei
vice in terris fungitur, oblatum, multo
plus ponderis, & auctoritatis conse-
quatur. Vale Bononia.

3. Non. Octob.

M. D. L.

) (3 A D

AD LECTOREM.



VM INTER OMNIA bonarum artium & literarum studia, eum semper Iuris ciuiliſ ſciētia locum tenuerit, vt qui ad veram ſolidamque gloriam peruenire contenderint, ad hunc maximè vitæ curſum rationes ſuas inſtituerint: mirari mihi permulti fruſtra videntur, cur hodie tam varia, obſcura, incertaque hæc noſtra Iuris diſciplina eſſe videatur. Cùm enim, quò maiore in hominum exiſtimatione poſita quæq; eſt ſciētia, eò & acuta magis excitet ingenia, ad ſuiq; alliciat cognitionē: certè nulla fuit opinor ætas iam multis ab hinc ſeculis, quæ nõ aliquos magno animo, ſummoq; ingenio tulerit viros, qui huic ipſi ſciētiæ manum ad mouere conati fuerint, eamq; Commentarijs ſuis ornare. Ita verò ſæpe contingit, vt quò maiorem rei alicui ſplendorem afferre tentas, eò plerunque illam obſcuriorem reddas, vbi colores ipſi, quibus res illuminanda erat, parũ inter ſe conueniant. Sic factum eſt diſſidentibus inter ſe noſtris Interpretibus, ſingulisque nouas quotidie opiniones veteribus contrarias afferentibus, vt non modò Iuris ſciētiã nulla ferè in parte illuſtrarint, ſed ex ſummo illò candore, & quaſi luce, in qua antea verſabatur, in denſiſſimas tenebras reuocarint, iamque increbrefcente indies magis librorũ multitudi- ne, Ius ciuile ſua inceperit quaſi magnitudine laborare. Vtinam verò hoc ſolo idam- nandi eſſent, quò immenſo, vt inquit Liuius, aliarum ſuper alias aceruatarũ legum cumulo Ius totum inuoluiffent, ſed grauius id quoque multò eſſe ſentio, quò dum certatim ſtudent, vt aliquid in hanc vaſtam legũ ſyluam pro animi ſui libidine importent, omnes ferè in eadem ſemita inſiſtentes, ijs tantum verboliſſimè tractandis, totos ſe dedidere, quæ aut ſatis per ſe clara, aut à veteribus, quantũ res poſceret, non incom-
modè

AD LECTOREM.

modè eſſent enucleata: Interim verò ſi quid erat obſcurius, diligentiq; aliqua dignius animaduerſione, ea ab his prætermiſſa, & neglecta fuerunt, imperitorum more Medicorum, qui integra & valentia membra inutilibus debilitant medicamentis: & quæ infirma ac imbecilla fuerant, his nullam adhibent curationem. Hæc autem non de vniuerſis proſus Iuris profeſſoribus ſanè loquor, ſat enim ſcio nõ nullos etiam extitiſſe ſummo ingenij acumine, & nominis celebritate viros, qui à vulgari aliorum curriculo deſectentes, in hanc partem immortali ſua cum laude incubuere: ſed ad alios, vt numero quidam longè plures, ſic & iudicio inferiores hic ſermo pertinet, qui cùm hanc legum ſciētiã industria ſua augere cuperent & adiuuare, in quibusdam deinde ſuperuacaneis, & ſapiſſimè quoque ab alijs tractatis argumentis, omnem ſuam poſuerunt, aut potius luſerunt operam, nec animaduertunt interim, quàm multa in legibus iaceant ad hæc uſque tempora ignota, omnibus intacta, cognitu quàm maximè neceſſaria, quæ ſi quis paulũ excitare, & ad meliorem uſum quærat redigere, id merito legum diſciplinæ plurimum profuiſſe, & ſempiterna in poſterum fama digniſſimus iudicetur. Hæc cùm mecum ego animo repperem, incredibiliq; auderem ſtudio, huic parti, in qua plurimi defeciſſe viderentur, aliquando laboribus vigilijsque meis ſuccurrendi, multa me hætenus, quæ nunc commemorandi nõ eſt locus, ab hac cogitatione reuocarunt. Cùm tamen proximis ſuperioribus menſibus inter amicos, vt ſæpe ſoleo, de Iuris quaſtionibus diſceptarem, mirificus quidam caſus ita me ad hoc ſcribendi genus impulit, vt ſaluo vix officij mei iure me facere poſſe exiſtimarim, vt huic negotio deeſſem. Nam cùm ſermo forruirò nobis de filijs non legitime natis incidiffet, ſummaque inter nos de eorum conditione exorta cõtrouerſia, videlicet an ciues Romani, & æquo cum alijs iure olim cenſerentur, An magiſtrari-
) (4 bus,

AD LECTOREM.

bus, & muneribus publicis fungi possent, An hæredes institui, An cum alijs Romanis ciuibus matrimonium contrahere: & in summa, an vlla in re à cæteris ciuibus distinguerentur: affirmarent autem nonnulli, nihil satis certum aut exploratum de ijs posse responderi, statui ego mecum, quod & munus meum quasi postulatum videbatur, de toto hoc negotio accuratius aliquanto cogitare, & vnde cūque possem ea decerpere, quibus materia hæc, quæ ijs adeò obscura videretur, quàm maximè fieri posset, illustraretur. Impulit verò ad id me potissimum, quòd dum opus hoc meditarer, animaduerti hæc à nemine perfectè literis tradita esse, quin potius ex varijs authorum libris, cum alij hæc aut omnino prætermiserint, aut summis tantum digitis attingerint, maiorem ideo ambiguitatē posteris fuisse relictam. Nam cum & ego aliàs existimarem, ex historicis, & humaniorum literarum professoribus, facile posse his quæstionibus aliquod lumen afferri, perspexi dein de nullos inueniri ex his authoribus, qui felici illo seculo bonarum literarum florere, aut paucissimos admodum, qui vllam de Nothis mentionē facerent. Quæ res meritò magnam suspicandi causam aliquando præbuit, aut nullos tunc illegitimos agnitos fuisse, aut re multò aliter ijs temporibus se habuisse, ac vulgo existimetur. Et sanè quis non magna afficiatur admiratio, ne, cum Ciceronem in tot libris, orationibus, commentarijs, nusquam illegitimè natum quempiam, aut nothum aut spurium, nominantem legat? Plautum, quoque Terentium, Liuium, & earum ætatum viros, nunquam aut perrarò, de his illegitimis loquentes videat? Namq; cum apud Græcos quidem, & quosdam alios authores, nonnulla sæpe de Nothis scripta reperiantur, quæ aut ex proprijs Græcorum legibus referuntur, aut ex aliarum quoque gentium ac nationum institutis: quis non miretur, cum ad Romanorum mores, leges ritusque descendimus, hoc ipsum spurij nomen, aut quocun-

AD LECTOREM.

quocunque modo illegitimè natos vocarint, in veterum illorum authorum libris vix reperiri, omnemque eorum memoriam aut neglectam, aut penè extinctam fuisse illis temporibus videri? & quicquid de ijs traditum sit, id totum ferè adud eos authores extare, qui longo post antiquos illos interuallo florere? De nostris verò interpretibus quid loquar? qui pauca adeò de ijs monumentis suis mandarunt, vt certam ex eorum libris materiae huius cognitionem assequi nequeas, cum & illa qualiacunque sint, sparsim dissecta reperiantur, & obscurè, variè, & pleraque etiam imperitè nimis prolata. Extare quidem vulgo Commentarium quendam scio hoc argumento conscriptum de naturalibus liberis, sed quàm plenè & perfectè hanc materiam complectatur, alij viderint. Id quidem certum est, ea quæ maximè cognita digna erant, ab illo prorsus silentio prætermitti, cæteraque ieiunè admodum, potius ex alijs sumpta ab eo referri, quàm è proprio ipsius penore deprompta, ita vt is author, quod ad hanc partem pertinet, nullo ferè in numero habendus videatur. Ipse planè id scio, curasse me imprimis, vt quicquid de Nothis quomodocumque dubitari posset, hic disputatum enucleatumque reperiretur. Reprehendere enim eos ego quandoque soleo, qui cum ad opus aliquod tractandum aggrediuntur, prætermittunt aliquid, quod illius argumenti proprium sit, mancamaque & quodammodo inchoatam propositam materiam relinquunt. Ego igitur in omnibus quæstionibus, dubitationibus, & alijs, quæ de illegitimis dici possunt, colligendis, sic sanè elaboravi, vt, ni fallor, nihil cuiquam in mentem venire possit, quod ad hoc illegitimorum filiorum argumentum spectet, quod hic non declaratum, definitumque, si quis hæc diligenter legerit, possit reperire: vt si non alià ob causam, ob hanc certè meus hic labor nec inutilis, nec prorsus contemnendus debeat videri. Propterea nec mirum cuiquam esse debet, si nos parum in hoc opere vagatos, digressosque esse vi-

AD LECTOREM.

deat, nec de legitimatis filijs, quæ materia valde huic no-
stræ finitima & cognata erat, quicquam ferè attigisse,
id enim à me consultò factum est, vt ea hîc tantû, quæ
de illegitimis habentur, complecterer, dum scilicet in-
iustos adhuc natales retinent, in pristinaq; illa persi-
stunt conditione, quâ à parentû concubitu duxerunt.
Cæterû quæ de ijs dici poterant, qui vel natalibus re-
stituti sunt, vel ijs se restitui cupiunt, aut legibus cõ-
tra eos latis solui, hæc & multi egerûnt, & alius ille est
campus, quem nos in præsentî optima de causa nolui-
mus intrare. Secutus autem sum in his tractandis, eru-
ditissimorum virorû iudicium, qui immensam illâ le-
gum, locorum, & authoritatum congeriem abhorren-
tes, quæ ad ostentationem potius, quàm ad docendi in-
stitutum comparatur, insigniora tantû quædam ad-
notare solent, & fontem ipsum præcipuum common-
strare, vnde cætera hauriri possint. Ipse quidem, in re-
bus potius propriè & apertè explicâdis, quàm alijs au-
thoribus, laudâdis sollicitus, sicut illa sanè quæ neces-
saria erant, indicare non prætermisi, sic nimium illud
quorundam studium hæc omnia ineptè & inutiliter
cumulandi, prorsus neglexi: vnde & hæc etiam quæ-
cunque essent, marginibus adscribere malui, quàm in-
ter dicendum & disputandum inferendo, contextum
ipsum orationis interrumpere, & legentis animû, nûc
huc, nunc illuc, toties varijs nominandis authoribus
distrahere. De stylo verò & dictione ipsa, non multû
sanè laboraui, non eò quidè, quòd non eos summope-
rè probandos censeâ, qui Iuris civilis studio, rectè quo-
que dicendi facultatè adiunxere, sed quòd is, qui sibi
certâ legè vult imponere, nec alijs verbis vitur quàm
quæ à probatissimis Latinæ linguæ authoribus vsur-
pantur, is nescio quàm feliciter vllâ in iura materiam
vnquâ sit tractaturus, cû sæpius multa occurrant, quæ
nilî iisdè loquèdi formulis, quibus ab alijs tradita fue-
runt, explices, adèd infulsa, obscuraq; appareant, vt &
legens

AD LECTOREM.

legentium animos mirè torqueant, & tu nunquâ, pot-
leas licet summa dicendi copia, ea sic aptè queas expo-
nere, vt natiuis suis illis, & peculiaribus verbis potuif-
ses. Ego planè vt nulla certa me lege adstringere in
his disputandis volui, atq; omne omni tẽpore cû Ci-
ceronianis viris certamen fugiendû existimaui: sic non
inficior, me quædã verborum monstra, & barbaras ni-
mium dictiones, vbi cõmodè id fieri posset, euitasse, at-
que hacratione non omnè quidem verborum delectû
omnino esse aspernatû, sed tamen nec in ijs perquiren-
dis adèd sollicitû, atque in vtendis penè religiosum, vt
quidã solent, extitisse. Fateor itaq; maiorè multò me
curam, studiumq; in rebus ipsis inueniendis, disponè-
dis, & declarâdis, quàm in verbis deligendis, posuisse.
Propterea nec vllâ mihi hoc nomine laudè acquiri cu-
pio, si qui dictionè ipsam tantû commendare, sed ma-
teriam, ordinè, nostram in quæstionibus dissoluendis
sententiâ minimè probare velint. Qua enim laude Ar-
chitectus ille dignus sit, qui varijs picturæ generibus
& Emblematis exteriorè ornet parietem, cû interim
nec fundamenta beneiacta, nec ligna aptè contignata,
& totius ædificij structura vitium faciat? Quòd si quis
contextum nostrû prius, & materiâ ipsam non dãnã
dam putet, tunc non negligam sanè, si eidè & hæc ver-
borum ornamenta qualiacunque sint, intelligam non
displicuisse. Hæc verò ego omnia diuerso quidè consi-
lio in initio aggressus eram, quàm vt ea vllò vnquam tẽ-
pore foràs darem, nèpe vt hæc ad memoriam meam ita
adnotata mecû haberem, quæ veluti in penore custodi-
ta, vbi mihi amicisq; meis vñus venisset, ad manû habe-
re possem. Verûm cû multa collegissem, maiusq; mihi
re vera opus surrexisset, quàm antea existimarã, nõ de-
fuerunt qui me assiduè monerèt, vt hæc omnino emit-
terem, quòd materiam à nemine hætenus illustratã,
ita ijs viderer pertractasse, vt ex ea Iuris studiosi om-
nes non mediocrem quoque vtilitatem possent conse-
qui.


AD LECTOREM.

qui. Ego verò quamvis hoc ipsum in multis semper reprehendissem, qui nimium sibi indulgentes affectato quodam ambitionis studio, sua quamprimum scripta, nec limitata adhuc, nec perpolita, vulgari paterentur, cum tamē animaduverterem maximam harum meorum lucubrationum partem, aut rebus quibusdam constare, quas adhuc alij non attigissent, aut alijs opinionibus, quæ communes Interpretum sententias oppugnarent, studijs meis etiam melius consultū iri putavi, ut hæc aliquando exirent, quàm ut diu intra priuatos parietes à me cōprimātur. Cū enim hæc à me ingenij tantū exercendi, & veritatis assequendæ causa essent elaborata, quid aptius facere poteram, quàm in his hominum iudiciū experiri: ut si quid horum publicè probatum cōperissem, tunc demum id non perperā dictum, mihi tutò possem persuadere: sin contrā, tunc quoq; in his pedem referre, & aliquando ea corrigere liceret, quæ aliàs si cōtinuissem, potuissent ingenium, quod *φιλαυτία* nimium plerunque deprauatur, & his ipsis assuefacere, & assiduo illo ac clandestino vsu, ad alia quoque & deteriora prochiue ducere. Fuit igitur in hac editione id mihi præcipuè propositū, ut aliorū hoc pacto sententiā tentarem, & saltē ijs, qui sublimiori præstant ingenio, ad hæc acutiùs & accuratiùs persequenda, aditū aperirem. Propterea nec illud ego, quod cæteri in operibus suis tantoperè vereri solent, valde abominor, ne quis scilicet syntagma istud contrarijs scriptis aliquando velit redarguere: si qui enim id ambitiosè, impudenterq; ue nimis facere, carpēdi potius & obrectādi studio voluerint: quid ego istorum, ut leuissimè dicam, putidorum hominū inanes voces morer, quæ suis seipsas latratibus conficiant, nec ab elegantissimo viro, vlla profus æstimatione dignentur: Quod si eruditi literatiq; viri certis hæc rationibus duxerint confutanda, tunc tantū aberit, ut id ego molestè ferā, ut quò pluribus & solidioribus argumentis sua

AD LECTOREM.

sua probarint, maiorem me quoque ab his gratiā inijisse putem, qui non indigna hæc duxerint, in quibus improbandis operam ipsi suam collocarent. Porro ut cunq; res cedat, non multam me vituperationem futurum confido, quamvis aliqua ex his non admodū sint placitura. Quæ enim ab eo expectāda sunt, qui nuper ad Iuris publici proficendi munus accesserit? Me quidem scio, ob id minus à scribēdo deterritum fuisse, cum quòd ante me neminem in hoc opere versatū viderem: tum quòd à recenti professore non eadem requirenda intelligerem, quæ alios maiora multò stipendia emeritos iure optimo præstare decet. Cupio itaq; hæc omnia ab omnibus in bonam partem accipi: & si quis meliora his, aut veriora nactus fuerit, ea in publicum proferri, ut ita collatis inter se omnium sententijs, tandem veritas ipsa, quod mihi maximè curæ est, faciliùs deprehendi possit.

A R G V.



ARGUMENTA CAPITULI tum huius libri.



A n initio omnes ex quocunque concubitu suscepti filij legitimi haberentur.	Cap. 1.
De prima illegitimorum origine.	Cap. 2.
Illegitimi qui proprie olim dicerentur.	Cap. 3.
Matrimonium quomodo olim contraheretur, ut ex eo legitimi existerent filij.	Cap. 4.
Quznam hodie ad verum matrimonium Iure ciuili aut pontific. requirantur.	Cap. 5.
De varijs causis matrimonium impediens.	Cap. 6.
An ex illicito concubitu, affinitas vlla oriatur, quæ matrimonium impediatur.	Cap. 7.
An hodie in nuptijs filiorum, consensus patris sit necessarius.	Cap. 8.
Ex matrimonio, quod putatiuum dicitur, an filij legitimi orientur.	Cap. 9.
An vnquam ex illegitimo matrimonio, legitimi orientur filij, aut ex iustis nuptijs iniusti liberi.	Cap. 10.
De concubinis, & naturalibus filijs.	Cap. 11.
Qui naturales dicantur, & concubinarum vsus, quando fuerit sublatus.	Cap. 12.
De filijs naturalibus ex seruorum consortijs.	Cap. 13.
In quo naturales seruorum filij, à cæteris naturalibus ingenuis differant.	Cap. 14.
Nati ex seruis, an hodie legitimi dici possunt.	Cap. 15.
De vario illegitimorum filiorum genere.	Cap. 16.
Qui sint Nothi, Bastardi, & de alijs illegitimè natis.	Cap. 17.
Vnde dicti Naturales, Spurij, Vulgo concepti, Nothi, Bastardi.	Cap. 18.
Ex cohabitatione viri & mulieris, an præsumatur matrimonium.	Cap. 19.
An in dubio aliquis legitimus, vel illegitimus sit censendus.	Cap. 20.
An quis se filium certi patris, verè possit probare.	Cap. 21.
Quibus ex coniecturis quis filius alicuius præsumatur.	Cap. 22.
An ex sola parentum nominatione, aut vicinæ fama, quis filius censeatur.	Cap. 23.

Quæ

Quæ potiores sint coniecturæ, vbi quæstio est, an quis sit filius.	Cap. 24.
Quid, si quis nunc filius, nunc alicuius habitus fuerit, & quædo plura inuicem repugnant.	Cap. 25.
An illegitimi se ex certo patre natos probare possint.	Cap. 26.
In testamentis, an filij appellatione, naturalis contineatur.	Cap. 27.
Quomodo accipiatur conditio, si sine liberis, ei iniuncta qui religionem profiteretur.	Cap. 28.
Filij testamento purè nominati, an naturales comprehendantur.	Cap. 29.
Emphyteosis Titio & filijs concessa, an de naturalibus intelligatur.	Cap. 30.
Emphyteosis ecclesiastica pro se & filijs acquisita, an ad naturales pertineat, an etiam si legitimati sint.	Cap. 31.
Vtrum in lege communi, vel Municipali, filiorum appellatione illegitimus complectatur.	Cap. 32.
Quando in legibus, appellatione filiorum, veniant illegitimè nati.	Cap. 33.
An l. si vnquam. C. de reuoc. don. habeat locum in illegitimis filijs.	Cap. 34.
An Iure Digestorum, naturales parentibus succedere possent, & an ciues Romani haberentur.	Cap. 35.
Quis primus de naturalium successionibus, apud Romanos aliquid sanxerit, & quid de ijs primi fuerit constitutum.	Cap. 36.
Vera & noua declaratio l. Lucius. De vulg. & pup.	Cap. 37.
Naturales filij, quomodo olim, quomodo hodie succedant.	Cap. 38.
De parentum & transversalium successionibus in bonis naturalium.	Cap. 39.
An spurij à patre institui in testamento possint.	Cap. 40.
An pater, filijs natis ex diuersis concubinis, quid possit relinquere, & spurij quomodo succedant matri.	Cap. 41.
Spurij nati ex coniugato & soluta, an parentibus succedere prohibeantur.	Cap. 42.
De spurijs ex damnato coitu, & si quid illis in fraudem fuerit relictum.	Cap. 43.
Rogatus hæreditatem restituere, cui ipse velit, an possit testatoris filium spurium eligere, An etiam proprium sui ipsius spurium.	Cap. 44.
Cautelæ variz, ut spurij à patribus institui possint.	Cap. 45.

An

An hodie Iure Canon. spurij alimenta à parenribus debeantur.	Cap. 46.
An æquè in Cæsaris iurisd. ac terris ecclesiæ	Cap. 47.
An mater æquè ac pater eos alere teneatur.	Cap. 48.
An pater filia spuria dorem dare cogatur.	Cap. 49.
Quatenus liceat patri filiam spuriam dotare.	Cap. 50.
Soluro matrimonio dos spuria ad quem pertineat.	Cap. 51.
Qui sint tutores illegitimorum filiorum.	Cap. 52.
An nepos legitimus ex filio spurio possit ab Avo hæres institui, aut nepos spurius ex filio legitimo.	Cap. 53.
An valeat statutum, quo spurij æquè cum legitimis, ad parentum successionem admittuntur.	Cap. 54.
An spurij infames habeantur.	Cap. 55.
An dignitates iure civili adipisci, anque Tabellionis saltem munus possint exercere.	Cap. 56.
Iure Pontifi. an vlla eis munera deferantur.	Cap. 57.
An pensiones ecclesiasticas, aut ius patronatus, possint obtinere.	Cap. 58.
An dicantur de familia patris.	Cap. 59.
An de genere, agnatione, domoque paterna appellentur, anque gentilitijs insignibus liceat his uti.	Cap. 60.
An nobiles dici possint.	Cap. 61.
Si natalibus restituantur, an eo ipso nobilitatem consecuti dicantur.	Cap. 62.
De infantibus expositis, & alijs, quorum parentes ignorantur.	Cap. 63.
Qui alium spurium appellauerit, an iniuriarum actione teneatur.	Cap. 64.
Cur spurium nasci turpe habeatur: atque illegitimi male audire soleant.	Cap. 65.
Nomina aliquot insignium virorum, qui illegitimi fuerunt.	Cap. 66.

TRACTATUS

TRACTATUS
DE NOTHIS
SPURIISQUE FILIIS,
ILLVSTR. ET REVERENDIS.
Gabrielis Palæoti, S.
Rom. Eccles. Cardinalis.

AN INITIO OMNES EX
quocunque concubitu suscepti filij, legitimi haberentur.

- 1 *Ante leges scriptas, an aliquid illegitimè factum dici possit. & num. 9.*
- 2 *Quid Cicero de primaeva hominum conditione senserit.*
- 3 *Quis primus leges scriptas populis ediderit, & quo tempore.*
- 4 *In sacris literis illegitimè natos sæpe nominari.*
- 5 *Duplex ius naturale, præter vulgarem Doctorum differentiam.*
- 6 *Quomodo id quod de iure naturali est, censeatur prohibitum, aut permissum.*
- 7 *Ius naturale, in homine, quomodo accipiat.*

A 8 Cur

- 8 Cur promiscuus concubitus fuerit prohibitus.
 9 Iure naturali, delicta etiam damnari.
 10 Lex quid sit, & quando inventa.

C A P. I.



V M de filiis illegitimis sumus tractaturi, ut omnia recte, atque ordine tradantur, necessarium duxi de eorum origine nonnulla imprimis recensere. Cum enim materia perquam obscura sit, variisque sparsim implicita quaestionibus, nos, quibus haec omnia, quoad eius fieri poterit, dilucide explicare, atque in vnum colligere, propositum est, nihil aptius facere posse arbitrati sumus, quam ab ipsius rei veluti ex cunabulis exordiri, ut ita ad reliqua, quae consequentur, facilius hinc aditus pateat. Dicemus igitur primo, essent ne initio aequali omnes iure homines, & quonam primo tempore hoc illegitimorum nomen ceptum sit usurpari. Qua quidem de re, inter grandissimos Iuris interpretes, magnam olim fuisse controuersiam legimus, Ricardumque Malumb. acris ingenij virum, in quadam disputatione, ut refert Bartolus, respondisse, Iure

a Bart. l. 5. de concub.

Iure naturali primo, quemcumque concubitus passim licitum fuisse, omnesque ex quovis coitu susceptos liberos, legitimos extitisse, seruatumque id eousque fuisse semper, quoad latae sunt scriptae ab hominibus leges: illis enim, cum deinde certi hominum matrimonij fines essent constituti, ita post factum, ut qui eos limites essent egressi, primi illegitimos viderint filios, cum antea hoc ipsum nomen esset ignotum. Quae opinio placuit sane multis, a tum quod expresse Iustiniani verbis videretur approbata, b tum etiam, quod cum haec maris & foeminae coniunctio, de iure naturali sit, c non potuit tunc id illegitimè factum censeri, quod legis ipsius naturalis auctoritate niteretur. d Etenim si nondum scriptae vllae erant leges, quae quid sequendum fugiendumue esset, docerent, quo pacto iniustos posses tunc vllos filios dicere, quos lex adhuc non improbat, quin tuebatur potius, cum naturale ius, quod inter homines tunc vigeat tantum, vnumquemque ad quemuis ferè concubitus tacitum quodam impelleret instinctu? e Sed tamen aliter sensit Io. Andreas, faliter Bartolus, g & quidam alij, h quorum diuersae quidem de spuriorum iniurijs sententiae literis mandatae extant, nihil tamen eorum quis-

a Albe. l. 1. §. ius naturale, de iust. & iur. Bald. not. tract. doc. 3. par. nu. 7. b Auth. quibus mod. nat. sui: §. natura. c Inst. de iur. nat. in princ. d. Arg. l. Gracchus. C. de adulter.

e Gloss. l. 1. §. ius nat. de iust. & iur. f In Reg. sine culpa, in Mercuria. g In l. 3. de concub. h Rosel. trac. legit. c. 2. n. 11.

quisquã hæctenus attulisse visus est, quod hæc Ricardi rationes omnino confutaret. Ego igitur antequam de eorum primordijs quid sentiendum sit, exponam, in præfenti docendum constitui id, quod à Bartolo & cæteris omissum est, nullo pacto, quo de prisca hominum conditione Malumb. tradidit, defendi posse. Sic enim dico, tãtum abesse, ut ante leges scriptas, legitimi omnes filij haberentur, quod ipse putavit, ut dixerint alij, usque ad id tempus, neminem verè legitimum extitisse.

2 Inquit enim Cicero: ^a Fuit quoddã tempus, quo magis homines passim bestiarum modo vagabantur, & sibi victu ferino vitam prorogabant, nec ratione animi quicquam, sed viribus corporis administrabant, nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur, nemo nuptias viderat legitimas, incertos quisque inspexerat liberos. Quæ quidem Ciceronis verba nunc ita referre placuit, potiùs, ut ostenderem Malumbri sententiam authoris locupletissimi testimonio conuinci, quàm ut ego his quoque fidem omnino adhibendam esse censeam. Nunc igitur euidentissima, ni fallor, ratione probabo, nullo pacto ante leges scriptas iustos omnes filios, ac æquali iure habitos fuisse. Si enim accuratè primos legum scripta-

^a In Prohem. Rhet.

scriptarum autores perquiramus, omissis his quæ de Cerere, Cecrope, Amphione, verustas est fabulata, scimus id cõsensu eruditorum omnium receptum, ut Euseb. Ioseph. in lib. Antiquit. & multi restantur, primùm Moysen, longo ante alios annorum interuallo, ex scripto leges populis promulgasse, sacrosanctas eas scilicet leges, quas ipse ex summi & præpotentis Dei ore diuinitus fertur accepisse, idq; post annos à Mundi initio bis mille quadringentos, quinquaginta quatuor. ^a Quod si nos ea, quæ in veteri sacra pagina, ante id Moysis tempus, tradita extant, legamus, animaduertemus multis sanè in locis, & illegitimorum mentionem factam, ^b & cõcubinatum, ^c fornicationem, ^d meretrices, ^e raptum, stuprumq; unde tales prodeunt liberi, cognitum fuisse satis, quamuis leges adhuc nullæ in scriptis extarent, grauiusq; eos correptos, qui alienæ vxoris cõcubitum appetissent, ^f adeò ut hæc differentia inter legitimos & illegitimos, multò ante ea tempora fuisse, manifestè contra Malumbri sententiã appareat. Accedit quod & Homerus antiquissimus Poëta, de filijs Nothis in carminibus suis quãdoq; mentionem facit, cuius tamen temporibus lex scripta nondum cognita fuisse fertur,

^a In Chro. Ioseph. Cario.

^b Gen. c. 21.

^c Gen. 22. in fi. & 36.

^d Gen. 38. 34. in fin.

^e Gen. 34. 39.

^f Gen. 30. 26.

^a In Præiud.
Hom.

6

Gabriel Palaotus

cum Plutarchus testis sit, ^a hoc verbum νόμος, quo lex scripta significatur, apud eum nusquam reperiri. At si dicas, cum Iure naturali omnia regerentur, qui potuit tunc aliquid illicitum videri, præfertim verò in filiorum procreatione, quæ cæteris animantibus communis erat? Respõdeo duplicem esse animorum vim, & naturæ, alteram in appetitu positam, quæ nobis cum brutis fuit communis, alteram in ratione, sensibus dominantem, cuius homo ipse particeps tantum fuit, quod propriè etiam naturale ius dicitur. ^b Quo fit, ut si procreandi voluptatè & cupiditatè ipsam spectes, iam quæq; cõiunctio videatur permessa, quòd eadem & cæteris inest animantibus: sin rationem, quæ appetitum in officio debuit cõtinere, & soli fuit homini tributa, tunc delectum aliquem in hisce congressibus habendum omnino censeas, ut & Baldus subtiliter scriptum reliquit. ^c Homo siquidem, nõ animal tantum est, sed animal rationis compos, proptereaq; cum de Iure naturali loqueris, prout in hominem cadit, id longè aliter ac in cæteris brutis est accipiendum, is enim si ratione nõ utatur, quavis & ad id naturæ instinctu impellatur, nimium utique à vera hominis natura eo ipso deflectit, seq; non virum præbet. ^d Si igitur

^b Archi. c. ius
autem. i. Dist.

^e Bald. l. 1. §.
ius naturale.
Castr. l. ex
hoc iure, nu.
7. in fin. de
iust. & iur.

^d Angel. d. §.
ius natura. &
Zaf. ibi.

De Nothis, Spurijsq; filijs.

7

igitur naturali iure eo tempore homines vrebantur, ut Iustin. & ipse quoq; Ricardus faretur, quis dicat deinde adeò laxos & vagos fuisse passim concubitus, cum id à naturali satis hominum abhorreat ratione? Natura enim certos filijs parentes adesse debere suadet, cerrumq; contrahi matrimonium, ut liberi à genitorib. suis ali, bonisq; moribus possint institui. Facnanq; incerta esse connubia, partusq; vulgo conceptos, quemnam vitæ tuæ tunc authorem agnosces, à quo educeris, cuius actiones, exemplaq; imiteris? Ius igitur naturale, ratioq; ipsa satis hoc dictat, certos unicuique debere esse parentes, ut egregiè non solum interpretes nostri, ^a sed & Philosophi naturæ ipsius arcanorum cõsulti tradidere. ^b Rursus, si id obijcias, nõ potuisse illegitimum id dici, quod adhuc legibus non erat prohibitum, responderem eo pacto nec homicidium, nec furtum, nec quodvis delictum ante leges scriptas potuisse vetitum dici, quæ tamen certum est, solo iure naturali turpia fuisse iudicata, quod idem & in adulterio traditum est. ^c Vna enim naturalis ratio, satis est ad res probandas, vel condemnandas. Ipsaq; lex nihil aliud est, nisi recta & à numine Deorum tracta ratio, inñinitis illa quidè antè seculis nata, quàm & scripta, & civi-

^a Ioan. And.
Reg. sine cul-
g^a.
^b Arist. Poli.
2. c. 2. & ethic.
lib. 8.

^c l. Probura
de ver. sig:

A 4 & civi-

a Lib. 1. de legib.
b Dec. Rub. de constit.

c d. l. probrum. l. si. de rit. nup. l. fin. de cond. sine causa. c. et si. §. quzdam. de iurciur.

& ciuitates sunt constitutz, vt ait Cicero, a Vnde ne hodie ad legis substantiã scriptura necessaria existimatur. b Ex his statuo, sicuti ante leges scriptas, omnia ferè delicta, sic & adulteria, incestus, & consequenter illegitimos filios potuisse reperiri. c Hæc tamen res vt se habeat, nunc dilucidius exponemus.

DE PRIMA ILLEGITIMORUM ORIGINE.

- 1 *Matrimonium, à Deo institutum, & quale lege.*
- 2 *An olim plures uxores eodem tempore licuerit habere. num. 6.*
- 3 *Bartoli error de primi parentis peccato.*
- 4 *Leges nostra, à sacra historia in multis dissentiunt.*
- 5 *De aureo illo seculo, & iure naturali primo Doctorum.*
- 6 *Qualibet coniunctio, præter unius uxoris & viri coniugiũ, semper fuit prohibita.*
- 7 *Opinio Juriscon. de Mundi origine.*
- 8 *Nunquam promiscuos concubitus fuisse permisos.*
- 9 *Differentia inter sacras leges & civiles: de Spuriorum origine.*

C A P.

C A P. I I.



L I A fuit Io. Andree sententia, qui nullum vnquam tempus extitisse inquit, quo nõ dignoti iusti filij ab iniustis fuerint. a Cùm enim summus rerũ opifex Deus huic quicquid id est, quod Mundum appellamus, cæterisq; rebus summam imposuisset manum, dicitur postremò hominem ipsum finxisse, cuius causa cætera erant comparata, eiq; vix in lucem edito, inprimis certas matrimonij leges præfinxisse, vt scilicet hæreret vir uxori suæ, essentq; duo in carne vna. b Quibus verbis inde alios concubitus exclusos fuisse ait, c atque ita factum, vt quocunq; tempore multum inter legitimam adulterinãq; sobolem interfuerit. Sed neq; hæc Io. Andree sententia vera prorsus videtur, cùm ei repugnent Iustiniani verba, affirmantis non vno in loco, naturã initio omnes æquè liberos, æquè & legitimos produxisse, nullamq; inter eos olim cognitam differentiam, d Tum etiam, quia & in sacris literis, veteres illos sanctissimos viros pluribus iungi mulieribus cõsueuisse ad sobolem suscipiendam legimus, e quos cõtra diuinam institutionem id fecisse,

a Io. And. reg. sine culpa. in Mercur.

b Gene. c. 2.

c c. gaudeamus, de diuort.

d d. §. natura. authen. quib. mod. nat. sui. & §. licet. auth. quib. mo. leg. e c. 1. §. 2. q. 4. & Gene. c. 19. 30. 35.

A 5 cisse,

² In l. 3. de
concup.

cisse, nō est verisimile. Tertia igitur Bar-
toli extat opinio, ⁴ qui inquit, initio qui-
dem certos hominum coniūctionib. sine
à Deo positos, eorū tempore verum id fu-
isse, quod Io. And. ait, Sed post primi pa-
rentis lapsum, humanamq; naturam cor-
ruptam, omnia dein immutata, nullamq;
ampliū vsque ad leges scriptas, inter
filios differentiam fuisse. Quam senten-
tiam ego valdè absurdam puto, quasi ve-
³ rō post hominem creatum, vsque dum
peccarit, longa fuerit intercapedo, & non
eodem ferè momento hæc omnia sint cō-
fecta, vt sacri interpretes tradidere. Quasi
etiam ante leges scriptas, post vetitum po-
mum degustatum, non plurima adulte-
rij & fornicationis exempla prodita repe-
riantur, vt aliās suprā ostendi. ^b Quæ-
dum est igitur inter has tam varias Do-
ctorum opiniones aliquid, quod omnem
extricet nodū, remq; hætenus perquam
obscuram valeat illustrare. Cuius rei gra-
tia, vt quæ in hac quæstione pugnantia
apparent, quæ sanè infinita sunt, concilie-
mus, necessarium existimo talem adhibe-
re distinctionem, Nempe vt aliter secun-
dum sacras literas, aliter secundum Iu-
risc. & Imp. nostros hanc controuersiam
decidendam dicamus, Mirum enim vi-
⁴ deri non debet, pleraque in legibus no-
stris

^b Gene. c. 34.
33. 39. & cap.
quomodo. 31.
q. 1.

stris contineri, præsertim de rerum ori-
gine, quæ à diuinis traditionibus nonni-
hil abhorreant. ^a Nam omnia quæ de iu-
re naturali à Iuriscōn. nostris traduntur,
vix vlla in re cum sacris literis possunt
conuenire. Credimus nos olim incertis
sedibus homines vagatos, nullis legibus
vsos, omniaq; omnibus fuisse communia.
^b Hæc res secundum sacrosancta dogma-
ta, à veritate longè aliena deprehenditur.
^c Dicimus nos iuregentium posteriore
seruos, nullius actionis, iustæue obli-
gationis participes, sed veluti pro mor-
tuis habitos fuisse, ^d hoc apud sacræ le-
gis historiam, longè aliter se habere cer-
tum est, quandoquidem & bona propria
sibi ipsis acquisiuisse, sibi possedisse, ^e do-
minis suis quandoque ab intestato suc-
cessisse, ^f & fortè in iudicio contra eos
experiri potuisse, cōperimus. ^g Sic quoq;
initio humani generis omnia omnib. ex
voto successisse, ver æternum inter mor-
tales viguisse, nullus armorum vsus fuis-
se creditur, docent tamen sacrosancta Bi-
blia, duras admodum leges homini ipsi,
cū primū ferè in lucem editus est, à
Deo constitutas, ^h vt scilicet suis sibi la-
boribus victum quæreret, nunc æstu, nūc
frigore laboraret, hæc q; perpetuò in com-
⁵ moda vitam illius comitarentur. Vnde in
vniuer-

^a c. fin. §. his
ita. 6. dist.

^b Soz. rubr.
de verb. obl.
Cast. l. ex hoc
iure, de iust.
& iur.

^c Cardi. c. di-
lectissimi. 12.
q. 1. Gemin.
c. ius nat. i.
dist.

^d Bartol. l. si
id quod de cō-
di. ind. & l. ex
hoc iure. de
iust. & iur.

^e Reg. 2. c. 9.
16. Gen. 47.

^f Gen. c. 15.
g Iob. c. 31.

Alciat. l. pa-
terfam. de ver-
bor. signif.

^h Gene. ca. 2.
in fin.

vniuersum, quod de prisca illa temporis felicitate, aureoq; seculo ab authoritatib; narratur, id si cum sacris literis conferas, inane prorsus, ridiculumq; esse animaduertas, nec vsquam hæc Iuris naturalis, aut gentium tempora, vnà cum Iuris ciuilib; origine *a*, in iisdem sacris literis aptè probari, Quocirca, & in presenti questione cum querimus, an initio inter legitimos & illegitimos vlla esset differentia, crediderim ego ex sacris literis respondendum, veram esse Io. Andree sententiã, cum matrimoniũ à summo Deo principio fuerit constitutũ, *b* inde & illegitimos à iustis filiis fuisse semper seclusos. Manifestum enim est, prohibuisse illũ, ne quisquam cum pluribus, quàm cum vna haberet vxore cõmercium, *c* semperq; post illud tempus, in stuprum, & adulterium grauitè fuisse ab eo animaduersum, *d* quod quãnam alia ratione potuit institui, nisi liberorum causa? vt intelligeremus, non ex quouis congressu filios esse suscipiendos. Accedit etiam quòd & eo tempore nonnullos quidem filios ad successionem vocatos, alios verò omnino excludos legimus, *e* quòd scilicet nõ omnes ex iustis nuprijs essent procreati, Et si fortasse contra hæc sanctorum virorum exempla reperiantur, quibus cum pluribus

ma-

a Iuxta §. singulorum. in ff. In l. de rer. diuis.

b c. 1. de voto. in 6.

c c. gaudeamus. de diuor. c. quomodo. 31. q. 1. d. Genes. c. 26. 39.

e Genes. c. 21. 25.

mulieribus fuit negocium, id ex graui aliqua & necessaria sanè causa his permisum, diuino ita suadente afflatu, credendum est, *a* ex qua non ideo in cæteris idè seruatum, quis rectè possit argumentari. *b* Iam verò si rem crassiori Minerua velimus dijudicare, secundum scilicet Iurifconsultorum nostrorum tempora, qui nondum arcana sacrosanctæ legis nostræ hauserant Mysteria, quos deinde & recentiores Imper. in his vbi nullum veræ fidei nostræ versaretur periculum, facile secuti sunt, existimo sanè tunc veriorẽ esse contrariam opinionem, initio multis temporum spacijs, illegitimos filios nec cognitos fuisse, nec nominatos. *c* Crediderunt siquidem prisca illi homines, cum totum hoc quod hodie cernimus, à Deo fabricatum est, simul & illi salutaria ferè omnia & felicia ab eo tributa, nec inter homines quicquam nisi rectum, honestum, & penè diuinum fuisse compertum, idq; aliquot annis se ita semper habuisse, paulatim verò cœpisse hominum naturam ad turpes cogitationes labi, & à natiua illa animi bonitate, ac simplicitate paulò declinare. Ita deinde leges fuisse repertas, quæ excrescentem hominum malitiam cohiberent, libidine temperarent, vt Greg. Pont. testatur *c*. Verum

a c. gaudeamus. de diuor. c. recur. ca. obijciuntur. 32. q. 4.
b Arg. c. quæ propter. de reg. iuris.

c In Prohe. Greg. Rex pacificus.

a d. f. natu-
ra.

rum igitur est secundum hanc opinionem, quod Iustin. ait a, naturam initio omnes æquè liberos æquè & legitimos produxisse, nec ante leges scriptas spurium quæpiam fuisse repertum, sed non illa ratione, ut Accursius, Bar. & Malum. putarunt, quod eodem tempore promiscui essent cõcubitus, permissumq; cum quavis muliere congregari, sed quod tunc homines rationem tantum sequentes naturalem, singuli suis contenti nuptijs vivebant. Unde & Sallust. Etiam tum vita hominũ sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant. Et in Lycurgo de Lacedæmonijs Plutarchus ait, hos olim tum natura, tum moribus tantum abfuisse ab ea quæ postea secuta est, mulierum facilitate, ut omnino incredibile esset, aliquem a d. f. natu-
ra. adulterio fuisse obnoxium, celebraturq; illud Gerardæ vetustissimi dictum, qui rogatus ab hospite, quid apud eos adulteri pateretur, Respondit, nemo apud nos fuit adulter. Hinc etiam carmen illud. *Viderunt primos argentea secula mæchos.* Sed quid in re clara pluribus opus est rationibus, cum hoc exprimat Iustin. Donec (inquit) b sola natura c hominibus fanciebat, legitimos omnes æquè producebat. Cum primùm verò ad libidinem d. f. natu-
ra. uertere, aliumq; cursum tenere cœpit, tunc natu-

b d. f. natu-
ra.
c Quasi, nul-
lis adhuc vi-
rijs inquinata.

naturales & illegitimos immiscuit, tunc & leges scriptæ sunt, quæ his rebus modum constituerent. Apparet ergo initio legitimum quæpiam fuisse, quod nemo ratione tunc abutebatur, felixq; verè erat ætas illa. Ut primùm dein labefactari cœpit, delicta varia, luxus, & alia sunt introducta, illegitimorumq; & nomen cœpit emergere. Unde constat ex Iurisc. & Imperat. opinione, principio quidem legitimos omnes extitisse, illegitimosq; primùm cum legibus scriptis prodijisse. Ex sacris verò literis, semper ferè hanc cognitam differentiam, & nondum iure scripto, multis antè seculis, & re ipsa, & nomine, nonnullos iniustos liberos conspectos fuisse.

ILLEGITIMI QUI PROPRIÈ OLIM DICERENTUR.

- 1 *Varij diuersarum gentium mores in cõtrahendis nuptijs.*
- 2 *Matrim. aliquod verum, sed non ratum.*
- 3 *Legitimi filij secundum patriæ consuetudinem vocantur.*
- 4 *Iustum matrimonium apud Romanos quale esset.*

§ Cum

- 5 *Cum exteris non erat ius connubi.*
 6 *Roma quomodo hodie communis patria dicatur.*

C A P. I I I.



V M primùm igitur lex certa hominum coniunctionibus est constituta, siue ea à summo Deo, siue à mortalib. fuerit accepta, tunc statim illegitimi ij omnes appellari cœpti sunt, qui contra tale legis præscriptum in lucem essent suscepti, ut nomen ipsum satis demonstrat, Cuiusmodi tamen esset hæc lex ipsa, non puto cōmodè literis mandari posse, cūm ex varijs diuersarum gentium & nationū moribus, ijdem non apud omnes æquè legitimi aut illegitimi semper habiti fuerint. Legimus Scythas, Agathyrfos, Masagetas, & plurimos qui ad Meridiē spectant, communes vxores habuisse, legitimumq; apud eos matrimonium illud existimatum: Alios, ut Garāmantas, eos tantum iustos filios censuisse, qui formæ similitudine parentem referrent, ut ait Mela. Quosdam, uti Arabes, vnam omnibus consanguineis vxorem esse voluisse, cæteros qui non eodem ex genere essent nati,

nati, adulterinos creditos fuisse, Persas verò, Medos, Parthos, id maximè solenne, & iustum connubiū habuisse, quod cum sanguine coniunctis, sororibus, matribus, & alijs consanguineis esset contractum, Vnde illud,

-Gentes tamen esse feruntur,

In quibus & nato genitrix, & nata parenti

Iungitur, ut pietas geminato crescat amore.

Rursus alias mulieres apud Indos, eos ritè sibi copulasse, quoscunq; prior iussisset maritus, cum cæteris nefariū extitisse concubitum. Scribit quoque Plutarchus in Solone, cauisse eum ut vxor ex mariti necessarijs deligeret, cum quo rem haberet, atque id quod nasceretur, non alienum esset. Aliter tamen Lacedæmones obseruasse, idem in Lycurgo author est. Ut ex his colligamus certam non posse tradi in hac regulam, cūm eadem viuendi ratio non vbique probetur, & quod sanctum ac iustum apud Italos censeretur, id ut impium maximè vel Germani, vel Aethiopes vel Britanni detestètur. Nam nec Cimoni turpe fuit Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio. Quippe cūm ciues eius eodem vterentur instituto, ut Probus refert, ^a Potuitq;

^a In Prohe. & in Cimo.

Potuitq; illud verum esse apud eos con-
 iugium, licet ratum non sit. *a* Nec enim
3 eadem omnibus sunt honesta & turpia,
 sed id quisq; rectum putat tantum, quod
 patriæ moribus conuenit. Tales igitur &
 legitimi apud exteros populos habiti fue-
 re, qui scilicet secundum mores, ritusq;
 ab ijs approbatos geniti essent, illegitimi,
 quorum natales à patriæ institutis abhor-
 rerent. Eset verò longum nimis, si singu-
 larum ciuitatum, vt modò dicebamus,
 in hac re mores essent recensendi, quin su-
 peruacaneum potiùs: cùm de filijs tantum
 Iure Roman. illegitimis nobis sit tractan-
 dum. Propterea Barbarorum nunc ritib,
 omisis apud Romanos constat, eos solùm
 veros filios appellatos, qui ex matrimo-
 nio concepti essent. *b* Iustum autem ma-
 trimonium inter ciues tantum Romanos
 erat, *c* legitimæq; illæ demùm nuptiæ ha-
 bebantur, cùm Romanus Romanã vtriuf-
 que accedente consensu duxisset vxorem,
 vt Caius in Institutionibus scriptum re-
 liquit. *d* Quòd si imparem quis sibi adiū-
 xisset, veluti si Romanus cum peregrina,
 aut Latini nominis, aut externa alia mu-
 liere coiisset, nullum ius nuptiarum in-
 ter eos erat, natiq; liberi, vt minùs iusti, *e*
 sub patris iure & familia non censeban-
 tur, sed matrem sequebantur. Cic. in To-
 pic. Si

a c. quanto,
de diuort.

b Inst. de
pat. pot.

c Instit. de
nupt. in prin.

d. tit. de ma-
tri.

e l. diuus. de
capt. & postl.

pic. Si mulier, inquit, cùm fuisset nupta
 cum eo, cum quo connubium non esset,
 nuncium remisit, quoniam qui nati sunt,
 patrem non sequuntur, pro liberis ma-
 nere nihil oportet. Tit. Liu. lib. 43. Alia,
 inquit, noui generis hominum ex Hispa-
 nia legatio venit ex militibus Romanis, &
 ex Hispanis mulieribus, cum quibus cõ-
 nubium non esset, natos se memorantes
 supra 4. millia hominum, orabant, vt
 sibi oppidum, in quo habitaret, daretur.
 Senatus decreuit latinam eam coloniam
 esse, Libertinorumq; appellari, Quin ca-
 pitale hoc olim apud eos fuisse Theodosij
 testatur constitutio. *a* Hinc legimus sæ-
 pè ius ciuitatis Romanæ aliquibus popu-
 lis fuisse concessum, vt cum illis rata es-
 sent & legitima cõnubij vincula. Campa-
 nis enim olim pro magno munere datũ
 scimus, vt Romanas ducere liceret vxo-
 res, natiq; liberi iusti hæredes forent, vt
 apud Liuium extat. Idem & Nouocomẽ-
 sibus à Cæsare, Tráspadanis à Pomp. Stra-
 bone, alijsq; paulatim populis proceden-
 te tempore à principibus permissum, Plu-
 tarchus, Tacitus, Suetonius referunt. Ast
 cùm deinde cæteri populo Romano sub-
 iecti, idem ius ciuitatis quotidie summis
 studijs efflagitarent, vt omnium votis gra-
 tificaretur Antoninus, cõstituit tandem,
 B z vt qui-

a l. r. de nup.
gentil. in c.
Theod.

6 ut quicumque in orbe Romano esset, cuius haberetur *a*, quo factum est, ut connubij ius, quod angustissimis principio finibus concludebatur, cœperit omnibus ferè nationibus esse commune, cum eorum omnium qui Pop. Romano parerent, Roma communis patria sit effecta. *b* Dicti sunt igitur legitimi, qui ex matrimonio inter ciues Romanos inito susciperentur: Vnde &, quinam illegitimi dicerentur, facile vnicuiq; constare potest *c*.

a l. in orbe. de stat. hom. Auth. vt libe. de ext. §. fin. Alciat. lib. Disp. 2. ca. 21.

b l. Roma. ad Municip.

c Arg. l. r. de his qui sui sunt.

MATRIMONIUM QVOMODO olim contraheretur, vt ex eo legitimi existerent filij.

- 1 *Vxores olim apud Rom. triplicis generis.*
- 2 *Quæ materfam. diceretur, & de matrimonio per coëmptionem.*
- 3 *Varij ritus in ducenda vxore.*
- 4 *Auspices in nuptijs, & Dynuptiales, nune. 5.*
- 5 *An si quid ex veteri ritu omissum esset, iustum id matrimonium haberetur, plura in utranque partem afferuntur.*

C A P. I I I I.

N O N



NON satis tamè olim erat, ad verum matrimonij fœdus, Romanum ciuem, Romanam sibi fœminam adiunxisse. Sed adhibendi quidam erant ritus, solennesq; ceremoniæ, quibus omisis, veluti neglecta religione, coniugium non censebatur, nec ex ciuium Rom. instituto celebratum. *a* Varia autem hæc olim erant: tam quæ in sponsalibus, quàm quæ in nuptijs peragendis, iungendaq; viro vxore, solebant obseruari. Nam & tribus modis vxor olim habebatur, vt tradit Boetius, *b* farre, vsu, coëmptione. Confarreatio solis Pontificibus cõueniebat, cum in ea far adhiberetur, quod sacrificijs aptissimũ esse existimabatur, vnde & hæc matrimonia sacra nuncupabant, authore Alicarn. *c* Quæ autem farre vel vsu mulier marito copulata esset, ea vxor tantum dicebatur. Ast quæ per coëmptionem in manum viri conuenisset, hæc præter vxoris nomen, mater quoque familiàs vocabatur. Coëmptio verò certo more peragebatur, nam sese coëmendo inuicem interrogabant, vir ita, an sibi mulier, mater familiàs esse vellet, illa respondebat velle: Mulier, an sibi paterfam. vir esse vellet, ille velle respondebat. Itaq; mulier

a Alex. Dies. Gen. li. 2. ca. 5.

b In Topic. Cic.

c lib. 2. Antiquit.

B 3 in ma-

in manum viri conueniebat, & vocaban-
tur hęc nuptię per coemptionem: ad quod
alludit Virgilius eo carmine:

*Teq̄, sibi generum Tetbys emat omnibus
vndis.*

a I. Si vxor,
de adult. vbi
Budx.

b Pro L. Flac.
pro Muren. in
Top.

c Plutar. Ro-
digin. Budx.
Tiraq. de le-
gib. conaub.

d I. penu. §.
fi. de donat.
inter vir. &
vxorem.

Forteq̄ hęc olim iusta vxor dicta est. a Cu-
ius ritus meminit & Cic. pluribus in lo-
cis. b Multa autem præter hęc solennia in
omnibus nuptijs seruari mos erat, quæ e-
go in præsentia referenda non duxi, tum
quod eadē deinde antiquata fuere, tum
quod ab historicis, & his qui variarū re-
rum commentarios scripserunt, hæc co-
piofissimè tradita extant, c nimiumq̄ tri-
ta iam & vulgata esse cœperunt. Quemad-
modum vt dum sponsalia inirētur, pro-
prium sponsi aut sponsæ nomen ne expri-
meretur, sed vir Caius, virgo Caia dice-
retur: mulier dum mariti domum intra-
ret, ne pavimentum pedibus attingeret,
colum cum fuso secum ferret, Talasij no-
men inuocaretur, nuces spargerentur, &
similia, inter quæ præcipuum id fuisse le-
gimus, quod memorat Scæuo. d vt aqua
& ignis in nuptijs sanciedis interesset. A-
deoq̄ superstitiosa olim erāt hæc omnia,
vt malè is audiret, qui talia matrimonij
auspicia non ritè seruasset, Nam nec mē-
se Maio rectè nuptias confici potuisse, nec
diebus festis id virginibus licuisse, Plutar-
chus

chus in Problem, author est, nescioq̄ an
si quid horum omissum esset, filij tunc tē-
poris infiri haberentur, quasi ex inauspi-
cato matrimonio editi, siquidem scimus
tunc auspices adscitos, qui pro nuptijs
auspiciū caperent, ijsq̄ celebrādis præ-
essent, vt Valla scribit, a Vnde Cicero, b
Nihil ferè quondam maioris rei, nisi au-
spicato, ne priuatim quidem gerebatur,
quod etiam nunc nuptiarū auspices de-
clarant, & Valerius Maximus. c Apud an-
tiquos non solūm publicè, sed etiam pri-
uatim nihil gerebatur, nisi auspicio priùs
sumpto, quo ex more nuptijs etiamnum
Auspices interponuntur, & Plautus:

*Argentum si quis dederit, vt ego suspicor,
Vtro ibit nuptum, non manebit auspices.*

Hinc etiam nuptiales quinque Dij dicti,
quos in connubijs ex ritu inuocabant,
vt Plutarchus refert, & Gyraldus fatiùs
in diuinis suis de Dijs gentium commē-
tarijs. d Ex quibus quidem, in suspicio-
nem aliquam ducor, cum videam veteres
illos aded religionis, & ceremoniarū fu-
isse cultores, vt si hæc nuptiarum solen-
nia seruata non essent, ea non vsquequaq̄
iusta connubia crederentur. e Sic enim &
Catullus de his loquens, & Hymenæo
ait:

Nullaquit sine te domus

B 4

Libe-

a lib. 6.
b lib. 1. de Di-
uinat.

c lib. 2. ca. 1.

d lib. 3. cap.
vlt.

e facit d. 1.
pen. §. fin. de
dot. inter vir.
& vxor.

*Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier. Et Claudius:
Hunc musa genitum, legit Cytherea, du-
cemq;
Prefecit thalamis, nullum iunxisse cubile
Hoc sine, nec primas fas est attollere tadas.*

Et Ovidius:

*Vota viri captant, qui iam captanda pu-
tabant,
Quos faciet iustos ignis & unda viros.*
Videmus quoque Græcos, eos qui ex oc-
culto congressu oriuntur, propriè illegi-
timos vocare, nempe *σκητιους*, qualis
Theseus fuisse perhibetur. Quid verò a-
liud est furtiva cōiunctio, nisi vbi patrius
ritus servatus non est? *a* Id quoque non
leui est argumēto, quòd hodie hæc omnis
nuptiarum celebritas abrogata fuit, de-
claratumq; legitimum id dici matrimo-
nium, quamvis in eo aliquid ex ijs desit,
b quasi antea, si quid neglectum esset, ni-
hil validum, aut rectè factum censeretur.
Scio tamen hæc nimis scrupulosa fortè
videri posse, præsertim Iurisconsultis no-
stris, qui nolunt actum vllum vitari, vbi
illi perficiendo, levis tantum aliqua solé-
nitas desideretur, *c* quales hæc, quæ olim
in nuptijs adhibebantur, facilè videri pos-
sunt. Propterea & ego subsisto, extantq;
pro

a Bart. l. 7. C.
de his qui ex
pub. rar. lib.
10. & l. fin. de
rit. nupt.

b l. Si donat.
C. de nupt.
c l. 1. §. fin. de
vent. in spi.
Bart. l. fi. §. 1.
C. de iure de-
lib. l. 1. §. 1.
lib. l. 2. §.
prius. de
vulg. & pup.

pro hac parte & veterum authoritates.
Nam Lucanus de Martia & Cæsare ita in-
quit: *a*

a lib. 2.

*Fœdera sola tamen, vanaq; carentia pōpa,
Iura placent, sacrisq; Deos admittere te-
stes.*

Et paulò post,

*Pignora nulla domus, nulli coire propin-
qui,
Iunguntur taciti, contectiq; auspice Bruto.*

Et Demea apud Terentium *b* iubet Æschini filij nuptias absque Hymenæo, fa-
cibus, & vlllo apparatu confici, quæ si ne-
cessaria fuissent, credendum non est, pa-
trem omittere voluisse, quamvis id A-
thenis actum fingatur: ijdem tamen ritus
videntur, qui & apud Romanos servabā-
tur, cum & omne ius tam scriptū, quàm
non scriptum à Græcis principio sumptū
fuerit. *c* Inquit verò Æschinus: *d*

b In Adclph.

c §. & non in
elegantè.
Inst. de iur.
nat. gent.
d Actus.
Scena 7. in
Adel.

Occidunt me quidem, dum nimis san-
ctas nuptias student facere, in apparando
totum consumunt diem. D E M. Quid
igitur Æschine? Æ S C H. Hem pater mi-
tu hîc eras? D E M. Tuus hercle verò &
animo & natura pater, qui te amat plus,
quàm hosce oculos: sed cur non domum
vxorem accerfis? Æ S C H. Cupio, ve-
rum hoc mihi mora est, tibicina & Hy-
menæum

menæum qui cantent? DEM. Ehd' vin' tu huic seni auscultare? ÆSCH. Quid? DEM. Missa hæc face, Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas, atque hanc in horto maceriem iube dirui quantum potes, huc transfer, vnam fac domum, traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. ÆSCH. placet, &c.

QVÆNAM HODIE AD VERVM
Matrimonium, Iure ciuili, aut Pon-
tif. requirantur.

- 1 *An iure ciuili, in matrimonio consensu verbis expressus requiratur, aut tacitus sufficiat.*
- 2 *Iure Pontif. qua solennia in nuptijs adhibeantur.*
- 3 *An omnia sint omninè necessaria.*
- 4 *Differentia in iudicando matrimonio inter Ius ciuile & Pontif.*
- 5 *Cur Iure Canon. expressa magis verba in nuptijs, quam Iure ciuili requirantur.*
- 6 *Matrimonium clandestinum, verè quòd est matrimonium.*
- 7 *Nati ex clandestinis nuptijs, an sint legitimi.*
- 8 *Clandestinum matrimoniù hodie quòd dicatur.*

CAP.

C A P. V.



Bolita deinde ea omnia vetusta solennia fuere, legibusq; nouis introductū, vt matrimoniū solo coeuntium consensu perficeretur, idq; satis esset ad le-

gitimam sobolem comparandam a paucis exceptis casibus, vbi instrumenta dotalia sunt necessaria, b quem tamen consensum, vt manifestus esset, verbis exprimi lex iussit. c Aliter enim ad mulierem, vt vxorē, aliter vt ad concubinam accedendum est, Siquidem cum hac nobis omnis vitæ consortiū, omnia diuina, humanaq; iura communia sunt futura, d cum illa quicquid intercedit, plerunque voluptatis gratia potius fieri intelligitur. Nō ne-

go tamen, & absque verbis matrimoniū Iure ciuili iniri posse, dummodo exterior aliquo actu aut euidenti quopiam indicio, cæteris significetur, cum ea nos vxorio animo versari, e & idè qui in rebus veneris cum muliere deprehensus est, ita satis crimen excusare poterit, si eam se veluti vxorem, non vt amicam cognouisse asserat, idq; aliqua probabili nitarur coniectura, f quæ quidem cum ex personarum æqualitate, conditione, tum verò

ex mu-

a l. si donationum. C. de nupt.

b §. quia verò leg. i. Authen. vt lic. matr. & au. cum glos.

c Glos. l. cum norissimi. ver. solam. C. de præscrip. 30. ann.

d l. i. de ritu nupt.

e l. in libere, cum glos. de ritu nupt.

f Bald. c. i. §. iniuria. de pace iur. nu. 39. & in l. i. C. de confes. nu. 21.

a l. donat. de donat. vbi l. mol.

b cap. 19.

c cap. 1. 30. q. 5.

d Tob. cap. 7. s. 10.

e cap. nostra. 1. cs. in fi. cum gl. 30. q. 5.

f Host. in sum. de clandest. s. quam poenam. & Abb. cap. 1. eod. tit.

g cap. omnibus. s. 1. 34. di. fin. & Cardi. in s. is qui. ead. dist. h d. l. in liberz. d. l. donat.

ex mutua illa consuetudine, que inter eos intercedit, facile colligi potest, a quod & infra agemus. b Sed hæc Iure ciuili. Ius verò Pontificium aliud circa hæc statuit: 2 exigit enim solennia multa in contrahendis nuptijs, præter eorum consensum, qui iungi volunt, veluti vt à parentibus puellæ petantur, honestè dotentur, Paranymphe nuptijs adfint, in templo à sacerdote iustrentur, preces summo Deo nuncupentur, & huiusmodi quædam, c quæ de sacra veteris legis ritibus sumpta esse videtur, d quarum tamè nonnulla facile quidem omitti possunt, cum honestatis tantum cuiusdam causa requirantur, quale illud est, vt parètes filias suas viro despondeant, ijsq; æquam dotem constituent, e alia verò si adhibita non sint, non quidem matrimonium ipsum vitiant, sed magni eos qui hæc solennia spreuerint, criminis reos reddunt. f Vnde & ius Pont. has deinde non nuptias, sed clandestina vocat matrimonia, mulieremq; sic priuatim ductã, non vxorem, sed concubinam. g Hincq; oritur quoque summa inter Ius ciuile & Pont. differentia. Nam Iure ciu. qui cum ingenua & sibi æquali muliere consuetudinem habuerit, is præsumetur matrimonij causa ita cum illa versatus esse, vt modo diximus. h Ast ius Pontif. nisi præsentibus

tibus testibus, alijsq; ritibus seruatis, palam de vtriusque consensu initio confiterit, eam coniunctionem securam, adulterium potius seu stuprum, quam matrimonium interpretatur. a Vult enim vtriusque coeuntis voluntatem omninò manifestam, verbisq; expressam esse. b Quod tamen non ideo factum est, quasi consensus tacitus, ad verum matrimonium conficiendum, sicuti & expressus idoneus non sit, nam & solo consensu hoc iure constat matrimonium. c Sed lex Pontif. quæ cuiusque salutem præ oculis semper habet, d vt periculis omnibus occurrat, in quæ naturæ nostræ imbecillitas labi posset, illam partem quæ vnicuique tutior esse possit, semper amplectitur. e Proptereaq; vbi verba non sunt expressa, cum dubia ea sit coiunctio, alteriusq; mutata voluntate, fraus facile committi, & dirimi matrimonium posset, f lex ad turpem omnem suspicionem excludendam, tum etiam ne quis iudici queat imponere, voluit consensum hunc palam significari. g Quæ res quoad matrimonij vim, Deiq; iudiciũ, minùs erat necessaria, cum is satis intima cordis nostri norit penetrabilia, intelligatq; qua mente & consilio à nobis cuncta gerantur. b Propterea si querat aliquis, an matrimonium sic clam contractum,

a Gloss. c. 1. 30. q. 5. & in c. illud. ver. vxorem, de presumpt. b cap. tuz. de sponsalib.

c cap. sufficiat. 7. q. 2. c. cum locum. de spons. d cap. significasti. 2. de homic. e Gloss. d. c. 2. liter. 30. q. 5.

f cap. si quis. ead. quæst.

g Præpos. Rub. de clandest. desp.

h cap. tuz. c. i. gl. de spons.

*Sed hodie
post Concil. tri-30
dent. Sacrosancti
syn. ut videbit in
tra.*

Gabriel Palaottus

tractum, bona tamen conjugij fide ma-
trimonium verè fit: Respondendum est,
id proculdubiò re ipsa matrimonium ef-
se, ex quo matrimonij causa vterque con-
fentit, & ecclesia tamen id ita interim non
probat, quòd illi iusta solennia defuere.
Intelligimus ergo, hæc non perficere ma-
trimonium, sed potiùs declarare. Qua-
propter si hi, qui sic clam initio vt coniu-
ges simul coierunt, rem deinde alijs, vt se-
se habeat, detexerint, ij post non vt forni-
catores, sed veri coniuges etiam ante acto
tempore fuisse in foro Pontif. iudicantur,
b cum & antea vir ac mulier quoad affe-
ctum, rectè vxor & maritus appellari pos-
sent, c quin & alijs quandoq; modis con-
tingit, furtiuum initio concubitum, post
iustum connubium censerit, d quos suo
loco commodiùs referemus. e Hinc ergo
sequitur, vt nec filij nati ex hoc clandesti-
no coniugio illegitimi habeantur, præter-
quam si intra gradus prohibitos fuerint
concepti, f legis enim illa præsumptio, vt
vbi solennia omnia adhibita nõ sunt, for-
nicatio potiùs talis sit censenda, in ipso-
rum furtim coeuntium odium, tantum rece-
pta est, quæ non idèd legitimos filiorum
natales vlla in parte lædit. g Sed tutiùs
multò erit, morem ab ecclesia in nuben-
do constitutum obseruare, vt parentes quo-
uis

*imo hodie est necessarium ut matrimonij coram
Parracho, et testibus contrahatur, taliter ut clandesti-
ne celebratum sit irritum et nullum. Concil. Trident. Sess. 21
de reformat. matrim. Cap. 1.*

a d. c. si quis.
Card. Cal. Pre-
pos. Rubr. de
cland. desp.
Dec. conf. 231.
nu. 6.

b cap. 2. de
cland. desp.

c cap. omni-
bus. §. 1. 34.
dist.

d c. illud. de
presumpt. c.
is qui fidem,
de spõs. Alex.
conf. 151. in 5.
e cap. 10.
f cap. fin. §. si
quis vero. eo.
tit.

g Abb. c. la-
tor. qui fil.
sint leg. Dec.
c. ecclesia. de
const. nu. 44.
Alciat. reg. 2.
presump. 5.

*hodie contrahit obserua-
tur, quia sic per hodie*

De Nobis, Spurijsq; filijs. num. 31. dicit. Cap. 1. præ-

uis tempore, & suæ ipso-
rum famæ, & li-
berorum suorum consulant. Si tamen a-
lia esset alicuius ciuitatis cõsuetudo, quæ
aliquid ex his quæ ab ecclesia requiruntur,
soleat ommittere, non crederem eum nota
dignum, qui patriæ institutum sequere-
tur, & cum traditum sit, ea tantum clan-
destina matrimonia dici, quæ præter mo-
rem, ritumq; patrium contracta sunt. b
Idcircoq; nec hodie amplius publica illa
in ecclesijs denunciatio propositis edictis
videtur necessaria, c cum satis sic conuo-
catis amicis hæc solennia peragere, qui
mos vbique ferè, sed maximè in Italia ad-
huc viget, vt Doctores multi attestantur.
d Quoniam tamen in hac re, magni nomi-
nis Ruinum, in responsis suis variasse le-
gimus, e de ea latiùs infrà agendum refer-
uabimus. f

a Sczin. Iun.
conf. 86. col.
pen. & fi. in 2.
b Bart. l. 2. C.
de his qui ex
pub. rat. ii. 10.
Abb. c. fin. de
cland. despõ.
num. 9.

c De qua in
c. fi. de cland.
despon.

d Ioan. Lup.
in tract. de
matr. & le. in
2. par. princi.
Doct. & præp.
c. fi. de cland.
desp.

e Ruin. con-
sil. 14. num. 10
in 3. & idem
contra, in cõ-
sil. 51. num. 15.
vol. 5.

f cap. 9.


DE VARIIS CAUSIS matrimonium impe- dientibus.

- 1 Non licet eodem tempore plures uxores
habere, & que sit ratio.
- 2 Cur inter propinquos matrimonium
prohibeatur.
- 3 Inter ascendentes & descendentes non cõ-
sistit matrimonium.

4 Inter

- 4 *Inter transfuersales quando permittatur.*
 5 *Apud Hebraeos cur fratris mortui uxorem ducere liceret.*
 6 *Iure ciuili intra quem gradum nuptia probentur.*
 7 *Quid ius Canonicum statuatur, & cui magis standum sit.*
 8 *De cognatione spiritali.*
 9 *De cognatione legali, An ex his matrimonium impediatur.*

C A P. V I.



V O D modò diximus, ad legitimorū filiorum procreationem, satis esse, virū & uxorem inter se matrimonij causa cōsentire, hoc tamen non vsquequaque, sed moderatè sanè intelligèdum est. Sunt enim certæ personæ exceptæ, cum quibus non nuptias contrahimus, & quasi limites quidā præfixi, quos in nubendo transfilire omninò prohibemur. Nec enim quod antea de pluribus gentib. & nationibus retulimus, apud quas sine delectu nunc filij matribus, nunc patres neptibus, ipsiq; inter se fratres & sorores, atq; vni plures quandoque miscebantur, huiusmodi

iusmodi monstra, & portenta potiùs, Romani in sanctissimas suas leges recepere: quin certis ordinibus distinctis, & gradibus quibusdam constitutis, hoc illis præceteris fuit antiquissimum, ne belluarū more temerè & fortuitò ad tam verenda matrimonij sacra irrueremus. *a* Principio igitur illud satis constat, eum qui ritè vni mulieri iunctus est, non posse eodem tempore & iustam cum alia fœmina habere consuetudinem, *b* huiusmodi enim hominem vt fœdissimum, etiam Prætores in edicto infamia notauerūt, *c* Siquidem barbarorum potiùs mos ille est, vt inquit Cic. in Ver. Solere aiunt barbaros reges, Persarum ac Syrorum plures uxores habere. & Tacit. Soli, inquit, Germani ex barbaris omnibus, singuli singulis iunguntur vxoribus. Et licet apud Rom. olim Valentinianus Cæsar duarum simul vxorum coniugium permisisset, Iulius etiam Cæsar liberorū quærendorū causa, vt quot quisque vellet uxores ducere, legem ferre constituisset, *d* quod & Socrateni, & Demetrium, & Euripidè, & alios factitasse aiunt, *e* fuerunt tamen hæc posterioribus legibus meritò abrogata, *f* summaq; in eos qui secus facerent, pœna constituta. *g* Nam cum & illi qui pluriū fœminarum commercia appetunt, non

a cap. nuptiarum. 27. q. 5.

b l. 2. C. de incest. nupt. l. cum qui. C. de adulter. *c* l. 1. in fin. l. quid ergo, de his qui not. infam.

d Suet. in Cæsa. cap. 52.

e Tyraq. de legibus Cōnub. pag. 55. 59.

f l. nemo. 1. C. de Iudæ. l. cum qui. C. de adult.

g Alex. conf. 165. in 7. Rom. conf. 31.

leue incontinentiæ & libidinis suæ præbeant documentum, cum legamus antiquitus, quæ vno contentæ matrimonio fuerant, coronæ pudicitæ ornatas, ob id scilicet quod existimabant, eam quæ plures viros experiretur, ab intemperantiæ & lasciuia non abesse. Tum verò non dubium id est, eam ex nuptijs inter maritum & coniugem necessitudinem conciliari debere, qua nulla arctior possit existere, quippe quæ non corpora tantum, sed & animi affectus, gaudia, dolores, voluptates, perturbationesque communes reddat, mutuoque in omnibus officio, & voluntate eos deuinciat. ^a Quod si aliquis hæc ipse non vni tantum, sed pluribus mulieribus voluerit impartire, id profecto veræ & integritatis amicitie ius videtur peruertere, quæ cum duorum vinculo perfecte solidetur, non in plures distrahenda, sed duorum tantummodo animorum iugo vincienda, perpetuoque ita est retinenda, ^b quam rem & multis alijs rationibus, multi maximi & clarissimi viri comprobauerunt. ^c Quibus non obstant contraria exempla sanctorum virorum, Iacobi, Abrahami, Lamec, qui plures vxores leguntur habuisse, nam vt Innocentius Pont. ait, ^d cum illis ita diuino afflatu suadente licuerit, nostrum non est rem tam arcanam & sacram

^a l. i. de rit. nupt. l. aduersus. C. de crim. exp. hær.

^b Arist. ethic. 3. c. 5.
^c Lactan. li. 3. c. 21. Laert. in Zeno. Arist. politic. 2. c. 1. 2. Card. c. di. lectissimis. 12. q. 1. nu. 9. d. cap. gaude mus, de diuort. ver. nec vlli.

facram communibus regulis aut exemplis conferre, ^a quod & supra attigimus. ^b Fuerunt præterea & inter propinquos, qui maxima essent inter se sanguinis coniunctione deuincti, coniugia prohibita, An ob id fortasse, quod naturalis nescio quid verecundie nobis innatum est, quæ huiusmodi sanguinis commixtionem in coniunctis abhorremus? An quod nuptijs necessitudines augeri debent, & per eas plurimorum nobis societatem & coniunctionem adiungere? ^b An quod mulieres propter imbecillitatem, multorum ope & auxilio egentes, propinquis idcirco ^b ~~non~~ ^b ~~bere~~ noluerunt, vt si qua à suis viris iniuria afficerentur, cognati opem ferrent, quod Plutarchus tradit? Illud quidem certum est, inter ascendentes & descendentes iustum matrimonium tam ciuili quam Pontificio iure non posse consistere, ^c quod cum & olim apud veteres diu obseruatum fuisset, vir quidam deinde sanè pauper, cæterum bonus, & in primis popularibus acceptus, neptem, cui ampla dos fuerat relicta, primus in matrimonium duxit, qua de re à multis accusatus, cum & idem multitudinis iudicio absolutus fuisset, plebiscitum deinde factum est, vt in ducenda vxore, vsque ad neptes descendere liceret, superior necessitudo prohiberetur.

C 2 Hodie

^a cap. dum sunt. 19. q. 2.

^b c. 1. 35. q. 5

^c l. nuptiar. cum gloss. de rit. nup.

a Plutar. in Problem.
b Host. in sum. de conf. & affn. §. itē queritur.
c §. affinitatis. §. socrum. Inst. de nupt.

d Suet. in Claud. ca. 26.

e Dion. in vita Neruz.

f §. fratris. Instit. de nupt.

g l. i. C. de incest. nupt.

in C. Theod. h Deuter. 25. Luc. 20.

i c. si quis desponsauerit.

27. q. 2. c. si. de diuort. l. tan-

quam. C. de inc. nupt. in

C. Theod.

a Hodie tamen vsque in infinitum huiusmodi nuptiæ veritæ sunt, b quod & in ijs qui parentum filiorumve loco habentur, qualis est nouerca & nurus, iure optimo procedit, c tamen si Antoninum Caracallam legamus, Iuliam nouercam uxorem duxisse, causatus, Principi quodcumque liberet, impune licere. Inter eos verò qui ex transuerso nobis iunguntur late, licet non in infinitum, sunt tamen & vsq; ad certum gradum verita connubia, quod quidem variè apud veteres obseruatum est, fratris enim filiam ducere legibus antea prohibebatur, sed vbi Claudius Cæsar d rem desuetam vsurpans, Agrippinam, quam maximè deperiebat, sibi uxorem desponsauit, idem passim ceteri deinde Principes licere voluerunt, quod tamen deinde à Nerua fuit seuera constitutione prohibiturum, e hodieq; seruatur. f Fratres etiam defuncti uxori, aut uxoris defuncti sorori copulari antea licebat. g Cæcilius enim Metellus uxore defuncta, illius sorori nupsit. & L. Crass. ex defuncti fratris uxore filios suscepit, quod Hebræis lege veteri expressè erat præceptum, vt scilicet fratris, qui sine prole discessisset, semen suscitaretur. h Hodie & hoc vtroque iure est abrogatum. i Illud enim quod ijs prisca lege sub verborum

rum inuolucris iussum fuerat, aperte deinde, quid id sibi vellet, declaratum est. Præterea Hebræi ipsi, vt tradit August. hoc maximè curabant, ne propinquitatis nouis propaginum ordinibus se sensim dirimēs, quasi euanesceret, ideoq; cognationem antea cœptā, rursus matrimonij vinculo colligabant, quodāmodò fugientē reuocabant, vt in vna familia vel tribu opes in perpetuum permanerent, Moyses ita dicente, c Omnes viri ducant uxores, de tribu & cognatione sua, & cunctæ feminae de eadem tribu maritos accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs. Cum enim in bonis, quæ in vnamquamque tribum fuerant æqualiter distributa, d & feminae ab intestato succedere possent, e curabant idcirco vt in propria familia nuberent, ne bona in diuersam tribum peruenirent, possessioq; antea rectè diuisa conturbaretur, alienæq; familiæ locupletiores redderentur. f Sed hæc iam desueta & oblitterata sunt. Diuersæ enim prorsus tam ciuili quàm Pont. iure connubijs hodie leges sunt præfinitæ, siquidem ius ciuile quascunque intra tertium cognationis gradum cōtractas nuptias damnat, in quarto & reliquis (dum tamen de ijs personis non agatur, quæ parentum loco habentur g) approbat & admittit. h Sic enim

a c. olim. 28. q. 1.

b lib. 11. de ciuit.

c Num. 36.

d Num. 26.

e Num. 27.

f Ruth. 4. Tho. 7.

g §. item amitam. cum gl. Inst. de nupt. h §. duorum. Inst. eo. l. nemi. C. cod.

enim Brutus Portiam Sobrinam & Scipio Nafica Sobrini Africani maiorem filiam sibi desponsasse fertur, quod & unicuique licebat. Iure verò Canon. & olim variatum fuit. Fabianus enim quartum affinitatis gradū interdixerat, a postmodum Iulius non quarto contentus, rem vsque ad septimum perduxerat, b quod & ipsum Gregorius comprobarat. c Visum tamē deinde nimis hoc seuerum est, cum nemo ferè connubiū in propria posset ciuitate reperire, & idcirco Innocent. III. vt in secundo affinitatis genere nuptias admisit, ita quartum consanguinitatis & cognationis gradū exclusit, quod & hodie seruat, estq; plurimū in vsu. d Illud quidem omnibus notissimū est, non eodem modo gradus Iure ciuili & 7 Cano. dinumerari, cum ius ciuile quo ad tutelas, hæreditates, successiones, eos recenset. Ius verò Pont. ratione matrimonij, & coniunctione, de ijs agat, vnde & in propria quodlibet materia seruandū erit. e Sanè & ad impediendas nuptias illa potissimū affinitas considerari solet, quæ ex iustitricis sacris (cognitionem spiritualem vocant) contracta est. f Etenim si arctior sanguinis coniunctio legitima impedire matrimonia apta est, quo magis hoc ex diuinis sacramentis profecta cognatio effice-

a c. de pro-
pinqvis. 35. q.
3.
b c. nullam.
q. cad.
c c. de afin.
q. cad.

d c. non de-
bet, de conf.
& afin.

e c. ad sedem.
35. q. 5.

f c. 1. de cog.
spirit. in 6.

efficere debet? a cum præsertim ijs qui puero in his sacris auspex sit, Deo fidei- bere videatur, se in illum quæ ab optimo parente solent officia proficisci, egregiè collaturum. b Prohibet igitur quàmplures personas huiusmodi cognatio inter se nubere, c quod non tam Principum constitutionibus, d sed & Pont. Decretis sæpissimè est traditum. e etiamq; in illegitimè natis locum habet, f Illa etiam cognatio nuptijs impedimento esse solet, quæ solo Iuris ciuilis vinculo iungitur, adoptioneq; contracta est. Cum enim ad veri matrimonij similitudinem sit instituta, non patitur parètes aut fratres ipsos inter se copulari, g suosq; & ipsa ordines constitutos habet, quos egredi non licet. h Quæ tamen omnia tunc demum legitimam sobolem efficiunt, nisi iustus error probabilisq; ignorantia parètes ab omni crimine excusaret. i Ea autem cuiusmodi esse debeat, vt nihil filijs noceat, Doctores latè declarare solent k.

a c. 1. 2. 30.
q. 3.

b c. vos ante,
de consecrat.
dist. 4.

c Gl. c. 1. §. fi.
de cogn. spi-
rit. in 6. Abb.
c. Martinus.
eod. tit.

d l. si quis a-
lumniam. C.
de nupt.

e rot. titu. de
cogn. spiri. &
30. q. 2. 3. 4.

f Abb. c. fin.
de cogn. spir.

g c. 1. cap. per
adopt. 30. q. 3.

h. Glossic.
vn. de cogna.
leg.

i c. ex tenore,
qui fil. leg.
c. fin. de clan.

k Dec. consil.
153. 154. dice-
mus infra ca.
9.

AN EX ILLICITO CON-
cubitu, affinitas vlla oriatur, quæ
matrimonium impe-
diat.

- 1 Affinitas quid sit.
- 2 Illegitimi dicuntur coniuncti, nisi cer-

ris casibus. num. 6.

- 3 *Ad impediendas nuptias, illegitimi nihil à legitimis differant.*
- 4 *Affinitas cum illegitimis quomodo consideretur, tam Iure civili, quam Pöt.*
- 5 *Affinitas iusta qua sit, & qua naturalis tantum.*
- 6 *Quo casu illegitimi consanguinei appellentur.*

C A P. VII.



INTE cætera, quæ matrimonium inter aliquos iungi prohibent, supra diximus affinitatem memorari, ubi ea intra quartum gradum nobis antea cum aliquo intercedebat. Verùm id nunc in quæstionem venit utrum ex quacunque vel illicita coniunctione, an verò ex legitimo tantum matrimonio hæc affinitas oriatur, puta, fuit mihi quandoque cum aliqua muliere consuetudo, poteritne filius, aut frater meus. illam amplius uxorem ducere aut ego illius matrem, sororem, nepotem? Res prima quidem facie, eam partem videtur suadere, quæ fauet matrimonio, ut id liberè inter eos contrahi posse dicatur. Primò, quòd scimus affi-

nita-

nitatem dici, coniunctionem personarum, quæ antea diuersarum erant cognationum, per nuptias copulatam. *a* Vbi ergo nuptiæ non erunt, ibi nec affinitas vlla coniungi poterit. *b* Deinde quòd cum affinitas, & civili, & Pont. Iure, uti res honestissima sit recepta, non videtur ea ex his complexibus, qui turpes & illiciti sunt, posse existere, cum id, quòd per se facinorosum, indignumq; est, nihil decens, honestumq; vaquam parere valeat. *c* Postremò quòd illegitimè nati, nullo prorsus Iure nec civili, nec naturali, patri suo, vnde affinitas oritur, iuncti esse intelliguntur, quin ab eo, eiusq; agnatis penitus alieni. *d* Quid ergo eos prohibebit, nuptias inter se conficere, si nulla antea simul necessitudine sunt copulati? Vereor ego tamen, ne contraria sententia verior multò sit, quàm alij probare rationibus esset superuacaneum, cum expressè multis locis & civili & Pontif. Iure traditum sit, nihil interesse ad impediendum matrimonium, an ex iustis nuptijs cognatio descendat, aut iniustis, *e* cum ex quocunque concubitu affinitas contrahi soleat. *f* Id verò ita receptum dicitur, ut quamuis cæteris in rebus, illegitimè nati, nullum ius coniunctionis à patre ducant, in hac vna tamen causa, ubi de matrimonio agitur, volue-

C 5 runt

a l. non facile. §. affines, de gra. aff.
b d. l. non facile. §. sciendum.

c c. legi. 16. q. 1. c. cum Paulus. 1. q. 1.

d l. si spurius, vnde cog. Aut. licet. in fin. C. de nat. lib. Bal. l. cum legitime, de sta. homi.

e l. & nihil. de rit. nupt. §. c. discretionem c. pe. de eo qui cogn. conf. ca. per tuas de proba. vbi Dec. 2. notab.

runt leges eorum, perinde ac legitimorum rationem habendam, eò quòd in matrimonijs naturale ius, & pudor imprimis inspiciendus est. Contra pudorem autem est, eas personas, quæ à nobis sanguinis semina hauserunt, inter se ita copulari. In *a* eo quidem fateor adhuc esse controuersiam, quod volunt Doctor. *b* quamuis cum legitimis eadem connubij iura seruentur, lege tamen ciuili, cum his affinitatem nullam vnquam considerari, sed quiddam aliud potius esse, quod matrimonium impediatur celebrari, eò quòd affinitas hoc Iure nõ nisi ex iustis nuptijs oriatur. *c* Iure verò Pont. secus esse, cum ex quocunque concubitu illa contrahatur. *d* Et propterea non eodem modo affinitatem Iure ciuili, ac Canonico aiunt diffiniri. *e* Ego verò aliter semper putauit, videlicet Iure ciuili, quoad impediendas nuptias, nobis cum vulgo quæsitis filijs, ius necessitudinis intercedere, & idcirco fratrem legitimè natum, prohiberi vulgo quæsitam sororem suam vxorem ducere, quòd inter eos cognatio spectetur, *f* & eadem ratione patrem naturalem cum filia spuria nõ posse copulari, *g* sicuti nec filij cum patrum suorum concubinis. *h* Hanc autem siue cognationem, siue affinitatem, iustam quidem dici non contēderim,

a l. adoptiu.
f. seruilis, de
ritu nupt. l. li-
beri, cum gl.
C. de nupt.
Ang. conf.
401. nu. 9.
b Glof. s. affi-
nitatis. Instit.
de nupt.
c d. s. scien-
dum.
d d. c. discre-
tionem. ver.
affinitas, & c.
penul. eo. tit.
e Io. And. 35.
q. 5. in Arb.
affin.

f l. & nihil.
de ritu nupt.
g l. adopti-
nus. f. serui-
les. cod.
h l. Liberi.
C. de nupt.

derim, ita vt cæteris in rebus veluti hæ-
reditatibus, tutelis, testimonijs dicendis,
& hi affinium numero habeantur. *a* Sed
quoad hanc tantum causam dico, vbi de
nuptijs celebrandis agitur, eos vt affines,
Iure ciuili rectè cenferi posse, *b* sicuti &
Iure Canonum, ob idq; nullam inter hæc
duo iura, quo ad hanc rem, differentiam
superesse, cum in dubio Ius ciuile con-
trarium Pontificio non præsumatur, nisi
euentissimè expressum sit, *c* videamuf-
que Canones hanc affinitatē vocare, quæ
etiam ex illicito complexu oritur, *d* id
tamen vbi tantum de matrimonij agitur
coniunctione, quod etiam cum Iure ciui-
li cõsentit. *e* Erit igitur quæ ex iustis nu-
prij descendit, illa quidem affinitas latè
patens, ciuilis, naturalis & legitima. At
hæc quæ ex fornicatione producitur, na-
turalis tantum & illegitima, vt Hostiensis
ait, *f* proptereaq; in hac tantum causa ob-
seruata, vbi de matrimonio agitur copu-
lando. Quod sanè præcipuè notandū erit,
vt sciamus hoc saltem casu illegitimè na-
tos, consanguineos & coniunctos rectè
dici posse, *g* tametsi cæteris in rebus secus
fortè sit, vt infra latius disputandū erit. *h*
AN HODIE IN NVPTIIS
filiorum, consensus patris sit
necessarius.

a iuxta l. Iu-
risco. in prin.
de grad. affin.

b Glo. l. non
facile. s. affi-
nes. eo. AZO
in sum. C. de
nupt. s. est au-
tem.

c c. i. de ope.
no. nun. vbi
no.
d d. c. discre-
tionem.

e Prosdoc. in
tract. de affi-
nu. 3. 4.

f In sum. de
affinit. s. i.

g Felin. Dec.
c. per tuas de
probat. 2. No-
tab.

h cap. 16.

- 1 Cur lex civilis, patris consensum in nuptiis necessario requirat.
- 2 In matrimonijs præualet lex Pontificia.
- 3 Iure Canonico consensus patris necessarius non creditur.
- 4 Contrà latè disputatur.
- 5 Post 25. annum, filia sine patris consensu, etiam Iure civili nubere potest.
- 6 In matrimonijs spectandum, non quod licet, sed quod honestum est.
- 7 Vbi pater filij nuptijs non vult consentire, quid agendum.
- 8 Quid in statuto, quod propinquorum consensum in contractibus requirit.
- 9 Patria potestas in spiritualibus quando negligatur.
- 10 Dicitio solus, non excludit casus similes.
- 11 Declaratio c. sufficiat. 27. q. 2.
- 12 Declaratio c. cum causam. de raptor.
- 13 Standum Iuri civili. ubi aliquod dubium est Iuri Canonico.
- 14 Matrim. absque consensu patris perfici non debet, sed perfectum permanet.

C A P. V I I I.

SVNT & aliæ plures causæ, quæ iustum impediunt matrimonium contrahi, a ex quibus nos vnã tantum, quæ præcipua est, in præ-

a Gl. §. illud. Instit. de nup. ver. enumerati.

senti persequemur. Iure enim civili filiusfam. absq; consensu patris, aut eius in cuius est potestate, nuptias conficere nõ potest. **a** An verò id ita lex statuit, quod visum hoc admodum est Iuri naturali congruum, vt quibus in reliquis parere debemus, **b** in nubendo etiam eorum consensum adhibeamus? **c** An quòd patres optimum pro filijs capiant consilium, **d** ipsisq; cautiùs multò & rectiùs quàm sibimet consulere existimètur? **e** An quòd res hæc maximi sit momenti, ad quam oēs ferè vitæ nostræ actiones diriguntur, in eaq; deliberanda maturo opus sit cõsilio, non iuuenili & temerario fortè animi impetu? Planè sciendum est, in ijs tantum filijs hoc constitutum, qui in sacris paternis essent, **f** ad emancipatos hanc legem minimè pertinuisse. **g** Contra ea tamen stant hodie Iuris Pont. sanctiones, quæ generaliter quoscunque filios seu in potestate, seu emancipatos, ab hoc consensu impetrando liberant, præualetq; hæc proculdubiò Iuri civili, cum in matrimonij causa Imperatoria lex Pontificiæ ubiq; concedat. **b** Omissus verò hoc iure est consensus patris ea de causâ, quòd cum **3** matrimonium res sacrosancta & spiritualis censèatur, **i** in eo patria potestas attendi non debuit, **k** cum illa, quæ instinctu

a l. 2. de rit. nupt. l. si vt proponis. C. cod.

b l. veluti, de iust. & iur.

c Instit. de nupt. in prin.

d l. nec. in ea. de adult.

e l. isti quidem, quod met. cau.

f l. in coniunct. C. de nupt.

g l. si filius, de rit. nupt. l. 3. §. si filii. de contr. tab.

h c. si. de sec. nupt. c. euphemium. in fin. 2. q. 2.

i Gl. c. veniens. ver. necessaria, de transact.

k l. fin. de iud. in 6.

Dei

a c. licet. de
 re. c. duę sunt.
 19. q. 2.
 b c. sufficiat.
 27. q. 2. c. cum
 apud, de spon
 sal.
 c c. cum cau-
 sam, de rap.
 d Abb. c. 1. de
 desp. impu. &
 conf. 12.
 e Auth. sed si
 post. vbi Cal.
 C. de inoff.
 test.
 f Gl. c. fin. 31.
 q. 2. Bart. l. 2.
 §. quod si in
 patr. sol. ma-
 trim.
 g c. gemma.
 c. requisit.
 de sponsal.
 h Alex. conf.
 97. in 1. Dec. c.
 ecclesia, de
 constit. num.
 41.
 i Gen. ca. 2.
 k Glo. l. Pau-
 lus, de sta. 4
 hom. & c. 1. de
 desp. impub.
 Bal. l. 2. de
 nupt. Cast.
 Aut. sed li. C.
 de ino. test.
 Anch. conf. 21.
 Ang. 29. Alex.
 97. in 1. Dec.
 conf. 231.

Dei aguntur, sub lege hominum non sint,
 a Ideoq; solus hoc iure ipsorum nubentium
 consensus requisitus est, b permit-
 sumq; mulieri, vt inuito & reclamante
 patre sibi cōiugem valeat adsciscere, sint.
 que ex legitimæ nuptiæ, c nec à patre id
 circò exheredari possit, d quod lege ci-
 uili licuisset. e Quin coëgit Canon patrē
 ad dotem & omnia necessaria illi submi-
 nistranda, tametsi eo inscio connubium
 fit celebratum, f voluit enim matrimo-
 nium omnimoda libertate gaudere, g a-
 deò vt nec lege Municipali contrarium
 caueri possit. h Cui rei & diuina illa sen-
 tentia assentire videtur, ita in his nuptiis
 instituendis à Deo prolata, nimirum vt
 relinqueret quis patrem & matrem suā,
 adhæreretq; vxori, i quasi hæc solius nu-
 bētis voluntate, nō ab alieno pendere de-
 berent arbitrio. Et hæc opinio ita com-
 munitè ab omnibus Doctōribus est re-
 cepta, k vt hucusque neminem ego repe-
 rerim, qui contrariū sentire ausus fuerit.
 Videamus nos an diuersa opinio melio-
 ribus nitatur argumētis, vt cum singula-
 ris rectè dici possit, simul & illam hone-
 stiolem, longeq; communi sententia æ-
 quiolem esse demonstremus. Hoc autem
 facilè & exemplis & rationibus, & legi-
 bus probare possumus. Scimus enim per-
 uetustam

uetustam hanc admodum consuetudinē
 fuisse, vt in filiorum nuptiis consensus pa-
 tris interesset, a cum duxerit vsq; à Moyse
 originem, quem non sine afflatu diuino
 cuncta gessisse comperimus. Is aut ita sta-
 tuerat, b Si seduxerit quis virginē nondū
 desponsatā, dormieritq; cum ea, dotabit
 illam, & habebit vxorē: si pater virginis
 datenoluerit, reddet pecuniā iuxta mo-
 dū dotis, quā virgines accipere consueue-
 rūt. Hoc modo filium Thobiz Saran vxo-
 rē duxisse, illam ei tradere Raguele patre
 legimus, c & Rebecca explorato prius Ba-
 thuelis patris cōsensu Isaac despōdetur, d
 & Hemor rogat Iacob patrē Dinæ, & eius
 fratres, vt i' lā filio suo Sichē iungant ma-
 trimonio, e & Thamar nō prius se ab Am-
 mō iniri patitur, quàm is cum Rege patre
 de ea re loquatur. f Sic in Decalogo Deus
 ipse præceperat, vt parētibus honos habe-
 retur: quod & ad hæc nuptiarum solēnia
 referendū, Theologi quidā tradidere. Idē
 quoq; Ethnicos obseruasse Apuleius signi-
 ficat, qui lib. 6. Venerem inducit argumē-
 tantem, non videri legitimas inter Psychē
 & Cupidinē nuptias, eò quòd res acta es-
 set furtim, patre nō cognoscente. Hoc aut
 totum num maxima innititur ratione?
 cum parentes filiorum vtilitati ita prospici-
 ant, vt propria quodammodò commo-
 da ne-

a c. tria. 36. q. 4.

b Exod. 12.

c Tob. 7.

d Gen. 24. c.

honorantur.

32. q. 2.

e Gen. 34.

f Regum 2.

cap. 23.

a l. isti quidem, quod met. cau.

da negligent? a quæ coniectura adeò potens est, vt multa alioquin filijs ipsis da-
mnosa & inutilia, ex quo tamen à patre sunt gesta, lex semper in meliorem partem interpretetur, vtq; illis salutaria appro-

bet & admittat. b Quæ verò tandem ex hoc patris consensu filijs, aut iniuria, aut damnum potest emergere? num si vltra

b Bart. l. 2. nu. 22. de vul. arg. l. cum quidam. C. de leg.

c §. aliud quoque. in fi. Aut. vt cum de appel. cognof.

25. annum filiam desponsare differat, tunc liberè ea sibi maritum potest eligere? i intra eam etiam ætatem, si bonum virum fuerit nacta, eiq; genere & opibus æqualis, iudicis officium implorare, qui vel patri ad id etiam nolentem adiget, vel illam con-

d l. qui liberos. de ri. nuptia.

e l. argu. l. in bello. §. medio. de cap. & post. reu. f Instit. de nupt. in prin.

gruo modo dotandam curabit? d Absurdum certè hoc nimis est, nobis ignorantibus vel inuitis honorum nostrorum successores nobis aliquos oriri. e Adde quòd lex dixit, non ciuili tantum, sed naturali iure hoc institutum fuisse, vt patris cõsensu in nuptijs præcederet quæ verba arguunt omninò, vix posse quicquam in contrarium rectè decerni. g Sed quis vn-

g §. sed naturalia, de iure nat. gent.

quam contrarium statuit? nõnne & Euaristhus Pont. aliter legitimum non posse fieri coniugium dixit. nisi à parentibus puellæ peterentur? h Et Leo Pont. absq;

h c. aliter. 30. q. 5.

i c. non omnibus. 32. q. 2. k ea. hoc sanctum, ead. q.

paterno consensu non iustas haberi nuptias? i quod & Toletan. concilio comprobatum est? k Diuus etiam Ambrosius

virgi-

virginalis non esse pudoris, maritum sibi spontè eligere ait, & in matrimonijs autè contrahendis ius naturale & pudor inspi-

a c. honoratur, ead. q.

ciendus est, b idq; maximè non quod licet, sed quod & honestum est. c Quid autem æquius est, quàm parentum arbitratu filiam copulari? d Iam verò quid huic sententiæ valdè repugnet, non inuenio.

b l. adoptiuus, de ritu nupt. c l. semper. eod. tit.

d c. fi. 36. q. 2.

Nam & si libera Iure Canon. debeant esse matrimonia, e eademmet tamen libertas & Iure ciuili requiri solet, f quo quidem patris cõsensum scimus esse necessarium.

e c. cum locum, de spõs. f l. fi. in fi. C. de sponsal.

7 Nec enim contrahèdi matrimonij facultas idcirco dicitur impediri, cum patre consensum adhibere negante, iudex ad id partes interponat suas. g Requisiuit enim eius consensum lex, quòd existimauit eum, vt diximus, benè filijs consulturum b quòd si secus acciderit, iudex quod in patre desideratum fuit, reponet, filiorumq; votum patris præponet obstinationi. i

g l. qui liberos, de rit. nuptia. Bart. l. 1. §. si plures, de exercit. nu. 9.

h l. si pater. C. de sponsal. i l. viduz. C. de nupt.

k l. cum ita. l. hoc modo, de cõdit. & dem.

l l. Theopop. de dot. præl.

m Cast. Alex. l. turpia. §. 1. de leg. 1. Felin. c. ex parte, de constit.

Barth. l. 1. §. si plures. col. 4. de exercit.

Cumq; aliàs & Iure ciuili omnia ad matrimonium impedimenta reijciantur, k valet tamen conditio legato adiecta, si mulier secundum Sempronij consilium nupsit. l Nec enim his verbis nubendi facultas vlla in parte imminuitur, cum mulier eius quidem consilium exquirere, nõ tamen id necessariò sequi, qualecunque

id fuerit, cogatur. m Sic & statutum quod

D

in fo-

in foeminarum contractibus duorum propinquorum consensum exposcit, idcirco sustinetur, quod si illi absque iusta causa consentire negent, tunc quod à mulieribus gestum erit, irritum esse non intelligitur.

a Bart. l. 1. si cum dotem. §. eo tempore. solut. matr. Cast. l. 1. C. unde vir & vxor.

b c. cū apud de sponsal. c. sufficiat. 27. q. 2.

c Glo. d. c. sufficiat. Arch. ca. 2. de accus. in 6.

e l. 1. de bo. poss. cōt. tab. §. l. 1. 3. de le. prast.

g Bal. Ias. nu. me. 7. l. 1. C. de bon. poss. cont. tab. h d. ca. sufficiat. 27. q. 2.

¶ Unde quod dicitur patriam potestatem in spiritualibus esse negligendam, id forte possit procedere, si ea in his aliquo nobis esset impedimento, quod in quaestione nostra locum non habet. Nec memoret, quod alibi solum eorum, qui matrimonio iungi volunt, consensum inquiri lex ait. *b* Nam crederem ego non idcirco parentes his verbis licet praefinitis excludi, et prout & statutum, quod soli episcopo rerum administrationem concedit, capitulum tamen consensum tacite requirit, *d* & edictum quod liberis, qui ad bonorum possessionem contra tabulam admisi sunt, legata solis parentibus & liberis praestare iubet, *e* plures etiam alias personas complectitur, quibus praestanda sunt. *f* Unde generaliter proditum est, huiusmodi dictionibus, nunquam, vel similes, vel connexos casus excludi. *g* Quin, ut ingenuè fatear, contrarium potius haec verba significare dixerim, ut scilicet id ibi Canon velit, & patrem in his nuptiis omnino adhibendum. Ait siquidem, *b*

¶ Sufficiat solus secundum leges consensus eorum,

eorum, de quorum coniunctione agitur. Non igitur simplicem illorum consensum tantum ad hoc idoneum ait, sed tale probat, qualem leges exposcunt, munitum nempe patris consilio, quod & alia Decreta ostendunt, *a* quae, quamvis secundum honestatem & equitatem quandam loqui concedamus, *b* adigunt nos illa tamen, perinde ac in veri & legitimi praeccepti vim prolata. *c* Aut dicamus, de solo ibi consensu mentionem fieri, ut demonstratur, absque etiam concubitu perfici matrimonium posse, non quod paternam idcirco voluntatem voluerit excludere, ut ex praecedenti Canone significatur. *d* Illud magis urgere videtur, quod dicitur *e* illum raptorem non esse, qui puellae assensum habuit, & prius eam desponsavit, quam cognovit, licet parentes reclamaret, à quibus dicitur eam rapuisse. Sed ego verba ¹² illa interpreto, ut in nuptiis consensus quidem patris affuerit, à raptu vero disenserit, colligiturque omnino hoc ex text. illo, ubi de nuptiis nihil agitur, sed tantum de raptu, qui ratione puellae commissus quidem non dicitur, cum ante desponsata esset, & tunc assenserit, ratione vero patris dicitur rapuisse, cum illo reclamante eam abduxerit. Scimus enim raptum tam parentum ratione, quam & puellae

a c. pe. fin. 32. q. 2.

b Gloss. ff. d. c. fin.

c Dec. c. 1. de consti. nu. 15.

d c. matri. 27. q. 2. & facit l.

nupt. de reg. iur.

f d. c. cum causam, de raptor.

a c. 1. c. c. m.
de raptorib.
30. 1. 2.
b Gene. 1. c. 2.
in fin.

c c. aliter. c.
non omnis. c.
hoc sanctum.
c. honoratur.

d Doct. c. 1. de
ope. no. nunc.

e l. patre fu-
rioso.

ipsius committi. a Non obstat quod de diuino præcepto dicebatur, b nam illud ad coniunctionem & societatem est referendum, propter quam quis à parētibus merito secedere potest: debet enim quis male cum vxore sua vitam degere, quàm à parentum latere non discedere. Quod si & authoritates has, vel si quas his similes, communem opinionem adiuuare dicas, cum tamen suprà nos quàmplures alias his contrarias adduxerimus, c adeò ut hoc Iure res ambigua dici possit, habeamus hoc deinde apertissimè Iure ciuili decisum, existimarem ego semper ex communi Doctōrum pronunciatō, si quid aliter utro Iure dubium est, altero deinde manifestum, illi semper standū esse, quod quæstionem minimè indubitata reddidit, atque ita ex ciuilibus legibus hanc rem totam terminandam. d

Id tamen postremò non reticebo, posse & mediam quandam in hac re opinionem adstrui, quæ cæteris æquior fortè & probabilior videatur, nempe ut dicamus, Iure etiam Pont. consensum patris ex præcepto requiri, si tamen adhibitus non sit, matrimonium non idèò dirimendū, tum quia & aliàs multa legibus prohibentur ne fiant, quæ tamen facta solent sustineri, e tum quia publicæ honestatis ratio magis lædi

lædi videatur, si idèò coniugium dissoluitur. quàm si paternus consensus fuerit omissus, cum amissa semel pudicitia, amplius nequeat reuocari. a Sumpta verò est hæc opinio ex lib. sententiarum Iulij Pauli, qui ita ait: b Eorum qui in potestate patris sunt, sine volūate eius matrimonia Iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur. Contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis præfertur.

AN EX MATRIMONIO,
quod putatiuum dicitur, fili-
ij legitimi oriun-
tur.

- 1 In matrimonio error Iuris & facti, filios legitimos reddit.
- 2 Matrimonium, quando dicatur palam contractum. & num. 4.
- 3 Ruinus sibi contrarius in consilijs suis. & num. 7. 12.
- 4 Patria institutum, in matrimonijs seruandum.
- 5 Error quilibet in matrimonio clam contracto, nocet filijs.
- 6 Vbi error in facto affuit, filij iusti oriuntur, tam Iure Pont. quàm ciuili.
- 7 Error parentum in Iure nocet filijs, ut legitimi.

- legitimi non dicantur.
- 8 Iuris ignorantia quando noceat.
- 9 Damnum quod proprie dicatur, quod lucrum.
- 10 Si alter parens in facto erret, alter in mala fide sit, filij oriuntur legitimi.
- 11 Quod si alter in Iure erret, filij sunt illegitimi.
- 12 Quid dicendum, ubi dubitamus, an parentes in Iure vel facto errauerint.
- 13 Error facti an presumi debeat.
- 14 Nati ex matrimonio putatiuo, alijs legitimis equiparantur.

C A P. I X.



Nuptiæ sanè vt iustè dici possint, secùdum legum præcepta, ijs modis sunt conficiendæ, quos aliàs tradidimus. Quia verò fit quandoq; vt quis se iustum credat matrimonium cõtraxisse, quod tamè re vera iustum nõ est, cùm sublit aliquod impedimentum, quod interim alios latebat, agemus nunc, an hi qui ex hoc quod falsò creditum est, matrimonio oriuntur, illegitimi dici mereantur. Quæ quæstio cùm multa habeat capita, propterea & eam

& eam in partes aliquot distinguemus, vt omnia clariùs & faciliùs percipi possint.

Primum caput erit, vbi nuptiæ inter aliquos palàm initæ essent, & vterque coniugum, legitimè confectum id matrimonium existimasset, erraretq; vterq; tam in Iure, quàm in facto. Hic sanè si qui nati fuerint filij, legitimi dicendi erunt, ob parentum bonam fidem, & connubium publicè celebratum, *a* ex eo enim quòd palàm negotium hoc confecerunt, agnoscamus & eos errore lapsos esse vnde & excusatione digni rectè vidètur. *b* Sed hinc declarandum est, quandònam matrimoniù dicatur palàm contractum, ita vt filius ex eo susceptus prodesse debeat. Reperio enim celeberrimum Iurisconsultum Carolum Ruinum, acutissimi ingenij virù, multum in hac re defecisse, cùm sibi ipsi cõtraria locutus, modoq; hanc, modò illà consulendo sentètiã secutus fuerit. Dixit is quodam in responso, *c* non aliter legitimos filios vocari posse natos ex matrimonio putatiuo, nisi in eo peragendo, omnia illa solennia ad vnguem seruata esse, quæ Innoc. Pont. enarrat, *d* hocq; solum dici matrimonium in facie ecclesiæ contractum (quoad legitimos filios querendos, non quo ad alia) vbi nihil ex ijs so-

a c. 2. vbi Abbas, qui fil. legit. Glof. Balsali. l. qui cõtra. C. de inc. nup. Bart. l. cum qui. de stat. hom. *b* l. fin. de rit. nupt.

c Ruin. conf. 14. nu. 10. in 3.

d c. cum in bitio, de clandest. desp.

lennibus, secundum formam ibi à Pont. præscriptam fuerit prætermisum. Alibi verò contrà respondit, *a* putauitq; satis dici matrimonium palàm, & in faciem ecclesiæ celebratum, quod coram amicis, seu consanguineis ex patriæ consuetudine esset contractum, quamuis cætera à Pontif. tradita, *b* essent omissa. Ego autem hanc vltimam eius sententiã magis probo, quam & receptiorem esse video, *c* & Iure etiam veriore, siquidem vniuersi cuiusque loci consuetudo pro lege est, & nec errare ille sanè potest, qui patriæ institutum sequitur, cum ita & legem seruare dicatur, quæ tacito consensu populi recepta est, *e* nisi fortassè aduersus bonos mores, huiusmodi consuetudo foret, *f* quod quidem in præsentì casu nostro nõ admittimus, cum præsupponamus, conuocatis saltem aliquibus testibus, hæc omnia gesta fuisse. *g*

5 Secundum caput est, vbi matrimoniũ clam contractum esset, bona tamẽ vtriusque coniugis fide: & hoc casu sciendũ est, bonã eam fidem nihil sanè prodesse, cum maxima sit suspicio aduersus eos, qui legum solennia contempserunt, & quasi ignorantia affectatores extiterunt, *b* sicuti nec contrà, sufficeret ritè & publicè celebratum connubium, si contrahentes impedimentum

a conf. 51. nu. 15. vol. 5.

b d. c. cum in
hibitio.

4
c Dec. cont. 153. Abb. Præp. ca. si. de clan. despon. Old. cõf. 256. Soc. Iun. contil. 86 in 2. col. Pau. Paris. conf. 13. in 2. nu. 13. Io. Lup. tract. de matri. c. vlt. nu. 18. 20. d. l. de quib. de legib.

e §. siue scripto. Inst. de iur. nat.

f c. qui contra. c. mala. 8. dist.

g Bart. l. 2. C. de his qui ex pub. rat. li. 11. h. c. cum inhi- bitio. §. 1. de cland. desp.

dimentum subesse initio cognouissent. *a* Vnde concludendum est, hæc duo necessariò requiri, vt filij legitimi dici queant, videlicet solennem coniugij ritum, & parentum bonam fidem in factò affuisse. *b*

Tertium est caput, vbi parentes in iungendo matrimonio in factò errassent, veluti quòd se antea coniunctos esse ignorant, aut simili de causa alter alterius conditionem minimè notam haberet, cum tamen in Iure non laberentur, & matrimonium palàm contraxissent. Et hoc casu Iure quidem Pont. certissimum est, ex paterna hac facti ignorantia filios excusari, eosq; legitimos haberi, *c* sed Iure civili dubium videtur, cum legamus mulierẽ, quæ ignorans statum serui, eum vt liberũ sibi coniugio iunxit, re detecta, dotè quidem recipere, filios tamen inde natos, spurios appellari, *d* & rursus, acerrimum errorem probari oportere ab eo lex inquit, qui contra legum præcepta, nuptias contraxerit, *e* quasi non simplex ignorantia, sed maximè probabilis & iustissimus error requiratur. Crederem ego tamen, vtroque Iure liberos iustos haberi, nec esse in hac re contrarium ius ciuile Pontificio, quamuis aliter Doctoribus videatur. Quod enim primo loco exemplum reiatum est, *f* id de seruis loquitur, qui

a Abb. c. pen. in fin. qui fil. leg. Dec. conf. 154.

b d. c. cum in-
hibitio. Soci. Iun. conf. 86. col. pen. in 2. & conf. 31.

c c. 2. c. refe-
rente. c. pen. qui fil. legit.

d l. 3. c. solut. matr.

e l. qui contra. C. de inc. nupt.

f d. l. 3. c. sol. matrim.

D § cum

cum nemine legitimum inire matrimo-
 nium poterant. *a* Vnde nil mirum est, si
 eo errore nihil adiuuantur, cum ipsi su-
 pte natura ab omnibus iustis nuptijs ar-
 ceantur. Alterum quoque exemplum
 de filiis nihil loquitur, debeantne legiti-
 mi aut illegitimi censerī, sed tantum po-
 nam parentibus imponit, qui contra Prin-
 cipum mandata, nefarias nuptias cele-
 brarunt, quod & Accursius ibi declara-
 uit. *c* Aut si etiam fateamur olim ius ci-
 uile cum Pont. non conuenisse, hodie sal-
 tem minimè dubitandum est, quin hoc
 in negotio, tum quo ad successiones, tum
 quoad cætera omnia, Iure ciuili postha-
 bito, vnum ius Canonicum sit attenden-
 dum, tam in nostro, quàm in Cæsaris quo-
 que foro. *d*

Quartum est caput, vbi in Iure tantum
 errassent, non in facto, Veluti cum se con-
 sanguineos quidem esse antea intellexis-
 sent, crederent tamen in tertio gradu con-
 nubium perfici posse, aut quid huiusmo-
 di. Quod caput ceteris magis dubium est,
 cum nec Panormitanus, *e* nec Præpos. *f*
 id vnquam apertè decidere ausi fuerint,
 & Ruinus sibi met contrarius in hoc quo-
 que cōsulendo fuisse deprehendatur, cum
 aliquando dixerit solam hanc Iuris igno-
 rantiam non prodesse, & ita communi-

a l. r. C. de in-
 cest. nupt.

b d. l. qui cō-
 tra.

c Glo. d. l.
 qui contra.

d Bart. Auth.
 de ince. nupt.
 nu. 16. Alber.
 d. l. qui cōtra.

e Abb. c. refe-
 rente. c. ex te-
 nore. & ca.
 perlatum. qui
 fil. leg.
f Præpos. d.
 c. referente.
 & alijs. supra
 d.

ter Doctores sentire, *a* aliquando verò
 prodesse responderit, quod quoque com-
 munitè probatum esse fuit attestatus, *b*
 in hanc partem Bartolus etiam magis in-
 clinasse visus est. *c* Ego verò cum dubia
 valde sit hæc quæstio, tutissimum censeo
 in ambiguis, nihil discedere à commu-
 nibus Iuris regulis, *d* Illæ autem sunt hu-
 iusmodi, Iuris ignorantiam cuique no-
 cere, *e* cum vnusquisq; legū, quibus viui-
 m^o, præcepta nosse reneatur, *f* idcircoq; is
 qui aduersus ea quid agit, statim in mala
 fide esse præsumitur, *g* cum talis dissi-
 mulatio minimè omnium sit admittenda,
h vt multis exemplis Iure notissimū est.
i Cum igitur parentes, qui ita simul con-
 traxerunt, Iuris se solum ignorantia la-
 psos fateantur, non videtur hæc excusatio
 satis digna esse qua subleuentur. Et si quis
 hic fortassè obijciat, prædictā regulā tunc
 non admitti, vbi de damno agitur vitan-
 do, in quo Iuris error nihil nocere solet,
k Responderè ego in hac quæstione, quo-
 ad parentes & filios ipsos, agi potius de lu-
 cro quærendo, quàm damno declinando.
 Id enim propriè damnum dici videtur,
 vbi diminutio aliqua fit patrimonij, *l*
 aut vbi commodi illius sequitur amissio,
 quod antea quis cōsequebatur. *m* Sed hinc
 quamuis filios illegitimos ex tali coniun-
 ctione

a Ruin. comf.
 14. nu. 4. in fi.
 in 3.

b Cōf. 51. nu.
 17. in 5. & cō-
 fil. 100. col. 2.
 in 3.

c in l. fin. de
 condi. fin. ca.
 & in l. si adul-
 terium, cum
 incestu, de a-
 dult.

d Glo. in l. o-
 mnis diffin.
 de regu. iu. &
 in sim. Abb. c.
 1. in fin. de clā
 dest. desp.

e l. regula, de
 iur. & fac. l. iu-
 ris. c. qui ad-
 mi.

f l. leges. C.
 de leg.

g l. quemad-
 modum. C.
 de agr. & cēs.
 lib. 11. Bart. l.
 sed & §. scire.
 nu. 4. de pet.
 hær.

h l. pen. C. de
 iu. & fac. ign.

i l. nunquā,
 de vsuca. l. 4.
 & 9. §. si quis
 ius, de iur. &
 fact. ignor.

k l. error, cū
 præc. de iur.
 & fac.

l l. 3. de dam-
 infec.

m l. 2. §. meri

to, Ne quid
in lo. publ.

a Conf. 100.
in 3. col. 2. &
conf. 51. in 5.
nu. 17.

b Felin. cap.
de quarta, de
prescrip. nu.
30. Dec. l. iu.
ris. c. qui ad-
mi.

c Abb. c. per
venerab. nu.
36. qui fil. leg.
& in c. perla-
tum. nu. 5.

d In d. l. si. de
cond. sin. ca.
vbi alleg. l.
qui provin-
cia. de rit.
nupt. & ita
Rapha. Ang.
d. l. fin.

e Arg. l. si. de
rit. nupt.

60

Gabriel Palaeotus

atione nasci velimus, non tamen propriè
damnum contrahi dicas, cum ij nullam
antea quæsitam priuentur, nec quicquam
verè de suo amittant. Quin potius, lucrum
id quo ad eos dicendum foret, si legitimè
habendi essent, cum ea ex re ad multa co-
moda essent peruenturi, quibus antea nu-
quam potiti sunt. Et ex his rationibus fa-
cile ea omnia tolli posse puto, quæ in con-
trariū Ruinus adduxit a si quis hæc no-
stra, & illius argumenta, simul conferat,
consideretq; lucri quærendi, & damni
au fugiendi diuersitatem, simulq; coniu-
ctum totum hoc esse negotium parètum,
& filiorum, ita vt ex copulatione paren-
tum totum ius pendeat filiorum, nec ista
aut diuersa, aut aliena esse, Fateor sanè, si
talis error Iuris valdè probabilis, & in-
stus fuisset, prout eum declarare Doct. so-
lent, b tunc quidem posse parentes excu-
sari, & eo casu filios legitimos appellari,
vt & alij tradidere, c & secundū hæc Bar-
tolus locutus fuisse fortè intelligi posset.
d Sed regulariter cōtrarium statuendum
puto, nisi & hîc fortè æquitas quædam &
benignitas nos moueat, vt patribus, quos
non malitia, sed simplicitate potius lapsos
fuisse constat, & consequenter eorum fi-
lijs nonnihil indulgendum esse dica-
mus. e

Quin.

De Nothis Spurijsq; filijs.

61

Quintum est caput, vbi alter ex con-
trahentibus matrimonium, rem omnem
initio, vt se haberet, probè nosset, tam in
Iure, quàm in facto, alter verò in facto ta-
ntum erraret, & hoc casu volunt commu-
niter omnes, huius solius ignorantiam,
cum in facto sit, omnibus natis filijs pro-
desse, vt legitimi habeantur, etiam quoad
vtrunque parentem, & in hoc, vt dixi, cō-
muniter omnes consentiunt. 4

Sextum caput est, vbi alter tantum in
Iure erraret, alter verò omnis & Iuris &
facti conscius esset. Et hîc Bartolus, Accur-
sius, & quidam alij credidère, b filium na-
tum, quoad ignorantem parentem, legiti-
mum haberi, quoad scientem, illegitimū,
sicuti alter in eo concipiendo, bona fide,
alter dolosè veritatus est. Sed Ruinus con-
trà, c dixit enim ignorantiam Iuris, etiā
vnius tantum, filios reddere vnde quaque
legitimos, non solum quoad ignorantem,
sed & quoad conscius illius rei. Ego ve-
rò ab omnibus dissentio, cum suprà sta-
tuerim, d errorem Iuris, nisi iustissimus
sit, cuique nocere, non prodesse. Quòd si
in vtroque parente id affirmauimus igno-
rante, quo magis in altero tantum id igno-
rante fuerit asseuerandum?

Septimum est caput, vbi palàm cōtra-
ctum esset matrim, dubitetur autem an in
Iure,

a c. ex teno-
re. c. 2. qui fil.
leg. vbi Abb.
Butt. Præpo.
Castad. Dec.
1. de spōs. nu.
5. Ias. conf. 136
162. in 4. Ro-
sel. tract. de le-
gitim. cap. vi-
sum est. Ruin.
supra. Ioan.
And. tract. de
cōsan. nu. 30.
b Gl. l. qui
contra. C. de
incest. nupt.
Bart. Ias. l. fin.
de cond. sin.
ca. Ias. l. 1. 5.
hoc autem.
nu. 30. ad Tre-
bel. Anch. cō-
sil. 401.
c Conf. 100. in
3. & conf. 51. in
5.
d In 4. casu.

Iure, vel facto errauerint, quidnam in du-
 bio sit præsumendum. Et Ruinus in hac
 quoque parte, varius sanè fuit, quandoq;
 enim solam Iuris ignorantiam præsumi
 tradidit, *a* quandoque Iuris & facti si-
 mul, *b* Ego verò de Iuris quidem igno-
 rantia cum eo sentio, illam in dubio esse
 præsumendam, ex quo actus publicè ge-
 stus est, qui omnem delet suspicionem
 ut & Bart. inquit, *d* Quoad factum autè,
 quamuis Bal. eius quoque errorem præ-
 sumi velit. *e* Decius potiùs contrà, qui ait
 eum probari debere, *f* ipse tamen certam
 in hac re non auderem regulam cõstitue-
 re, cum facti interpretatio plerunq; etiam
 prudentissimos fallat, *g* & quædam sint,
 quorum scientia sæpè quidem præsumi
 varijs de causis solet, quorundam verò nõ
 ita. *b* Quæ enim ei esset excusatio, qui mu-
 lierem sibi sororem, aut consobrinam fu-
 isse, diceret se ignorasse, cum qua perpe-
 tuò educatus eadem in domo, ab ijsdem
 parentibus fuisset? Fac verò illum annicu-
 lum è domo eiectum, peregrè diu profe-
 ctum esse, & in patriam reuersum, cum ea
 matrimonium publicè celebrasse, nõne
 equior multò hïc est excusatio? cum hinc
 plerunq; sua sumere argumenta solitos
 in Comædijs Poetas videamus? Rursus,
 nõne iustus ille error videatur, cum te-
 cum

a conf. 14. nu.
 5. in 3.
b conf. 100.
 nu. 4. in 3. &
 conf. 51. in 5.
 nu. 17.
c l. fin. de ri.
 nupt. Alex. l.
 clā possidere,
 de acq. pos.
 13
d In l. si adul-
 terium, cum
 incest. num.
 11. de adult.
e Bal. l. qui
 contra. de
 incest. nupt.
 ver. & ex hoc
 pono.
f consil. 154.
 num. 1.
g l. 2. de iur.
 & fac. ign.
h l. octau.
 vn. cog. Dec.
 conf. 154. Pa-
 ris. conf. 57. in
 4. col. 2. & nu.
 36.

cum Bonon. puella matrimonium palàm
 iniit, nesciens te iam pridem aut Vicentiz,
 aut Genuz, alias nuptias celebrasse?
 Possset fortasse tamen hïc idem error, nõ
 æquè probabilis haberi, si quædam alia
 concurrerēt indicia, quæ ex negotij ipsius
 conditione spontè se offerunt, nec facilè,
 nisi pro renata, prout de mora dicitur, *a*
 diffinire possunt. Hæc igitur omnia sapi-
 ti iudicis arbitrio decidèda relinquerem,
 cum certa regula nequeant cõprehendi. *b*
 Porro, an post parentum mortem ob-
 iijci contra filios possit, illicitum fuisse pa-
 trum coniugium, anq; extãtib; filijs iu-
 stis ex alio matrimonio, illi qui ex putati-
 uo nascuntur, legitimi censerì possint, sa-
 tis hæc copiosè ab alijs tradita reperiun-
 tur, *c* nos enim & quædam consultò quã-
 doq; omittimus, ne nimia eiusdem rei sa-
 tietate legentium animos afficiamus. Il-
 lud quidem non prætermittam, vbicun-
 que liberi ex his coniunctionibus legiti-
 mi habètur, eos nihil à ceteris iustis filijs,
 quoad successiones, fideicommissa, ordi-
 nes, dignitates, feuda, aliasq; res prorsus
 differre. *d*.

A N V N Q V A M E X I L L E -
 gitimo matrimonio, legitimi orian-
 tur filij, Aut ex iustis nu-
 ptijs, iniusti liberi.

a l. mora. de
 vsuris.

b Glo. 1. suus
 quoque. s. pu-
 to. ver. ad ge-
 neralem, de
 hæc. inst.

c Ruin. d. cõ-
 sil. 14. in 3. nu-
 128. & alij. su-
 præ alleg.

d Dec. conf.
 153. 154. Bal. c.
 1. §. naturales.
 num. 15. si de
 feu. fuer. cõtr.

e Ex

- 1 Ex clandestino matrimo. filij legitimi oriuntur.
- 2 Et quandoque ex putatio.
- 3 Natus in captiuitate est spurius.
- 4 Vxor qua venit castitatem, si deinde ex marito concipiat, an pariat legitimam prolem.
- 5 Quando inter coniuges non sit licita copulatio.
- 6 Ex matrimonio contra ecclesie interd. Etiam, an filij legitimi oriuntur.
- 7 Clericus an possit legitimos filios habere.
- 8 Idem filius potest ut legitimus, & illegitimus quandoque haberi.

C A P. X.



Quamuis ad legitimorum filiorum procreationem, matrimonium, vt alias diximus, necessariū, atq; vbi non adsunt iustæ nuptiæ, ibi nec liberi sperari pos-

sunt, cum ratio ipsa hoc satis persuadeat, vt qualis præcessit concubitus, talis & inde soboles prodeat. ^a Contingunt tamen varij quandoque casus, in quibus licet animaduertere, dissimilem primæ paren-

^a s. naturæ. ver. legitimi. auth. qui. mo. nat. sui. Bal. l. parentes, de in ius voc.

parentum coniunctioni, sobolem in lucem edi.

- 1 Ecce inprimis, si qui matrimonium simul contraxerint, patrijs institutis non seruatis, nec alijs solennibus publicè adhibitis, quæ requiri solent, certum est, iure Pontif. hoc non matrimoniū, sed clandestinas nuptias vocari, talemq; concubitum turpem, illicitumq; censeri. ^a Et tamen, si qui geniti inde fuerint filij, dum non intra gradum legibus prohibitū sint concepti, veri, legitimiq; haberi solent. ^b Vt hic manifestè videas, paternum quidē thalamū, quo ad Iuris interpretationem, illegitimum dici, filios verò ex eodem natos congressu, iustos nihilo minus censeri, ^c cuius rei ratio aliàs à nobis explicata fuit. ^d

^a c. aliter, cā glo. 30. q. 5. & glo. l. in libera, de ri. nup. b. c. fin. §. si quis ve. d. de clandest. de pō. c. Abb. c. lator, qui fil. legit. Dec. conf. 153. nu. 2. Fel. illud, de pte sumpt. in fin. d. cap. 19.

- 2 Est & huic simile id, de quo modò egimus, ^e cum ostendimus ex matrimonio, quod putatiuum vocant, legitimam sobolem quandoque procreari, ^f ibi enim & coniunctio ipsa parentum planè iusta non est, cum legis sub sit impedimentum, proles tamen inde quaerita, legitima vnde quaque existimatur. ^g Rursum, si proptam fuisse, dumq; in captiuitate detinetur, vxorem cum marito ab hostibus captam fuisse, dumq; in captiuitate detinetur, filium ex marito enixam esse, ac deinde in ciuitatem cum suo absque viro

^e cā. pced.

^f c. ex tenore. c. 2. qui fil. leg.

^g Dec. conf. 153. 154.

reuerſam fuiſſe, ſatis conſtat hic filiū ſpu-
rium dici, *a* tamen inter parentes ma-
trimonium initio legitimè eſſet copula-

4 tum. Vbi etiam quis vxori ſuæ initio ritè
iunctus, caſtam dein Deo vitam vouiſſet,
ſeque ſaceris initiari paſſus eſſet, ac poſt ſpre-
ta voti religione euſdem vxoris torum
repetiſſet, ex eaque liberos ſuſcepſiſſet cre-
didit Archidiaconus, *b* tales filios illegi-
timos dici quamuis inter eorum paren-
tes verum matrimonium quondam exi-
tiſſet. Panormitanus tamen hoc non pro-
bat, *c* tum favore proliſ, tum quia ſicnū
matrimonium conſectum contra eccleſiæ
interdictum, non impedit tamen quomi-
nus legitimi ſuſcipiantur filij *a* ſic & in
voto dicendum putat, vt ſatis ſit ex viro &
vxore quem natū eſſe, ad hoc vt filij ei no-
men competat, *e* non obſtante quacunq;
voti obligatione. Ego verò Archidiacono
magis aſſentior. Namq; ad quærendam le-
gitimam prolem, non ſufficit initium bo-
num nuptijs ad fuiſſe, niſi in eodem ſtatu
& perpetuò conſeruentur, ita vt nullū im-
pedimētum nedum in matrimonij copu-
latione ſed nec in exitu, aut illius execu-
tione vnquā notetur, *f* quod & modò atti-
5 gimus. *g* Cū igitur hic, poſt celebratū
initio coniugium, votum id continentix,
ac ſimul ſacrorum inſtitutio ſit ſubſecuta,
appa-

a Gl. l. diuus.
de cap. & poſt.
lim. & in l. ab
hoſtib. ſ. non
minus, ex
quib. cauſ.
maior. & in l.
i. c. de capri.
& poſt.

b In c. 2. de
fil. preſb.
in 6.

c In c. lite-
ras, de ſil.
preſb. nu. 4.
d Tot. tit. de
mat. contr.
con. interd.

e l. filium dif-
finimus, de
his qui ſui.

f Gl. l. diuus.
de cap. & poſt.
g Supra eod.
in 3. caſu.

apparet iam matrimonium non amplius
pristinam ſpeciem retinere, cū nunc ma-
ritus alere quidem & alijs rebus neceſſa-
rijs vxorē hanc ſuſtinere teneatur, verū
nulla inter eos carnis copulatio amplius
6 permittatur. *a* Nam vt inquit Leo Pon-
tifex, *b* cœpithis illud non licere, quod
iam licuit, cū connubium inter eos ita
nunc ſit, quāſi non eſſet. Vnde & qui poſt
tale votum, vxorem ſuam cognoscere vo-
luerit, dicitur is potiùs inceſtum cum ea
committere, & illius inuadere cubile, *c*
ex quo vxor amplius non eſt, quo ad ea
obſequia, quæ maritis ab vxoribus libe-
rorum gignendorum cauſa debentur. *d*
Quomodo igitur, hæc cū ita ſint, legiti-
mus deinde ex ea quæri filius poterit?
Nam quod dicebat Panormitanus, *e* ex
matrimonio contra interdictum eccleſiæ
inito, non tamen illegitimos proſciſci fi-
lios, atque ob id, nec eos etiam Nothos
cenſendos, vbi à nobis tantūm caſtitaris
votum nuncupatum eſſet. Ego tunc non
veram, priorem eius propoſitionem ſcio,
vbi impedimentum perpetuū eſt, *f* quod
cū eiſmodi ſit in caſu noſtro, *g* meritò
ex illius argumento opinionem noſtram
magis cōfirmari credo. Sed & aliud in vo-
to eſt, quā in eccleſiæ interdicto, cū
hoc mutuo coniugū conſenſu ſit munitū,

a c. omnino.
31. diſt. c. ſeria
tim, in ſin. 33.
diſt.
b c. lex. 31.
diſt.

c c. miniſtri,
cum gl. 21. diſ-
ſin.

d c. Epifco-
pas. 77. diſt. c.
cum malra.
18. q. vlt. gloſ.
e d. c. miniſtri.
e Abb. d. c. ſi-
teras.

f Abb. c. ſi. de
matr. contr.
con. interd.
Sozi. Iun. cōſ.
31. nu. 58. in 2.
g Quia votū
hoc caſtitaris
perpetuū eſt.

a c. semel
Deo, de regu.
iu. in 6. vbi lo
an. And. Dyn.
Ancha.

qui certam sibi legem potuerunt im-
ponere, à qua amplius decedere non lice-
ret, cum ex quo quis se primùm sacris mi-
nisterijs alligauit, perpetuò eundem vitæ
cursum sequi teneatur, a quæ quidem o-
mnia, de eo ecclesiæ interdicto non ita di-
ci possunt. Statuo igitur hoc casu, filios
secundum propositam quæstionem ille-
gitimos dici, quod & à Clemente III. si-
gnificatum fuisse, b si quis eius verba di-
ligenter inspiciat, facile poterit animad-

7 uertere. Sunt quidam tamè casus, in qui-
bus is qui sacerdotijs fungitur, legitimos
habere filios potest: sed id aliundè proue-
nit, aut Pontificis priuilegio, aut solenni
adoptione, aut alijs modis: qui cum non
ita præsentis capiti nostro conueniant, ab
alijsq; etiam sint adnotati, c ego hîc pro-
pterea non inserendos duxi. Id quidem
non omitam, fieri quâdoq; posse, vt quis
eodem tempore & iustus & iniustus filius
habeatur, veluti cum mulier per vim ab
aliquo cõpressa est, quo ad patrem enim
illegitimus est omninò partus: quo ad ma-
trem, vult lex eam iustam sobolem habe-
ri. d Possemus quoque & alia adhuc ex-
empla adiungere, quibus filij iusti, ex minùs
legitimo proficiscuntur toro, veluti cum
quis ex concubina, aut soluta alia mulie-
re prolem concepit, eamq; adhuc prægnã-
tem

b c. literas,
de fil. presb.
ver. inconti-
nētiz, & quia
in tit. de fil.
presb. vt intel-
ligatur secun-
dum naturã
illius tit.

c Ripa. c. in-
ter ceteras. i.
col. de re-
script.

d Marfil. l.
i. C. de ficar.
num. 15.

tem sibi in matrimonium adsciuit, quod
enim deinde nascitur, legitimum est, quã-
uis, si initium eius coniunctionis specte-
tur, id longè aliter se habeat, & impudicū
fuerit. a Sed hic & similes multi casus,
ad aliam potius speciem sunt referēdi, vbi
quis extrinsecus, extraneis veluti opibus
ad legitimorum iura peruenit, veluti ma-
trimonio subsequente, Principis priuile-
gio, oblatione Curix, quæ à proposita ma-
teria nostra longè differunt, nosq; hæc in
alium tractatum, De Natalium restitutio-
ne, si Dñs placuerit, aliàs fortassè commo-
diùs conijciemus.

a c. tãta. qui
fil. sint leg.

DE CONCVBINIS, ET naturalibus filijs.

- 1 *Concubinatus lege ciuili nec probatur
nec damnatur.*
- 2 *Naturales cur ita dicti.*
- 3 *Differentia inter concubinam & vxo-
rem.*
- 4 *Concubinatum turpem non esse.*
- 5 *Quæ concubina ceteris honestiores.*
- 6 *Naturales, olim legitimi habebantur.*
- 7 *Triples filiorum genus.*
- 8 *Concubinatus à lege nomen sumpsit, &
quomodo.**

C A P. X I.



Nimaduertendum nunc est, non necessariò sequi, Natus quis ex iusta vxore nò est, qualem leges requirunt, ergo illegitimus filius est. Etenim sunt qui-

¹ dam alij ex concubitu profecti, qui lege ciuili nec receptus nec dñatus est, qualis est concubinarus. *a* & ij vt legitimi appellari non possunt, ita nec illegitimum nomen iure merentur. *b* Sunt verò potius inter vtrosque medij, eòq; nomine, quod illis nudum à legibus relictum est, etiam nunc appellantur, dicunturq; naturales, quasi secundum ius naturale

² editi, nullo iuris adminiculo muniti. *c* Sed dicat fortasse quis, cur non ij legitimi vocatur, si sola natura dictate iuxta primæuum statum orti sunt? *d* Ego arbitror à legibus quid plus in matrimonio præter naturalem procreandi appetitum consideratum fuisse, *e* nempe arctius quoddam vinculum, quo coniuges inter se animo & corpore perpetuò colligarentur, rerumq; omnium inter se socij redderetur,

³ *f* siquidem concubinam ob id præcipuum nobis adiungere solemus, vt cum ea promissis suscipiendæ causa, non libidinosè quidem

a Tot. tit. ff. c. de concub.

b l. 3. vbi Par. de concub.

c §. natura. Aut. quib. mod. nat. d. arg. c. h. 32. q. 4.

e l. si aduersus. C. de cri. expil. lxx.

f Auth. quib. mod. nat. leg. in princ.

dem vitam tranligamus, *a* nec enim concubinæ nomen inhonestum esse existimatur, *b* nec turpe alicui cum ea morari. *c* At verò nuptiæ præclarior & excelcius quiddam continent, cum sint, vt inquit Modestinus, *d* maris & sceminæ coniunctio, consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio. Ex hac enim societate, tale inter virum & vxorem existit vinculum, vt alter in alterius transeat potestatem, *e* vxor mariti rerum quodammodo domina efficiatur, *f* eius radijs fulgere dicatur, *g* domiciliumque & forum, quod mariti est proprium, sortiatur. *h* Quæ non ita in concubina seruantur, *i* quoniam cum ea non omninò iusta, & vsquequaq; integra, sicuti leges postulant, nobis adest coniunctio. *k* Hinc dixit Papinianus vxorem à concubina, personis comparatis, vitæq; coniunctione considerata discerni. Namq; etsi concubinæ consuetudo non turpis quidem iudicetur, *l* nò tamè cum matrisfam. pudore & honestate vnquam erit conferenda. *m* sicut magna licet inter eas similitudo, cum de ijs vicissim leges quandoq; sumant argumentum, *n* & ob magnam inter eas conuenientiam lex quandoque protestationem requirat, *o* non tamen quis vnquam neget, quin vxori à

E 4 Iure

a l. massuri, vbi Alciat. In ff. de verb. sig. b l. si ea, vbi Pal. C. de condi. infer. c l. de rit. nupt. d l. Corint. 7.

e l. r. r. amo tarum. f Auth. de cõsul. §. hæc itaque.

g l. exigere. de iudic.

h l. de iure. §. si ad Munic.

& Bart. l. si. §. 2. cod. Alex. l.

cum quedam, de iurisd. om.

i Gl. Inst. de pat. por. in princ.

k l. donationes, de dona.

l d. l. masculinarius.

m l. stuprum, de ritu nupt.

n l. liberta. de ope. lib. l.

qui concub. de leg. 3.

o l. 3. de concub.

a l. item le-
gat §. parui,
de leg. 3.

Iure ciuili necessitudinis nescio quid & existimationis plus tribuatur, vnde & Vlpianus nihil nisi in dignitate interesse tradidit, a legimusque apud Spartianum, Aelium Verum vxori suæ cōquerenti. quod cum alijs fœminis consuetudinem haberet, dixisse, patere me & alias exercere cupiditates meas: vxor enim dignitatis nomen est, non voluptatis. Ex his intelligimus, concubinæ nomen non quidem obscœnum, sed vxorio longè inferius esse. Inter has tamen concubinas illæ præstare videntur, & matrum familiæ speciem quandam retinere, quæ sub patronorum suorum viuunt contubernio. b Hinc Vespasianus mortua vxore, Ceniden libertâ in contubernium reuocasse dicitur, habuisseque eam Imperator penè iustæ vxoris loco, c Ex talibus igitur concubinis, naturales filij suscipi solent, quos ego iure illo primæuo, secundum Imperatorum nostrorum placita, veros fortè & iustos filios habitos fuisse puto. d Si enim tunc, ob id quod sola natura sanciret, omnes veri filij nascebantur, e hos æquè nunc etiâ sola natura genuisse fertur. f At verò legitimi hodie dici non possunt, quoniâ leges scriptæ, quæ primæ legitimis & illegitimis agnouerunt, multa ad matrimonium, præter illam simplicem procreandi cu-

b l. stuprum,
de ritu nupr.

c Særon. in
Vesp. cap. 3.

d Auth. item
si quis. in fin.
C. de nat. lib.
& Auth. qui.
mod. nat. sui.
§. si vero plu-
rimis.

e d. §. natura.
Aut. qui. mo.
sui.

f c. fi. 32. q. 4.

di cupiditatem, solam ante eas considerata addidere legitimisque illos tantum appellauere, qui ex arctiori quodam multoque validiori, vt modò diximus, nexu essent suscepti. Vnde & coniugium nuncupatum volunt. Illegitimos verò, qui ex concubitu contra Iuris præcepta inito, orti essent. Tertium post genus, inter hos veluti medium, quod naturalium dixere, qui scilicet nec legi probati, nec damnati essent, sed quasi per dissimulationem permisi, & in pristino statu, quemadmodum oriuntur, relictis. a Hocque est quod Marcellus dixit, b cōcubinatum per leges nomen sumpsisse, nō quod legitimus is verè habeatur, sed quia extra pœnam legis fit, & Iuri non contrarius, vt Baldus respondit. c Tradidit autem hanc opinionem peruetustus quidam, isque eruditissimus Doctor Ricardus Malumb. in suis disputat. quem refert Ioan. Andr. d & sequuntur plerique alij. e

a Por. Inst.
de ado. nu. 5.
b l. 3. in fi. de
concup.

c Bal. consil.
457. in 5.

d Ioan. Andr.
reg. sine culpa.

e Batt. l. et si
contra. C. de
nupr. & in l. 3.
de concub.

l. i. de ri. nup.
Alber. l. cum
quis. C. de
nat. lib. Por.
instit. de a-
do. num. 5.

QVI NATVRALES DICANTUR, & concubinarum v-
sus quando fit sub-
latus.

1 Concubina que dicatur apud Latinos
authores.

E 5 2 Qua

- 2 *Quæ propriè a iud Jurisconsultos.*
- 3 *Hodie paucissimi vere naturales repe-
riri.*
- 4 *Iure Canon. nulla coniunctio, excepta
uxoria, permittitur.*
- 5 *Naturales Iure Canon. qui vocentur.*
- 6 *Legitimati per subseq. matrim. an etiã
in terris Imp. quo ad hered. veluti le-
gitimi habeantur.*
- 7 *In matrimonij causis præfertur Ius Ca-
nonicum.*
- 8 *Naturales ex communi usu loquendi,
qui dicantur.*
- 9 *Quadruplex significatio huius verbi, na-
turalis.*
- 10 *Concubinatus an lege civili unquã fue-
rit interdictus.*
- 11 *An hodie eodem Iure damnatus intelli-
gatur.*
- 12 *Quomodo Iure Cano. permittantur cõ-
cubina.*
- 13 *Concubina quandoq. quæ dicatur.*

C A P. XII.



Sciendum autem est, vt na-
turalis propriè quis dica-
tur, multa requiri, a oportet enim ex concubina na-
tum esse, quam non adeò fa-
cile

a Ripa. §. si
quis rogatus
ad Treb. nu.,

cile est reperire. a Concubinam etenim non hic eam accipimus, prout apud La-
tinos auctores, amicam quamlibet pri-
uatam, cum qua rem habere soleamus,
quamuis alteri nuptam, vt apud Suetõ.
b dum ait: Super ingenuorum proagogia,
& nuptarum concubinarum, vestali virgi-
ni Rubrix vim intulit. Et apud Cicer. c
Quæ si iudicaretur certis quibusdam ver-
bis, non nouis nuptijs fieri cum superio-
re diuortium, in concubine locum duce-
retur, vbi & Cicero eam concubinam vo-
cat, cum qua solemus versari, dum adhuc
nobis cum alia est matrimonium, quod
quidem Iure nostro non admittitur. d
Non hic etiam de pellice intelligimus, cu-
ius significatio magnam doctis viris præ-
buit controuersiam. e.

Sed de paulò honestiore fœmina lo-
quimur. f quæ parum ab vxoria differat
cõiunctione. g fortè quæ à Græcis *παλα-
λας* dicitur, h à nostris recentioribus &
2 aliò nomine focaria usurpatur. i Est ergo
mulier, quæ vxoris loco sine nuptijs do-
mi retinetur, cum qua sola quis eo affe-
ctu semper cohabitauerit, k quam veluti
vxorè apud se custodierit aluerit, l cum
quæ nec stuprum nec incestus cadere po-
tuerit. m cui & fuerit denunciatum (si sit
ingenuo loco nata, honestæq. vitæ con-
cubinam

a Grammat.
Voto 4. Alcia.
Re. 2. præsum.

b In Nero. c.

c li. 1. de Ora.

d li. 1. C. de

conub.

e Valla. li. 6.

f de verb. fig.

g in l. masculi-

rius, eod. tit.

h d. l. masculi-

rius, eod. tit.

i d. l. masculi-

rius, eod. tit.

k s. consi.

l s. si quis

Aut. quib.

mod. sui.

m li. 1. §. 1. de

conub.

n li. 1. §. 1. de

conub.

o li. 1. §. 1. de

conub.

p li. 1. §. 1. de

conub.

q s. si quis

Aut. quib.

mod. sui.

r li. 1. §. 1. de

conub.

a l. 3. de cōcu.
 b l. 1. C. eo. ri.
 c Albe. l. 1. C.
 de nat. lib.
 Gramma. Vo-
 104.

cubinam habitū iri, a cum qua & is qui
 versatur, cœlebs omninò fuerit. b Quòd
 si horum vel vnum tantum desit, dubium
 non est, nec illam concubinam, nec filios
 naturales appellari posse. c Vnde rectè ab
 Oldrado & Bal. animaduersum est, nul-
 los ferè hodie verè naturales reperiri. d
 Sunt autem hæc ita Iure ciuili statuta, quo
 talis coitus, vt modò dicebamus, damna-
 tus non fuit. At verò Pontificio Canone
 secus sancitum est, eo enim Iure concubi-
 natus quibuslibet omninò interdictus
 fuit, e ita vt quicquid cum ea, quæ legiti-
 ma vxor non sit, rei Venereæ causa actum
 fuerit, id adulterij crimine damnetur, f
 & qui concubinitus olim vocari potuif-
 set, hoc mœchiæ siue adulterij nomine
 nunc contineatur, g generaliter enim ho-
 die quæcunq; fornicatio etiam cum mer-
 tricibus grauisimum crimen habetur, h
 nec præter vxorem vllam omninò attin-
 gere mulierem, sine magno salutis nostræ
 discrimine, licet, quod & sacræ literæ te-
 stantur. i Quin & damnabilior nunc hæc
 concubinaria consuetudo, quàm simplex
 fornicatio esse censetur, quo diuturnius
 in ea peccatum adest, vt Panor. ait. k Non
 igitur hoc Iure naturales filij illi tantum
 intelliguntur, qui ex concubina nati sunt,
 sed generaliter omnes, qui ex duobus,
 qui

qui nuptiarum adhuc expertes essent, in-
 ter quos tamen matrimonium consistere
 potuisset, fuere progeniti, a quos & per
 subsequens matrimonium, legitimorum
 iura nunc adipisci certum est, b prout o-
 lim ij tantum solebāt, qui ex vero profe-
 sti essent concubinitu. c Hincq; sensere
 multi, d in terris quæ Pontificiæ ditionis
 sunt, omnes hos naturales, qui deinde se-
 curis parentum nuptijs legitimi effecti
 sunt, etiam in hæreditatibus succedere. e
 in foro verò Cæsaris, licet & legitimi ha-
 beantur, non tamen ad successiones, & ea
 quæ propriè sunt Iuris ciuilis, admitti, eò
 quòd æquum sit, proprias in vniuscuiusq;
 iurisdictione leges obseruari, f Quæ ta-
 men distinctio mihi haud sanè probatur,
 video enim matrimonij materiã hoc in fi-
 gne habere, vt quicquid de ea dubitatur,
 id semper iuxta Pont. Canones, quocunq;
 in loco sit decidendum. g Quòd si hoc in
 in matrimonio, quod principale est, ser-
 uatur, cur non & idem in filijs. qui inde
 oriuntur, attendamus, cum hoc ab ipso
 pendeat matrimonio? h Nam si fatentur
 omnes, secutis nuptijs, quoscunq; qui ho-
 die naturales vocantur, legitimos fieri,
 idq; vbiq; ita se habere, cur non ergo le-
 gitimi quo ad omnes causas existimètur,
 si eorum origo, hoc est, matrimonium,
 vnde-

a c. innotuit,
 vbi Abb. de e-
 lect. bal. con-
 sil. 120. in 2.
 b Abb. d. c.
 tanta. Dec.
 conf. 155.
 c s. fin. Instit.
 de nupt.
 d Ang. conf.
 20. Præpos. d.
 c. tanta.
 e c. 1. qui fil.
 legit.

f c. si duob;
 de ap.

g c. fin. de se-
 cur. nupt.
 Fran. ca. 2. de
 arbitr. in 6.

h c. tuam, de
 ord. cogn. An-
 gel. s. fin. Inst.
 de nupt.

a Dec. conf. 155.
 b Arg. l. 1 §. lex Falcidia, a. l. Fal.
 c Aut. quib. mod. sui. §. re l. qui igitur, c. §. n. vero plurimis, in fin.

d Ang. cont. 401. Crau. con. fil. 166. n. 1. & Paris. conf. 15. in 2. n. 36.
 e Dec. conf. 433. col. 3.
 f d. ca. tanta, ubi Abb. in n.

g c. fi. 32. q. 4. l. libert. C. de int. matr. de. ci. d. conf. 433. n. 14.
 h c. innotuit, de electi. ubi Abb. num. 73.
 i Abb. d. c. 13. ta. n. 12. & c. pervenera. nu. 31. & prep. col. 6.
 k Gl. l. quo. tiens. idem, de reg. iur.
 l In tit. de a. dopt. in. ff. &

unde quaque iustum & legitimum habe-
 tur? a ubi enim das eos semel iustos filios
 dici, iam & cetera, quibus legitimi po-
 riuntur, ad hos quoque pertinere necesse
 est, b quod præter has rationes à Iustina-
 no quoque apertissimè declaratum esse
 videtur. c Hodie autem non solum hi
 ex soluto & soluta nati, ut dicebamus, na-
 tural'es vocantur, sed & omnes ferè spurij
 quomodocunque concepti, ex communi
 usu loquendi, filij naturales vocari so-
 lent, d quod scilicet & ij à natura procrea-
 ti sunt, e in quibus tamen ea quæ modò
 de legitimatione dicebamus, minimè ser-
 uabuntur, cum ea in his tantùm locum
 habeant, quorum parentes soluti ante
 omni matrimo. erant, ita ut rectè tunc si-
 mul contrahere nuptias potuissent. f E-
 rit itaque quadruplex huius verbi, natu-
 ralis, significatio, verè & propriè natu-
 rales dicentur nati ex concubina, seu ex ser-
 uili consortio, g latè, omnes nati ex so-
 luto & soluta, inter quos iungi nuptiæ po-
 tuissent, h latissimè, quicumque illegiti-
 mè concepti ex quolibet congressu, i non
 impropriè etiam, ubi accipitur pro iusto
 filio, quod quandoque contigit, k & ma-
 ximè quâdo de naturalibus, & adoptiuis
 simul liberis leges mentionem faciunt, l
 quod & aliàs adnotauimus. m Ceterùm
 Inst. sepius. m. cap. 37.

quan-

a Ruin. conf. 83. in 3. num. 11. 13.
 b Host. c. la- tor, q. 21 fil. le- si. 102. Andr. Reg. sine cul- pa.
 c Auth. de le non. Auth. iten. mul. & Auth. ut non luxur. cont. nat.
 d Auth. qui. mod. leg. §. il lud.
 e Auth. ut cler. ap. prop. epif. & Auth. quomodo o- por. epif.
 f Fel. ca. cum sit, de fo. cõp. nu. 15. ex c. de fil. nat. ex matr. in feud.
 g Auth. de monac. §. si quis autem monac. & de sanct. epif. §. cleric.
 h Dec. conf. 132.
 i Bal. l. parè- t. s. de in ius voc.
 k vbal. de suc. a. l. int. 1. par. nu. 37.
 l Arg. contrario. m. Auth. de incest. nupt §. in. & l. pen. in. fin. C. de orac. n. Auth. quib. mod. sui. §. si quis autem.
 m. Auth. de incest. nupt §. in. & l. pen. in. fin. C. de orac. n. Auth. quib. mod. sui. §. si quis autem.

quando hoc nomen aut propriè, aut latè,
 aut in genere, aut in specie sit capiendum,
 & alij docuerunt, i & ego ex subiecta ma-
 teria dijudicandum puto. Sunt verò etiã
 qui dixerint, b concubinatum lege ciuili
 multò ante Pontificios Canones fuisse im-
 probatum, nempe nouissimis Authent.
 constitutionibus, quibus Imperator quã-
 cunque fornicationem, & lenocinium
 prohibet, c sæpiusq; fatetur se castitatis
 amatorem esse, d cauètque ut in mate-
 ria peccati, qualis hæc est, leges ciuiles,
 sacras regulas debeant imitari, e quæ sen-
 tentia & alijs etiam argumentis à magnis
 Jurisprudētibus confirmata extat. f
 Contra eam tamen ego sentio. Nam cum
 Imperatorem legam in Nouellis iuris, con-
 cubinarum usum sacratis tantùm viris
 interdixisse, g vnde nec quicquam illis
 donare possunt, h & geniti inde filij,
 non naturales, sed spurij nominantur, i
 & patribus succedere prohibentur, k fa-
 cilè conijcio, cæteris id eum minimè ve-
 tuisse. l Quis enim dicat illarum con-
 gressum à Iustiniano damnatum, cum is
 in suis constitutionibus, earum tam sæpè
 probet consuetudinem, m eas & aliquan-
 do ad successionem vocet, n nihilq; in tali
 com-

Contra hunc Auctorem incurrit, et merito D. Vela rom. 2.
 dicitur. iur. rom. 2. in. fin. in Exlect. Cap. 1. de offi. Judio-
 rum. par. 4. n. 65.

a Aut. quib. mod. leg. ci. ca prin. ip. & de trien. xie. mis. §. conu. deremus, in fin. **b** Arg. l. prz. cipimus, in fi. C. de appel. lat.

c l. 3. de concub. & Bal. conf. 457. in §. d. §. si quis aut. aut. qui. mod. sui.

e Bart. l. mul. lic. §. cum proponere. iur. ad Treb.

f c. nemo. 32. q. 4.

g Abb. c. r. de nou. op. nūc. num. 5.

h Cagnol. l. si qua. C. ad ornc. nu. 10. 13.

cōmercio libidinis esse significet? **a** prz. fertim verò, quòd si hoc ipse prohibuisset, speciali sanè nota & correctione res indi. gebat, quæ tamen nusquam apparet. **b** V. bi igitur fornicationes, libidinesq; eum detestantem legimus, vt suprà dicebatur, tunc ego de vero concubinato minime quidem vnquã dixerim eum intellexisse, sed de alijs illicitis voluptatum generi. bus, ex quo concubinatus per leges no. men sumpsit, **c** ab omniq; crimine, aut turpitudine longè abesse existimatur, **d** secundum ea, quæ in simili Bartolus adno. tauit. **e** Hodie tamen si quis quæret, an iure ciuili hæc concubinaria consuetudo sit permessa, crederem fortè quidem id iam negari posse, non eò quòd lex ciuili. eam interdixerit, vt cæteri putant, sed quòd cum iure Pont. aliter cautum sit, ex taliq; coniunctione grauissimum existat peccatum, **f** debet ius ciuile in hac re cum iure Canonum omninò consentire, cum vbi peccati suspitio aliqua subest, v. na omnibus præualeat lex Pontificia. **g** Vnde fiet, vt iure ciuili quoque dicatur nunc concubinatus interdictus, quod & recentiores tradidère, **h** quia non ea le. ge nominatim veritus, sed quia legum no. uarum interpretatione ita receptum est, perinde ac si verbis Iuris ciuili. specialiter

ter esset introductum. **a** Nunc nouissi. mè, Canoni Pontif. illud aduersari quis dicat, quod Toletano concilio traditum est, **b** vt scilicet, quibuscunque liceat vel vxorem vel concubinam habere, & qui concubinam retinet, à cæterorum confor. tio non sit repellendus. **c** Sed adhæc re. spondeo, concubinam in eo loco accipi. pro vxore, quam non adeò solennibus nuptijs, publicisq; instrumentis confectis duximus, quæ quoad affectum, & re ipsa vxor est, ob ommissa tamen ea solennia lex concubinam vocat, **d** quæ tamen ab vxore nihil sanè differt, vt Archid. & Gemin. tradidère. **e** Dicunt etiam aliqui, **f** concubinam eam Canones vocare, quæ sine spe prolis ducitur, quod connubium & ipsum est. **g** Sed non magni res est mo. menti.

a Arg. Instit. de leg. patr. tut. **b** c. is qui. 24. dist. **c** d. c. is qui. & c. Christia. no. ead. dist. **d** c. omnib. §. 1. ead. dist. **e** Glo. Arch. Gemi. d. c. omnibus. & d. c. is qui. **f** Fel. c. cum sit, de for. cõ. per. nu. 38. **g** c. solet. 32. q. 2.

DE FILIIS NATURA. libus ex seruatorum con. fortijs.

- 1 *Matrimonium inter seruos non dicitur.*
- 2 *Ex seruis oriuntur & naturales, & spu. rii.*
- 3 *Decy ac recentiorum error.*
- 4 *In seruitute qui dicantur suscepti.*
- 5 *Concubinatus seruatorum.*

F 6 Quid

- 6 *Quid sit nasci in figura matrimonij;*
7 *Consortium & concubinatus, an proce-*
dem.

C A P. X I I I.



ST & aliud filiorum naturalium genus, præcedentibus quidem perquam simile, nisi quòd illi ex liberorum hominum, hi ex seruorum cõiunctione sus-

cipiuntur. *a* Serui etenim cum pro mortuis habeantur, *b* matrimonium Iure civili contrahere non possunt, nec legitimos filios procreare, *c* si tamen inter se certo ritu coierunt, naturales filios & ipsi parere apti sunt. *d* Nam cum lex eis iustum omninò matrimonium interdixerit, certam tamen coniunctionis speciè concessit ad verum matrimonij similitudinem, *e* quam contubernium seu consortium appellauit, *f* voluitque ex his veluti imaginarijs nuptijs natos, naturales dici. *g* Quòd si hanc consortij rationem negligentes, alij temerè mulieribus iungi velent, tunc perinde ac liberi homines, qui connubij iura non seruant, spuria & ipsos progeniem parere decreuit, *h* quæ distinctio à Bartolo tradita, *i* ab alijs quoque cre-

- a* l. libertinũ. C. de int. matrim.
b l. quod attinet, de regu. iur.
c l. 3. C. de incest. nupt.
d l. Lucius. §. si de leg. 2. l. ex facto. §. si quis rogatus, ad Trebel.
e Inst. de ser. cog. in princ. cum gl. ver. veniant, in fin.
f l. serui. C. de adult. l. si. C. de ser. fug.
g Imo. d. l. Lucius. §. si. Ale. §. si quis rogatus
h l. ex libera. C. de suis & legi. l. vn. C. de mul. que pro.
i Bart. §. si quis rogatus. 2. col.

crebrius recepta est. *a* Primus tamen Panormitanus, *b* non credidit hanc differentiam satis Iure posse probari, vt interfit aliquid, vllum ne de facto inter seruos matrimonium intercesserit, aut minùs, quo ad naturales scilicet filios suscipiendos. Et quamuis Alex. *c* eius opinionem nonnullis legibus conuellat, *d* acriter tamen contra eum pro Panormitano instat Decius, *e* contendens filios in seruitute susceptos, absque vlla etiam matrimonij specie, naturales dici posse, responderetque ad argumentum Alexandri, *f* nihil ibi de filijs in seruitute natis agi, eò quòd mater libera esset, *g* à cuius conditione filiorum status pendere & dignosci solet, *g* concluditque tandem idem in filijs in seruitute natis, acceteris in libertate respondendum: vt cum inter liberos homines concubinatus sit necessarius ad naturalem sobolem comparandam, idem & concubinatus in seruis quoque requiratur, posse enim eos, quamuis non matrimonio, concubinato tamen aliorum exemplo vti. *h* Atque ita non vult ad coniugij illius speciè, sed ad concubinatum solum esse respiciendum, cum de filijs naturalibus aut spurijs dubitamus, quod & post eum recentiores alij, deinde latius tradidere. *i* Ego verò, non miror quidem,

- a* Imo. Alex. ibi. Imo. l. Lucius. §. fin.
b Abb. c. in presentia. de proba. nu. 13.
c Alex. d. §. si quis. rog. in prin.
d l. ex libera. C. de suis & legi. Auth. ex complexu.
e Dec. d. c. in presentia. nu. 30. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de instir. & substi. nu. 20.
f ad d. l. ex libera.
g l. partium. C. de rei vendic.
h l. si. C. com. de manum.
i Paris. d. c. in presentia. nu. 3. 39. 42. Ripa. §. si quis rogatus. nu. 6.

dem, Panormitanum à Bart. in hac re dif-
fensisse, sed Decium miror, contradicen-
di studio, res plerunque ineptissimas effu-
disse, eiusq; errorem nedum ab alijs non
agnitum, sed potius commendatum inde
fuisse. *a* Age vero qua ratione hoc unquam
Decius & cæteri tueantur, eum qui ex li-
bera matre & Patre seruo natus sit, quam-
uis liber ipse oriatur, non tamen ex serui-
li concubitu natum dici, cum hoc expres-
se Iustinianus ipse fateatur? *b* Non enim
ita licet argumentari, *c* cum qui liberam
matrem habuit, qui & liber nascitur, *d*
ideò semper in libertate susceptum dici,
aliud est enim liberum nasci, aliud ex in-
genuo matrimonio prodijisse. Nam qui
alterutrum parentem vel patrem, vel ma-
trem seruos habuit, semper is dicitur in
seruitute susceptus, tamen fortasse is ex
ventre liber in lucem editus fuisset. *e*
Cum igitur videamus natos ex hac serui-
li coniunctione, quandoque naturales,
f quandoq; spurios vocari, *g* cur non eam
sequamur distinctionem, quæ æquissima
est, & in liberis quoque hominibus eodẽ
seruè pacto seruat, ut si se sub quadam
coniugij imagine cognouerint naturales
filios edidisse: sin minus, spurios & illegi-
timos dicantur suscepisse? Hoc nobis Iu-
stinianus sanè significauit, qui expressè ex
seruili

a Paris. d. c.
presen. nu. 4.

b Inst. de ser.
cog. in princ.
ver. vel dum
mulieres.

c Responso
ad d. l. partu.

d Inst. de in-
gen. §. 1.

e d. ti. de ser.
cog. vbi ca-
sus.

f l. fin. de iur.
deli. l. Lucii.
§. si. de leg. 2.
l. omnes. §.

Lucius, quæ
in fr. cred.

g l. vn. C. de
mul. quæ se
pro ser. vbi
Bal. Ang. l. di-
uus, cum Gl.
de c. & post. d.
l. ex libera.

seruili tantum consortio natos ad succes-
sionem vocans, atque illos alijs iustis filijs
æquiparans, à cæteris qui non ex confor-
tio prodierunt, separasse videtur. *a* Quòd
autem dicebat Decius, & concubinatum
inter seruos dari, *b* ex eor; tantum natu-
rales filios gigni, adiuuat id magis & no-
stram & Bartoli opinionem. In hocq; post
Decium, omnes deceptos puto, *c* qui in
hac materia aliud esse consortium, aliud
concubinatum existimarunt. Cum enim
d dixit Bartol. & Alex. *d* oportere filios ser-
uorum in figura matrimonij nasci, ut na-
turales dici queant, id vtrique voluerunt,
ut cum seruis verum connubij ius non
concedatur, ipsi de facto saltem ita inter
se coeant, sicuti cæteri, quibus id lege li-
cet, ritè congregari solent. Hoc autem con-
sortium seu contubernium dictum est, *e*
quod idem seruè & cum concubinato est,
nisi quòd frequentius concubinatus de li-
beris hominibus, *f* consortium de seruis
dicitur, *g* & in concubinato matrimo-
nij contrahendi voluntas deest, in confor-
tium, concubinatus dici potest, *h* alterutq;
pro altero promiscuè vsurpatur. *i* Hinc-
que tam consuetudo inter liberam & ser-
uum, quàm inter liberum hominem &
ancillam modò contuberniũ, modò con-

a d. ti. de ser.
cog. in princ.
cum Glo. ver.
veniant. in fi.
& Anst. de-
cit. 203.

b l. si. C. com.
de manum.

c Paris. nu. 42

d d. §. si quis
rogatus.

e l. serui. C.
de adult. l. si.
C. de ser. fug.

f tot. tit. de
concub.

g Inst. de ser.
cog.

h l. nuper. C.
de nat. lib.

i l. diu. & Au-
then. quod
ius. cum seq.
C. de nat. lib.

a l. libera, cū
Glof. l. 3. C. de
lib. cau. l. fin.
C. com. de
manum. l. pe.
cum Glof. de
prin. cred.
b d. l. diui.
C. de nat. lib.

c l. item lega
to. §. parui.
de leg. 3.
d l. massuri.
in fi. de verb.
sign.

cubinatus à lege nuncupatur. *a* Quod er-
go dixit Bart. de figura matrimonij, non
est diuersum à concubinato, vt Decius pu-
tauit, quin illud idem duplici nomine fi-
gnificatum, *b* quid est enim aliud concu-
binatus, nisi obumbrata quædam matri-
mo. imago, quæ ab eo sola ordinis dignita-
te differt? *c* quid aliud concubina, quàm
ficta quædam vxor? *d* Quod cùm suprâ
latius ostenderim, hîc amplius repetere
operæ precium non duxi.

SERVILIA CONSORTIA
quomodo ineantur, & filij ex his na-
ti, à cæteris quid diffe-
rant.

- 1 *Inter seruos sunt iura cognationis.*
- 2 *De senat. cons. Claudiano.*
- 3 *Maiorem pudicitie cultum in feminis,
quàm masculis exigi.*
- 4 *Vxor maritum adulterij non accusat.*
- 5 *Verne qui sint.*
- 6 *Filij seruorum naturales, quomodo suc-
cedant.*
- 7 *Cur lex his favorabilior, quàm cætera
naturalibus videatur.*
- 8 *Ob contubernium violatum, quæ de-
tur actio.*

C A P.

C A P. XIII.



E D licerne seruis quod-
cunque consortium inire,
vt ex eo naturales filij quæ-
rantur? Ego sanè non arbi-
tror. Sicuti enim nec inge-
nuis hominibus, cuiusq;
mulieris permissum est concubinatum
appetere, *a* nec quocunque tempore, *b*
Sic in his consortijs, quæ instar matrimo-
nij sunt, delectum aliquem haberi oportet,
namq; & in seruis, cognationis ac af-
finitatis iura spectari solent, seu dum in
seruili statu sunt, seu postquam liberta-
te fuerint donati. *c* Id igitur imprimis
necessarium duco, vt certo ritu inter se
ad matrimonij speciem coeant, *d* vt su-
prâ diximus. Inde verò vt non omnibus
e passim iungatur, sed ijs tantum, quos lex
non interdicit, legimus enim senatuscon-
sulto Claudiano, olim ingenuas mulieres
propria libertate, & bonis omnibus mul-
tatas, quæ seruili amore bachatæ nolen-
te domino, cum seruis concubuissent. *e*
Quod sen. cons. etsi hodie quoad libertatē
fit antiquatum, *f* non crederem tamen
illud rectum cõubernium haberi posse,
vbi mulier alienum seruum, non bona
venia domini ad se euocasset. Id quoque

a l. 3. de con-
cub.
b l. 1. C. eod.

c §. illud cer-
tum, cum Gl.
Inst. de nupt.
l. adoptiuus.
§. seruales. de
rit. nupt.
d d. ti. de ser.
cog. cum Gl.
ver. veniant.
in fin.

e l. 1. C. de
sen. consul.
Claud.
f Inst. de suc-
cess. subl. §. si.

F 4 certum

a l.vn.C. de
mul. quam
prop. ser.

b Bald. Ang.
d. l. vn.

c l. pen. cum
Glof. de priu.
cre. l. fin. C.
com. de ma-
num.

d Gl. l. palā.
f. quam in a-
dulterio, de
rit. nupt.

e l. l. C. de a-
dult.

f l. vxorem.
C. de nupt.

g l. 3. C. eod.

h Gl. f. si que
seruo. 12. q. 2.

Certum est, nec patronā posse seruo pro-
prio felicitē immiscere, & quin grauissi-
mas pœnas vtrunque sustinere, taleq; nec
contubernium, nec filios naturales dici.
b Quod mirum fortassē alicui videri pos-
sit, cum patronum ipsum videamus ancil-
læ suæ concubinato sæpè potiri, c cur er-
go minùs liberè patrona seruo suo vti va-
leat? Sed hoc ego optima ratione institu-
tum puto, nempe quòd matronas præci-
puè deceat pudicitia, d quarum ideò cu-
piditati non æquè remittendas habenas
lex ciuilis putauit, ac masculorum. Hinc
lex Iulia maritum quidem de matrimo-
nio ab vxore violato agentem audit, non
æquè ob id crimen virum à coniuge pa-
titur accersiri. e Hinc scriptum Iure vete-
ri, ex M. Catonis oratione refert Gellius,
In adulterio vxorem tuam siprehendis,
sine iudicio impunè necares. Illa te, si
adulterares, digito non auderet contin-
gere, neque ius est. Sic dominum cum li-
berta sua iustum matrimonium contra-
here lex permittit, f non idem tamen in
patrona cum liberto suo voluit, g quo-
niam honestatis, pudicitiaq; vel ratio, vel
suspicio, non æqua lance maribus ac fœ-
minis pensanda fuit. h Nunc sciendū est,
his naturalibus filijs ex seruorum contu-
bernijs genitis (non de adscriptitijs lo-
quor,

5 quor, in quibus ius proprium est, & fed
de seruorum verè filijs, quos fortassē ver-
nas vocatos fuisse dicas b) multò plus le-
ges fauere, quàm naturalibus reliquis, ex
ingenuo concubinato profectis, de qui-
bus suprà egimus. Hos enim quamuis in
seruitute concepti sint, si deinde manu-
6 missi fuerint, ad successionem tam ex te-
stamēto quàm ab intestato perinde ac iu-
stos filios, noua constitutione Iustinianus
vocauit, c illis sextam tantum partem nō
extantibus legitimis detulit. d Hi condi-
tionem illam, Si sine liberis, extinguunt,
illi non, nisi aliter de voluntate appareat
7 testantis. e Huiusq; rei illa videtur esse
ratio, quòd cum in vtraque specie, matri-
monij imago quædam referatur, hos
tamen lex iuuat magis, quòd hi veras nu-
ptias celebrare non potuerunt, cum ser-
ui essent, ij noluerūt: eos enim magis sem-
per tueri solemus, qui à rectis rebus ge-
rendis, imbecillitate potiùs, quàm certo
proposito & voluntate deducuntur. f Pa-
rentes eorum, Iure quidem culpari pos-
sunt, qui id quod rectè facere poterāt, ne-
glexerunt. g His nihil vitio adscribi de-
bet, qui, quantum in se fuit, implere non
desiderunt. h Dantur autem & dominis
eorum ob cōtubernium illud violatum,
ad exemplū legis Iulæ in matrimonijs,

a l. fin. C. de
agr. & cens. l.
ne diutius, cū
gl. vers. intel-
ligantur, co-
tit.

b Gl. f. huic.
Inst. de leg. &
l. titix textor-
res. de leg. 1.

c Inst. de ser.
uog.

d Auth. li-
cet. C. de nat.
lib.

e Bart. Alex.
f si quis roga-
rus.

f l. l. f. meri-
to. ff. deposit.

g l. pen. C. de
condi. infer.

h l. quæret a-
liquis. in fin.
de verb. sign.

x l. si supru,
de iniur. l.
serui, cum
Gl. C. de a-
dul.
b l. inter li-
beras, cum
Glof. ad l. Iul.
de adult.
c l. 3. C. de
incest. nupt.

plures actiones, a possunt enim aut lege Aquilia, aut de iniurijs, nonnunquam & extraordinario crimine experiri. b Quæ omnia idem concessa sunt, ut cum veri conubij iura ij non possent obtinere, c cæteris saltem auxilijs non essent omnino destituti. Et hæc Iure ciuili.

NATI EX SERVIS, AN
hodie legitimi dici pos-
sint.

- 1 *Serui hodie contrahunt matrimo. etiam inuito domino.*
- 2 *Legitimi nati sequuntur patrem, ex seruis uero matrem.*
- 3 *De argumento à coniugatis.*
- 4 *Ex libera & seruo natus, sacris initiatur.*
- 5 *Esse quis seruus, & legitimus, hodie potest.*

C A P. X V.



d c. vt anima-
rum, de cõst.
in 6. c. norit,
de iudi.

V S verò Pontificium, cuius præcipuus is est finis, ut quæ animis salutaria sunt, monendo, à peccato nos maximè diuellat, d cum matrimonium rem sanctissimam & honestis-

nestissimam miris vbique laudibus prosequatur, a cæteras omnes coniunctiones, hac vna excepta, grauissimè detestando, b concubinatum etiam eadem ratione non probauit, quòd à coniugali vinculo talis consuetudo plurimum abesset. c Hoc ipsum igitur coniugium cum à Deo rerum omnium opifice primum sit institutum, d ad cuius tribunal nemo alio nobilior, nemo locupletior, insigniorue existit, sed omnes æquali apud eum Iure vruntur, e voluit idem sacramentum illud omnibus, tam liberis quàm seruis ita esse cõmune, ut nulla dominorũ potestate iam possit impediri. f Qua ex re duplex orta est differentia inter ciuiles Põtificiasque leges: altera, quòd concubinatus, qui eo Iure permiffus erat, g hoc fuit penitus interdictus: altera, quòd cum seruos olim à matrimonijs contrahendis repellerent, h nunc ad legitimũ torum, iustaq; connubij iura æquè cum cæteris vocati sunt. i Sed de illorum filijs nunc oritur cõtrouersia, censeantur ne & ipsi iam legitimi esse, an verò, ut antea, naturales tantum, nunc quoq; iudicentur. Multi sunt enim, qui hoc sanè affirmet, k relinqui eos in pristino statu, eò quòd seruorum quidem matrimonium hoc Iure fuerit receptum, ob summã, quæ illi sacramento præ-

a c. tãta, qui
fil. leg. cum li.
b Glo. Clem.
ad nostram.
ver. non est,
de hæret. c. di-
xit. ca. merce-
tri. 32. q. 4.
c c. nemo. 32.
q. 4.

d c. vnico, de
voto, in 6.

e Galat. 3.

f c. 1. & per
to. de coniu-
ser.

g l. 2. de con-
cub.

h l. 3. C. de
inc. nupt.
i 29. q. 2. c. 1.
2. Gl. d. 1. 3.

k Hostien. in
sum. qui fil.
sunt leg. col. 3
Ludou. Sard.
de nat. li. 5. de
app. nu.

rogatiua

rogatiua fuit attributa, sed quod ad filios attinet, nihil Iure nouo fuisse immutatū,

a arg. l. præcipimus. in fin. C. de appel.

posseque hæc duo rectè simul iungi, vt ex legitimo matrimonio, illegitima plerūq;

2 soboles propageretur. *b* Quod & clariùs

b Gl. l. diuus. de cap. & post. Abb. ca. literas, de fil. presby.

demonstrari eo argumento potest, quod scimus legitimè natos filios, patris semper, non matris conditionem sequi. *c* Sed

c l. cum legitima, de stat. hom.

cùm Iure hoc Canonum, ex seruis nati matris statum, non patris assequantur, *d*

d c. fi. de ser. non ordin.

quid manifestius est, quàm hos legitimos non esse, qui aliàs paternum tantùm ius,

e d. l. cum legitima.

gradumq; in omnibus, nõ matris retinerent? *e* esset etenim nimis id certè durū,

f arg. l. seruitutem, de re. iur. & §. 1. Inst. de nupt.

vt ex ancilla natus, iustus filius censeripotest. *f* Mihi tamen contraria magis sanè placet sententia, vt cùm matrimonium

3 ipsum probatum fuerit, iam & filij vt legitimi recepti esse videantur. Sumo etenim argumentum à causa efficienti, seu

g lib. 5. c. 10.

potius à coniugatis, quod ad eò necessariū est, secundum Quintilianum, *g* vt alia nõ

h §. legitimi, Aut. qui. mo. nat. sui.

indigeat probatione. Nam si iustum est matrimonium, certè & iustos liberos oriri necesse est, *h* tales enim filij, quales

i d. §. quoniã. ver. qui enim. Aut. qui. mo. nat. legi.

nuptiã. *i* Quod sanè intelligo rebus ita se habentibus, *k* nam si post contractū legitimum connubiū, quid extrinsecus deinde acciderit, non nego plerunque causam

k arg. l. quod Seruius, de cond. ob cau.

hanc peruerti, effectumq; longè ab initijs nobis

nobis propositis diuersum gigni posse. *a*

Accedit, quòd si ex seruorum matrimonio nati, legitimi non essent, certè nec sacris ordinibus possent initiari, qui in spuriis nunquam conferri solent, *b* & tamè

a Ita procedit. d. l. diuus. cum Gl. & ca. literas, vbi Abb.

b c. & per to. de fil. presby.

ex seruo & libera genitus filius, quod secundum ius ciuile, consortium seruile erat, *c* ad eos rectè potest promoueri. *d* Si

c Inst. de ser. cogn.

d c. fi. de ser. non ordin.

e c. pe. & fin. de sec. nup.

f l. 1. 2. C. de sec. nup.

g Dec. Rubr. C. de sec. nup. & consil. 230.

Abb. cap. fin. de sec. nupt.

h facit. & consil. Dec. 158.

nu. 2.

i arg. Inst. de nupt. in prin.

cuti verò videmus, ex quo tempore iustæ illæ nuptiæ probatæ sunt, quæ etiam infra annum luctus à muliere essent celebratæ, *e* ex consequentia etiam quadam

pœnas omnes olim tali matrimonio indictas, *f* confestim fuisse extinctas, *g* cur non & hodie recepto inter seruos matrimonio, cætera quæ inde pendent, probata quoque esse dicamus? *h* Cur enim hi non iusti sint filij, si parentes eorum secundum legum præcepta coierunt? *i* Nec obstat, quòd & hoc Iure filiorum status à matris pendeat conditione, id enim quo

ad libertatem solum obtinet, *k* in qua seruantur adhuc & ciuiles leges, *l* eo quòd nihil hæc res matrimonij sacramento potest officere, cùm tam liberis quàm seruis legitima liceat inire coniugia. Quod ergo proprium est matrimonij, & eorum quæ à matrimonio ipso proficiuntur, scilicet de filijs inde editis, crederem in omnibus à Iure ciuili discessum, *m* ac secundum

k c. vn. de na. ex lib. ventr.

l d. l. partū. C. de rei ven.

m arg. c. lator, qui fil.

leg. c. tuam, de ord. cog. c. euphemium.

2. q. 3.

dum

dum Canones, posse aliquem seruum, & simul legitime natum, eodem tempore appellari.

DE VARIO ILLEGITIMORUM FILIORUM GENERE.

- 1 *Illegitimi olim ex non Rom. ciuibus orti.*
- 2 *Illegitimi in genere qui dicantur.*
- 3 *Varia nomina illegitimorum filiorum.*
- 4 *Spuriy in genere, & in specie.*
- 5 *Spuriy ex damnato coitu.*
- 6 *Congressus meretricius impunitus, & quare.*
- 7 *Vulgo concepti qui sint.*
- 8 *Qui dicantur variy, Manzeres, num. 9. Incestuosi, num. 10. Nefariy, num. 11. Adulterini, num. 12. Sacrilegi, num. 13.*
- 14 *Nati ex sacratis patribus, quo nomine in Iure vocentur.*
- 15 *Cleric. castitati quomodo sit astric. quid de Mon.*
- 16 *Ex omnibus Spurijs, qui turpiores alijs.*

C A P. X V I.

Dicamus

Dicamus nunc, quod est nostri instituti proprium, de filijs illegitimis, vt quam multiplices sint, & quid à naturalibus differant, rectius intelligamus. Ac de eorum quidem origine, & diuersis in hac re gentium moribus sufficiant ea quæ aliàs diximus. Nunc sciendum est, quòd cum ex varijs coniunctionibus, quæ olim inter homines erant, quasdam lex Romanorum approbasset, vnde legitimi filij, orti & appellati sunt, quasdam nec recepisset nec damnasset, vnde naturales prodire, quasdam etiam eo est odio profecuta, vt quod inde prouenisset nec filiorum nomine dignum censuerit, sed omnem eam prolem illegitimam appellauit, vt ex nomine ipso quisque intelligeret, contra legum præscripta, talem omninò coitum extitisse. Duo autem principaliter illegitimorum filiorum genera Iure nostro tradita leguntur. Alterum eorum, qui patrem matremue alienigenas habuissent, id est, non ciues Romanos, nam cum inter exteros, & ciues Romanos iustum connubij ius non esset, si qui inde nascebantur liberi, sub potestate patris non erant, sed illegitimi censebantur, vt suprâ latius ostendimus, & quo in numero & pleriq; a cap. 1. nati

nati ex seruis comprehendi possunt. Al-
 terum illorum genus est, qui de Romanis
 quidem ciuibus nati erant, parentesta-
 men eorum secundum legum præcepta
 non coierant, de quibus in præfenti agen-
 dum est. Id autem varijs de causis poterat
 contingere, seu quia cum ea muliere iun-
 cti essent, cum qua non licebat, seu quia
 citra matrimonij consensum, seu quia ipse
 non seruatis quæ necessaria erant, seu a-
 lijs atque alijs modis, qui infiniti sunt, ^a
 & partim etiam à nobis relati. ^b Genera-
 liter ergo constituendum erit, vbicumq;
 patrum coniunctio aut vxoria, aut concu-
 binaria nõ fuit, illegitimos semper filios
 oriri, quocunque dein alio modo fuerint
 concepti. Et hæc ipsa copulatio, quæ tales
 illegitimè natos edit, lato nomine forni-
 catio dici Iure nostro videtur, ^c sicuti &
 ipsi latè illegitimi appellantur. Verun-
 tamen quoniam hic concubitus, vnde ta-
 les illegitimi procreantur, varij esse pos-
 sunt, propterea & variæ illegitimorum
 species in Iure traduntur, prout multipli-
 ces illecebræ eæ esse solent, quæ parentes
 ad eam illicitam coniunctionem ineun-
 dam deducere poterunt. Sunt enim Spu-
 rij, Vulgo concepti, Varij, Manzeres, In-
 cestuosi, Nefarij, Adulterini, Sacrilegi, No-
 thi, Hybridæ, & Bastardi, omnes inter il-
 legiti-

^a Gl. 5. illud,
 in fin. Inst. de
 nupt.
^b cap. 6. & se-
 quen.

^c c. lex. 36.
 q. 1.

legitimos enumerari. Spurijs nomen in
 genere & specie accipi potest. In genere o-
 mnes in vniuersum comprehendit, qui-
 cunq; non iustè nati sunt, nihilq; ab illegi-
 timi significatione differt, cum ad eos o-
 mnes pertineat, qui ex illicito quocunq;
 congressu suscepti fuere, latissimeq; hoc
 modo sumitur. ^a Hinc dixit Decius, re-
 scriptum id surreptitium non videri, in
 quo narrasset quis tantum, se Spuriu esse,
 cum ex incestu natus esset, eò quòd nomè
 id generis haberetur, quo omnes illegiti-
 morum species comprehenderetur. ^b V-
 bi ergo quis nec ex vxore, nec ex legitima
 concubina natus fuerit, sed ex alia qua-
 cunque quamuis proximè ad concubinæ
 speciem accederet, is spurius & illegiti-
 mus rectè dicitur. ^c In specie verò Spu-
 rij illi vocantur, qui ex mulieribus; ad
 quas publicè omnibus aditus pateat, fue-
 rint procreati, illi enim ex diuerso semi-
 ne orti, patrem non habent certum, vnde
 prouenerint, sed quasi ex hominum col-
 luuione geniti, idcirco Spurijs dicti sunt,
 παρὰ τὸ σποράδην, id est, quòd sparsim
 concepti sint, vt Iustinianus ait. ^d Scien-
 dum autem est, ex his Spurijs, alios qui-
 dem dici ex damnato coitu, alios ex non
 damnatis nuptijs ortos. ^e Damnatus cõ-
 cubitus ille est, cui certa pœna à Iure con-

^a Bart. l. si. de
 his qui. vt in-
 di. Caccial. l.
 si qua. C. ad
 offic. col. 1. 2.

^b Dec. confi.
 338. nu. 7. ver.
 ultimo respõ-
 deri. Iaf. cõf.
 11. in 3. nu. 4.

^c Old. conf.
 196. Bal. 206.
 in 3. Alex. 14
 in 5. r. colum.
 in fin. Abb. c.
 tanta, nu. 13.

^d §. si aduer-
 sus. Inst. de
 nupt.

^e Gloss. Bart.
 Bald. Salyc. &
 omnes, in l.
 pen. C. ad or-
 fic. Alex. 174.
 in 5. Dec. con-
 sil. 311.

G stitura

stituta fuit, veluti adulterio, incestu, stu-
 pro, *a* aut etiam aliam extraordinem, ob
 quam tamen talis congressus iure possit
 accusari. *b* Spurij verò ex non damnato
 coitu ij sunt, qui ex tali cõiunctione pro-
 dierunt, quam lex non quidem probauit,
 sed tamen nulla voluit pœna vindicare,
 sed quasi per dissimulationem neglexit,
 qualis est concubitus cum meretrice, *c*
 ancilla, aut alia vili, humilique mulie-
 re, *d* quarum consuetudo, cum legitima
 non fit, non tamen alia pœna coërcetur,
 quòd nimiam earum mulierum obscu-
 ritatem, indignitatemq; lex ita contem-
 pfit, vt nec dignam putarit, in quam vl-
 latenus animaduertent. *e* Fortè etiam
 vt ita in his conniueno, alijs longè gra-
 uioribus libidinum periculis obuiam
 iret, quibus irretiri humanæ naturæ im-
 becillitas facile potuisset, *f* hincq; fit, vt
 spuriorum nomine quandoq; etiam natu-
 rales veniant, quia & eorum conceptio
 lege non punitur, quamuis diuersa qui-
 dem de causa, *g* quam differentiam Spu-
 riorum ex damnato, vel impunito con-
 gressu susceptorum, necessarium putau-
 mus hîc declarare, tum ob successio-
 nes, tum ob alia multa, quæ infrà tractan-
 da erunt, *h* in quibus animaduertemus
 plurimùm hos ab illis spurijis differre.

Vulgo

7 Vulgo concepti qui sint, & ex nomine
 ipso patet, & à Modestino declaratum est,
 nempe qui patrem ostendere non pos-
 sunt, quia certum nullum habent, vel
 qui possunt quidem, sed eum habent, què
 habere non licet, qui & spurij appellan-
 tur. Ex quo cognoscimus, vulgo quæsi-
 ti nomen cum spurio conuenire, cum o-
 mnes ex quocunq; reprobato congressu
 geniti, vulgo concepti possint appellari,
 tametsi mater eorum non palam quæ-
 situm fecisset, lex enim æquè vulgo quæ-
 sitos eos vocat, qui re vera incertum pa-
 trem habuere, ac illos qui eum habent,
 quem habere iure non licet. Varij nomen
 pro illegitimo, apud Iurisconsultos no-
 stros, me quidem legisse non memini, a-
 lij tamen authores in hoc sensu vtuntur,
 eò quòd ex vario semine in lucem emissi
 sunt, quemadmodum Heliogabalum ob
 id varium dictum fuisse accepimus, quòd
 9 ex meretrice cõceptus esset, vt tradit Lam-
 pridius. Manzer etiam Iurisconsultis no-
 stris in vsu non est, sed tantùm à Pontifi-
 cibus vsurpatum, *b* hodièque in rescri-
 ptis, priuilegijs, & Curia Romana satis
 quidem celebre. Hebræum ipsum vo-
 cabulum est, proprièque eum significa-
 re, qui de scorto natus est, sacra pagi-
 na interpretatur. *c* Incestuosi ab inter-

2 l. vulgo, de
sta. hom.b c. nisi cum.
s. personæ, de
renunciat.

c Deut. c. 23.

G 2 preti-

pretibus nostris dicuntur, qui ex incestu nati sunt. Incestus autem est consanguineorum vel affinium abusus, *a* hinc incestuosi, qui ex cōiunctis transversalibus vel affinibus suscepti fuere. *b* Nefarij autem ij sunt, qui ex linea ascendētiū aut descendentiū proficiuntur, vt Accursius voluit. *c* Ego tamen vereor, ne subtilior hæc sit differentia, quàm vt semper subsistere possit, cum videā hæc nomina sæpè cōfundi, & nefarias ac incestas nuptias pro eadem re accipi. *d* Vnde & nefarij ac incestuosi filij promiscuè assumi poterūt, pro ijs, qui intra gradus quoscunq; prohibitos concepti fuere. Adulterini ij proprie tantum dicendi essent, qui ex adulterio sunt profecti, quòd adulterium solū in nuptiam committitur, vt nomen ipsum demonstrat. *e* Quoniam tamen lex Iuliana stuprum & adulterium *συνμιγνῶς* & indifferenter appellat, *f* propterea & de filijs inde natis, idē quoq; fortè dici poterit. Sacrilegi ij vocandi viderentur, quorum vel pater, vel mater dum eos concepit, sacris erant initiati: nam cum sacrilegium latè dicatur, rei sacræ violatio, *g* notum est eos omnes, qui se diuino cultui dederunt, ita continentia castitatiq; seruandæ iam esse astrictos, vt qui post id, libidinib. quādoq; obtemperarit, is statim, ab offi-

a c. lex. 36. q. 1.

b Gloss. Rub. C. de inc. nupti. *c* Gl. in d. Rubri.

d §. ergo. Insti. de nupt. l. si. de rit. nup.

e l. inter. §. 1. de adulter.

f l. interstuprum, de ver. sign. & d. l. inter. §. 1.

g Bald. l. 3. C. de furtis.

ab officio recessisse, & susceptos sacros ordines inquinasse videatur, *a* prout Abb. etiam quandoq; significauit. *b* Alij tamen incestum eum esse dicunt. *c* Alij adulterium malunt. *d* Quidam spurios potius huiusmodi filios dici censuerunt, *e* ita vt ex Doctorum sententijs hoc satis incertum videatur. Verius tamen ego existimo, eos qui ex sacramento clerico, & soluta muliere nascuntur, simpliciter spurios dici, quoniam & inter eos simplex fornicatio dicitur intercessisse, *f* qui verò ex sacerdote & nupta muliere, illos adulterinos esse. *g* At qui ex coniunctis, incestuosos appellari, vt ita exemplo laicorū, in his quoq; hæc crimina notentur, *h* paucis exceptis casibus, qui à Doctoribus relati sunt. *i* Vbi verò ex muliere religionem profitente, & Deo sacrata, aut ex Monacho iam Monasteriū ingresso, quis conceptus esset, tunc nihil dubito sacrilegū hunc partum esse. *k* Ratioq; differentia inter Clericum in sacris, & Monachum ea est, quòd Clericus nunquam expressè perpetuam castitatem vouit, nec ad id voto villo solenni vnquam se obligauit, quāuis continentia vni ex præcepto ecclesiæ teneatur, vt Doct. tradunt. *l* Monachus

a c. nullum. c. de his. 28. dist. ca. Maximian. 81. dist. *b* Abb. c. vt clericorum. nu. 6. de vit. & hon. cler. *c* Gl. Bar. Bal. l. 2. in fi. C. de episc. & cler. *d* Gl. c. per venerab. qui fil. legit. ver. adulterinis. & ibi Abb. nu. 32.

e Bal. l. si qs incesti. C. de inc. nupt.

f c. quia circa, de biga. Fed. conf. 127.

Car. Cle. ad nostrum, circa fin. de hæc.

g c. presbyter. 28. dist.

h Gl. l. c. lator. 2. q. 7.

i Dec. ca. at si clerici, de iudi. in prin. nu.

me. 48. 49. Fel. nu. 31.

k c. impudicas, c. virgin. 27. q. 1.

l Paul. Card.

G 3

verò

Imo. in Clemen. ad nostrum. de hæc. Caccial. l. si qua. C. ad Offic. colum. 6.

verò nō aliter religionē potuit profiteri, nisi tribus rebus (quæ vulgò substantia- lia religionis dicuntur) proprio se voto omninò addixerit, scilicet, rerū propria- rum abdicationi, castitati & obedientiæ.

a Vnde si quid ab altero eorum aduersus hæc committatur, multò id grauius cri- men in Monacho quàm Clerico notatur,

b hæcquæ ipsa ex religiosis viris concepta proles, cæteris omnibus odiosior multò & detestabilior iudicatur. *c* Quin illi qui

tam atrox libidinis genus perpetrare ausi sunt, illo solo complexu, triplici se maxi- mo scelere polluisse dicuntur, adulterio,

incestu, sacrilegio. *d* Quo fiet, vt vnum- quodquæ ex his nominibus, filijs inde natis rectè conueniat. Vnde & quandoque sa-

crilegi, aliquando adulterini, aut nefarij, aut incestuosi à Canone appellantur. *e*

QVI SINT NOTHI, BASTARDI, & de alijs illegitimè natis.

- 1 *Nothus, vocabulo latino caret.*
- 2 *Nothi in Iure nostro qui, & Alciat. opi. reiecta.*
- 3 *De verbis Græcis Nouell. Constit.*
- 4 *Holoandri error.*
- 5 *Nothi apud Græcos qui.*
- 6 *Hybride qui dicantur.*

7 *Qui*

7 *Qui bastardi.*

8 *Matrimonium ad Thalac, & ad Morganicam.*

9 *De varijs nominibus illegitimos apud Græcos.*

10 *Pœna illicitarum nuptiarum.*

11 *Diuersa illegitimos conditiones.*

C A P. X V I I.



DE Nothis maius quoque dubiū est, quinam hi proprie sint, varietatē de his proditū reperimus. Io. And. eos esse dixit, qui ex adulterio

nati sunt. *a* Isidorus, *b* illos qui ex matre ignobili, patre verò illustri. Hostiensis, *c* hos qui ex incestu, quasi ex nota, id est af-

sine & cōsanguinea. Alciatus, *d* eos qui ex ancillis aut meretricibus, quæ propè ad concubinarum similitudinem accedunt.

Ripa, *e* illos qui sunt vulgò expositi, qui vt plurimū parentum notitiam non ha-

bent, vt sit κατὰ ἀνίσθητον dictum. Nonnulli, omnes qui ex quolibet dānato coi- tu, quasi ex nota & infamia orti. Alij alia,

i & lōgè diuersa tradidēre. Ego Nothi verbum (quod & oēs vel tantūm literis tincti norunt præter Isidorū, & eius farinae cæ- teros) Græcam dictionem esse scio, quæ

G 4 adhuc

a c. cum ad Monasteriū. vbi Abb. de sta. mon.

b Dec. d. c. 27 si clerici. nu. 49. & Paul.

Gril. in tract. de pœn. om- nis. coi. c. vlt. Imol. d. Cle- men. ad no- strum.

c Dec. consil. 338. & 379. nu. 5.

d Gl. c. virgi- nib. 27. q. 1. Abb. c. mona- ster. de vit. & honest. cleri.

e Not. Felin. d. c. ar. si cleri- ci, col. pen. & fia.

a Gl. c. nisi. 5. personæ, de re nunc.

b Lib. cry- mol. 11.

c In sum. de consang.

d Pareig. 4. c. 5.

e l. ex facto. §. si quis roga- tus, ad Tre- bell. nu. 5.

adhuc nec latinū nomen inuenit, vt Quin-
 tilianus ait, *a* illamq; in Pandectarum li-
 bris, nullo quod meminerim in loco vsur-
 patam. Cū autem Iustinianus suas con-
 stituciones, quæ *ναρὰ* dicuntur, Græco
 sermone cōscripsisset, primus in Iure *τῶν*
νόθων mentionem fecit, *b* qua voce dein-
 de nostri Iuris interpretes sapiūs vti cœ-
 perunt. Verūm quo sensu hæc à Iustinia-
 no fuerit accepta, ego in hoc ab Alciato &
 cæteris lōgè dissentio. Alciatus enim No-
 thos eos intelligēdos tradidit, qui ex scor-
 tis suscepti sunt, vbi mater nō ad eō custo-
 dita fuit, qui apud nos Spuriij dici solent.
 Ego verò, quos Nothos Iustinianus vocat,
 eos proculdubiò esse puto, qui verè &
 propriè apud nos sunt naturales, quod
 multis ex locis ex illa constitutione appa-
 ret, sed ex eo maximè, quòd scimus id a-
 gere Iustinianum ibi, vt naturales tantūm
 filios agnoscat, eos, inquam naturales, qui
 ex vero & iusto prodierunt concubinato,
 cæteros enim qui non huiusmodi fue-
 rint, ita vt naturalium nomine digni non
 sint, quoscunque penitus excludit. *d*
 Quòd si de his loquens, quibus tantūm
 tale vult commodum impartiri, Nothos
 illos appellat, *e* cur dubitamus quin tali
 vocabulo de veris naturalibus, non spu-
 rijs senserit, cū inter eos differentiam
 maxi-

a lib. 3. ca. 8.

b Auth. de Nothis alijs. quib. mod. natu. sui.

c Authen. §. si quis autem defunctus.

d d. Aut. §. 6.

e §. οὐδία

φερόμενα

§. τελευ

ταίων.

maximam constituat? *a* Nec quicquam
 refert, quod de duplici filiorum genere
 mentionem facere videatur, & vtrunque
 agnoscere, *φυσικούς* scilicet & *νόθους*, qua-
 3 si *φυσικοί* naturales sint, *νόθοι* verò Spu-
 rij, vt Alciatus ait. Nam sciendum est, ver-
 bum *φυσικός*, pro eo quod nos natura-
 lem filium dicimus, Græcum non esse,
 nec vsquam apud Græcum vllum autho-
 rem in hac significatione reperiri, sed ita
 à Iustiniano compositum, vt ex eo faci-
 liūs Nothi significatio percipi posset, qua-
 lia & multa tam sepè apud eum huiusmo-
 di legimus, quæ Græci idiomatis non
 sunt, quamuis Græcè conscripta, vt *φι-*
δικομίττον, πραίτωρ, ὅς δ' ἄρα ἔσ', κοδι-
κίλλος, & similia verba, quæ Græci ho-
 mines nec somniarūt vnquam. Voluit is
 igitur duplici vocabulo idem euidentius
 significare, & vtrunque eodem sensu ac-
 cepit, fortè ne qua dubitatio superesset, vt
 alibi dicitur, *b* quod & inde patet, quia
 in eadem periodo, sermonisq; continua-
 tione, quem modò *νόθου* appellauit, eun-
 dem & *φυσικόν* deinde vocat. *c* Quòd si
 nemo dubitat, quin verbo *φυσικούς* natu-
 rales proprie significauerit, quantò ma-
 gis hoc & de Notho dicendum est, cū &
 constitutionem ipsam *περὶ νόθων* inscri-
 pserit, & eam ita exordiat. *τὸ τῶν νό-*

a §. vltima. d. Authent. & §.

ταύτα

ἡμῶν.

b l. i. §. sed sciendum, de adile. dicit.

c §. de nepo- tibus. v. c. in quib. in G. ex. exemplar.

ἐφ' ἃν δ' ε θεμάτων.

a s. si verò
is qui solum-
modo. In Græ.
ἐπιμένει τοῖς
ἑ μόνων φυ-
σικῶν παί-
δων.

θων ὀνόματι ἢ ρωμαίων νομοθεσία &c. nec
nisi post dimidium planè illius, **ἢ φυσ-**
κῶν mentionem faciat, a intereaq; semper
Nothos appellauerit eos, quibus & vult
subuenire, & quos per subsequens matri-
monium, vel per oblationè principì, vel
Curia, legitimorum iura adipisci sancit,
& tamen, quin eo in loco de naturalibus
propriè intellexerit, ridiculum est dubi-
tare. Haloander quidem in verbis latinè
vertendis, multò plus, quàm in Imperato-
ris mète percipienda sollicitus, nihil inter
naturalè & Spurium putauit interesse, sed
verbo φυσικοῖς nunc spurios, nunc natu-
rales reddidit, quod idem & in Notho fe-
cit, quare nihil potest dici à Iustiniani mè-
te alienius, qui & in pluribus suis consti-
tutionibus, **b** & in ea hoc maximè contē-
dit, vt naturalibus tantùm prospiciat, spu-
rijs verò nec alimenta quidem concedat.
c Iam verò nec huic meæ sententiæ, verbi
ipsius Nothi, repugnat significatio, cum
eo nomine comprehendatur, vt tradidit
Pollux, **d** quicumque ortus est **ἐκ φέμι-**
παλακίδου, hoc est, ex peregrina siue cō-
cubina. Et Hesychius interpretatur, **νοθη-**
γέννητα, liberos, **μὴ γνησίους**, sed ex scor-
to, aut amica, aut serua, aut cōcubina sus-
ceptos. Satis autem est, vel aliquam ex his
significationem, ad naturales propriè, hoc

b Aut. de tri-
en. & semif. s.
considerem.
& quib. mod.
nat. leg. & s.
fin.
c s. pen. & fi.
d. Auth. quib.
mod. nat. iui.
d lib. 1.

est, ex concubina natos, referri posse, li-
cet alix latius deinde pateant, facilè enim
hanc Iustiniani mentem fuisse, ex consti-
tutionis contextu deprehendimus, fuitq;
hoc omninò necessariū, vt cum ipso Græ-
co sermone illud esset expressurus, ad
quod ij præcipuum & appositum verbū
non habèt, eo vocabulo vteretur, quo idè
significaret, quamuis & alijs modis apud
eos id quandoq; vsurparetur, nec. n. nego
solere eos, Spurios nostros, Nothos nūcu-
pare, cum eo nomine quicquid non verū
& legitimum est, appellent. Quæ quidem
omnia & Innocentij Pontif. autoritate
adiuuantur, **a** qui cum Nothos & Manze-
res nominasset, naturales deinde & Spu-
rios subiecit, quāsi Nothi verbum ad na-
turales, & Manzeris ad Spurios esset re-
ferendum, quod & Præpos. alibi tradidit,
b mihiq; huic sententiæ videtur aptissi-
mum.
6 Quidam etiā sunt, quos Hybridæ an-
tiqui vocauère, propriè quidem semifera
animalia, vt sues, ex fero & domestico
sue progenitos, aut canes natos ex venati-
co & gregario, sed & ad homines trans-
fertur, vt de C. Antonio Ciceronis col-
lega in consulatu dictum est. **c** Atque
idcò qui ex imparibus parentibus na-
scuntur, Hybridæ vocantur à nonnullis,
quod

a c. nisi. s. per
long. de renū.

b c. per vene-
rabi. qui fil.
leg. col. 9.

c Plin. lib. 1.
cap. 61.

quod nomen etiam illegitimis attribui solet.

7 Ultimum est Bastardi nomen quo vulgò pro omnibus illegitimè natis utimur, cuiuscunque generis, tamen Accursius & Decius de Naturalibus tantum id videantur accepisse. *a* Sed communis usus loquendi in cōtrarium est, vulgariq; sermone omnes nō legitimè ortos, solemus Bastardos nuncupare, *b* ut omnibus patet. Sunt etiam præter hos quidam alij filij, qui legitimè quidem propriè non videntur, sed nec quoque inter illegitimos referendi, quales sunt hi, qui ex matrimonio, quod ad Thalac dicitur, orti sunt, quòd matrimonium quoddam est arbitrium, ut scilicet cū marito placuerit, dirimatur, qui mos coniugij in partibus Orientalibus servari dicitur. *c* Sicuti & illud aliud est, quod ad Morganicam contractum fertur, *d* ex quo nati filij legitimi quidem vocantur, sed tamen certum est, non omnia illos legitimorum filiorum iura obtinere. *e* Et quamvis de ijs qui ad Thalac nati sunt, referat post Angelum Severinus, *f* olim ex facto, eos Venetijs illegitimos fuisse iudicatos, ego tamen has quæstiones in præsentia omitto, cū de filijs Iure tantum Romanorum legitimis & illegitimis disputare nobis sit pro-

a Gl. Rub. de concub. & l. si. C. de natu. lib. Dec. cōf. 433. num. 14.
b Præpos. d. c. per venerabili. col. 7.

c Caccial. l. si qua. C. ad Ornc. col. 3.
d De fil. nat. ex matr. ad Morg. In vñb. feud.
e c. x. in fin. eod. tit.
f Caccial. d. l. si qua.

positum, aliasq; dixerimus, *a* plurimum ^{a cap. 3.} in hac re gentium moribus esse deferendum, cū verum id matrimonium apud omnes habeatur, quod ex uniuscuiusq; populi ritu & legibus celebratū est, quamvis apud nos secus videatur. *b* Habent ^{b arg. c. quæ. 10, de diuor.} & Græci varia nomina illegitimorum filiorum, quale in primis est. Νόθος, de quo modò egimus, Σκόλεθ, id est, ὅ εκ λαβραίας μίξεως, secundum Suidam, vel ὁ τον πατέρα ἀγνοῶν, secundū Homeri interpretationem *c* Μητρόθενθ, ὅ εκ ξένης μη- ^{c Iliad. 2.} τρός, παρθένηςθ, ὅ εκ τῆς παρθένου δ' οκδόσης, Εἰπαίντθ, qui plerūq; pro adoptiuo, sed & quandoq; pro subditio filio accipitur, quem aliquis ut sui ignarus, nutrit, cū tamen alienus sit. Est & ἔποβολιμαίθ, qui eodem sensu capitur, pro suppositio, quamvis hi duo, scilicet εἰσποίητοι, & ἔποβολιμαῖοι, possint quandoq; legitimis esse natalibus orti, quia tamen quoad eū, qui pater creditur, veri non sunt filij, propterea videntur quodammodo illius esse Nothi, vnde & generaliter pro Nothis quandoque hæc duo nomina vsurpantur. Solent quoq; & ἀπάτορες omnes hi illegitimi dici, id est, sine patre, filij. *d* His autē ^{d §. si aduersus. Inst. de nupt.} omnibus contraria sunt, Γνώσιθ καὶ ἰθαγενής, οἱ εκ νομίμων γάμων, ut Iulius Pol-
lux

a lib. 3. ca. 2. lux tradidit. *a* Sed & præter hæc varia nomina, quæ illegitimè natis à Iure constituta sunt, variæ etiam pœnæ unicuique ex illis illicitis coniunctionibus, vnde tales procreantur liberi, decretæ fuere, & quædam capitali, aliæ leuiori supplicio mulctari solent, prout parentum quoque libido in ijs concipiendis quandoque turpior & effusior, quandoque verò remissior, & paulò tolerabilior potuit videri. Vnde & non defuerunt, qui iustum tractatum hoc argumèto ediderint, qua scilicet pœna quilibet illicitus coitus sit vindicandus, *b* quod & interpretes alij varijs in locis disputarunt, *c* & nos idè in præsentì hoc labore leuarunt, quòd hæc ab ijs latissimè sunt pertractata. Sanè inter hos illegitimos, vt & antea dicebamus, quidam præ cæteris nequiores & odiosiores haberi solent, sicuti & concubitus ille, vnde ipsi profecti sunt, turpior & grauior iudicatus est. Adulterij enim crimen vincit fornicationem, sed vincitur ab incestu, *d* sicuti & in incestu quidam gradus considerari possunt alijs detestabiliores, vt cum sorore, matre, nouerca, quàm cum alijs consanguineis. Hinc dicebat Bald. de varijs vitæ generib. loquens: *e* In virginitate uere nos gloriosè, in vera viduitate castè, in matrimonio pudicè, in concubinato impu-

b Paul. Gril. tract. de pœn. omnif. coit.

c Doct. c. at si clerici, de Iudi. & Insti. de publ. iud.

d c. adulterij. 32. q. 7.

e c. causam, de proba. nu. 7.

impudicè, licet tolerabiliter, in stupro damnabiliter, in adulterio damnabilius, in incestu dumnabilissimè.

VNDE DICTI NATURALES, Spurij, Vulgo concepti, Nothi, Bastardi.

- 1 *Illegitimi non dicuntur naturales.*
- 2 *Naturales pro iustis filijs.*
- 3 *Spurij etymologia. & num. 5.*
- 4 *Spurius apud veteres loco prænominis.*
- 6 *Nothus qui, & an idem cum Spurio.*
- 7 *Vnde dicti Nothi.*
- 8 *Bastardi unde.*

C A P. X V I I I.



Naturalium nomen inde dictum suprâ tradidimus, quòd filij hi à sola natura geniti sint, à Iure nec recepti, nec reiecti. *a* Cæteri enim qui ex alijs illegitimis congressibus oriuntur, cum sola concupiscentia, atque libidine in lucè prodeant, digni non fuerunt, qui à natura denominarentur, quum suæ procreationi communem non habuissent. *b* Verbum quidè ipsum, vti Iuriscōsultis nostris quàm maximè in usu,

a c. fi. 32. q. 4. l. 3. de concu.

b §. fin. Auth. qui. mod. nat. eff. sui.

usu, ita apud bonos & latinos auctores
 alio potius sensu usurpatum, videlicet pro
 naturali & legitimo simul. Cic. Philipp.
 Cuius naturalis pater, si vita suppedita-
 set, consul factus esset. Sueton in Tybe-
 rio. Filiorum neque naturalem Drusum,
 neque adoptivum Germanicum patria
 charitate dilexit. Sic & apud Quintil. &
 alios, quo modo & nostri elegantissime
 quandoque visi sunt. ^a Spurius verò sic di-
 ctos Modestinus tradidit, *πατρὸν τὸν ἀνο-*
^b *γόνον*. hoc est à satione, ^b quam notatione
 & Imperator ipse secutus est, ^c quæ ta-
 men cum nimis fortasse generalis videre-
 tur, quippe quæ & legitimis etiam recte
 posset convenire, Idcirco multi existima-
 runt, *σπαράδιον* legendum esse, id est, spar-
 sim conceptos, & ex collectio femine e-
 ditos, unde & Sporades Insulæ dicuntur,
 quod in Institutionibus suis animadver-
 tit Theophilus, & secuti sunt recentio-
 res. Aliter tamen huius verbi origo à Plu-
 tarcho gravissimo & locupletissimo au-
 thore relata est: tradidit enim is in Proble-
 ma. prænomena apud Romanos primis
 tantum literis notari solita, vna, duabus,
 aut tribus, vt T. Titum. G N. Gneum.
 Ser. Seruium. C. Caium, eodemque modo
 Sp. Spurium, quod prænomen erat, de-
 signasse, vfos tunc etiam eos, qui sine pa-
 tre

^a l. 1. in prin.
 de bon. poss.
 cont. tab.
 & Instit. de
 nup. §. sed ho-
 die.
^b l. vulgo, de
 sta. hom.
^c §. si aduer-
 sus. Instit. de
 nupt.

tre essent, qui Græcè *ἐπάτροι* dicuntur,
 de quibus nos agimus, quia patrem certum
 non norunt, aut etiam orbatos parente,
 disunctis literis S. P. significare, id est, sine
 patre. Quæ nota cum parum ab illa Spu-
 rij differret, hoc errore deinde factum es-
 se, vt Spurij sine patre dicerentur. Et hæc
 Plutarchi sententia, tametsi nostris, Mode-
 stino & Iustiniano, sit contraria, eò mihi
 probabilior videtur, quòd plures apud
 veteres eo Spurij nomine appellatos legi-
 mus, quos tamen constat legitimis fuisse
 natalibus ortos. Livijs lib. 2. Duos tamè
 cum eo pudor tenuit, Spurium Laertium,
 ac Titum Heminium ambos claros gene-
 re factisque. Idem narrat à Cassio quodam
 Spurium Cassium filium iure patriæ po-
 testatis necatum, eò quòd dum Trib. pleb.
 esset, legem Agrariam tulisset, de quo &
 meminit Valer. ^a & tamen scimus patriam
 hanc potestatem ad solos iustos & legiti-
 mos parentes pertinuisse. ^b Possemus &
 sexcentos alios eodem nomine recensere,
 qui & honestissimi viri fuere, & maximis
 dignitatibus decorati, vt Spurium Papi-
 rium, Spurium Furium, Spurium Car-
 nilium, & alios plures, qui ab historicis
 summa eorum cum laude memorantur.
 Quæ res nobis aperte declarat, longè ali-
 ter id verbum à veteribus fuisse usurpatum,
 H quant

^a lib. 5. ca. 2.

^b Instit. de pa-
 tr. poss.

quàm Iurifconsulti nostri tradiderint, eum apud Ciceroné, Liuium, & alios eius ætatis viros, vbi de Spurio fit mentio, id loco prænominis accipi soleat. Sumpserunt autem ij nostri fortasse hanc etymologiam à Græcis & Oratoribus quibusdam recentioribus, quos irridet in prædicto loco Plutarchus. Addens illud quodque absurdum esse, quod dicebant aliqui, Sabinos muliebria pudenda Sporion appellasse, vnde eos qui legitimè nati non essent, Spurios, veluti contumeliæ causa vocatos. Ego illud etiam non indecens huius nominis etymum esse existimari, à
 5 Græco *σπέρειν*, quòd felici hi ad prolem suscipiendam editi sint auspicio, atq; ad liberos procreandos quàm maximè idonei habeantur. Hodie tamen inualuit hæc noua significatio, vt spurium dicamus, quicquid non sincerum & legitimum est: sic spurij versus apud Grammaticos, spuria cogitatio apud Philosophos, & sim. Sunt quoque vulgo concepti ijdem cum spurijs, a cuius nominis ratio sat patet, nempe quòd ex colluione quadam, & seminis cõmunionem sint progenerati. Nam vt ait Accursius: *b*

Cui pater est populus, pater est sibi nullus.

& omnis

Cui pater est populus, non habet ille patrē

De

De nothis multa suprâ tradidimus, eo nomine Græci, quicquid non verum est, vocant, vt *νόθος Ἀπίσιμος*, & quod nõ proprium est, sed aliunde sumptum, vt cùm Catullus dixit, *a* Lunam notho lumine, ^a Carullus in epigram. vel quod ex diuersæ speciei animalibus ^{31.} editum, aut etiam quod externum atque cum patrio mixtum est, sicut Nothi pulli. Columel. lib. 8. Omnium autem horum genera nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. Latino id caret vocabulo, vt in quadam oratione testatur Cato, & refert Quintilian. *b* idcircoque peregrino ^b lib. 3. c. 8. frequenter vtimur. Multi fuerunt, qui Spurium idem cum Notho esse existimarent. Hincque Sext. Pompeius ait, Nothum Græci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur, animaduertimusque optimos quosque interpretes, cùm de Notho à Græcis fit mentio, Spurium semper vertisse. Sed ego suprâ ex Pollucis auctoritate docui, magis generale hoc nomen esse, cùm & eum comprehendat, quem naturalem dicimus, id est, ex concubina natum, inter quem & Spurium multum latèque interest. Dicendum est igitur id verbum commune esse tam naturalibus quàm spurijs & quibuscunque

H 2

ille-

^a I. vulgo, de stat. hom.

^b Gl. 5. pen. Inst. de nupt.

illegitimè natis. Indeçq; dictum videtur, quòd qui sit huiusmodi, eo careat, quòd diuinum putatur, legitimis scilicet natalibus, ἀνω, priuatiua particula & θῆλον. est enim θεῖον τι τὸ γνήσιον ἐν τοῖς κατ' ἀνθρώπων τόκοις. Nothusq; est ἑστ' ἑρμῆνος τοῦ θεῖου, vt ait Suid. cuius contrarium γνήσιος appellatur. Νόθεα ἕρματα Græci dicunt eam partem bonorum, quæ ex hæreditate paterna Nothis lege Atheniensium contributebatur vsque ad drachmas mille, vt tradit Aristophan. & meminit Demosthenes contra Aristocrat. Bastardos populari lingua hodie hos omnes vocamus, quòd verbum omninò barbarum videtur, nisi inde sumptū existimes quòd Βασσάγῆς apud Græcos præter Bacchæ significationem, etiam pro meretrice & muliere prostituta capitur, vt in Epigrâ. sæpiùs legitur, quasi illegitimi filij vt plurimum ex meretricio complexu oriãtur. De cæteris illegitimè natis, satis in præcedenti capite egimus, ex quo & vnde singuli appellati sũnt, facile vniciq; est colligere.

EX COHABITATIONE
viri & mulieris an præsumatur
matrimonium.

Ius

- 1 Ius civile quando matrimonium præsumat.
- 2 Deprehensi duorem simul habere, si dicant se coniuges, an eis credendum.
- 3 Concubitus cum meretrice aut vilibus fœminis non punitur.
- 4 In materia permissa, partium assertioni statur.
- 5 Jure Canon. non præsumitur matrimonium, nisi omnia solennia præcesserint.
- 6 Quibusdam tamen casibus secus est.
- 7 Post sponsalia, si uxor apud maritum maritari incipiat, præsumitur & copulatio secuta.
- 8 In iudicando matrimonio quid differat ius civile & Pontif.
- 9 Ex quibus coniecturis Iure Canon. matrimonium probetur.
- 10 Cur difficilius præsumatur matrim. Iure Canon. quam civili, & cui hodie standum sit.
- 11 Ex præsumpta fornicatione, nascuntur filij legitimi.
- 12 Eadem coniunctio diuersis respectibus, potest vt fornicatio, & vt matrimo. iudicari.

CAP. XIX.

H 3

Est



ST ergo matrimonium rite contrahendum, ut ex eo legitima soboles suscipiantur. Quid verò, si quis ex certis parētibus natus proponatur, an verò ex matrimonio aut fornicatione, sicq̄ an legitimus vel illegitimus sit, non constet, quid in dubio iudicandum erit? Hæc quæstio duplex caput continet. Alterum, si adhuc eius parentes viuunt, simulq̄ versentur, an ex hac sola cohabitatione inter eos matrimonium præsumatur. Alterū, an ijs defunctis, cum nihil de eorum matrimonio constet, filius ne legitimus, an illegitimus sit censendus. Quod ad primum attinet, diximus aliàs, *a* diuersas esse Iuris ciuilibis ac Pontificij leges. Ius ciuile, ubi virum & mulierem simul cohabitantes intelligit, id in dubio matrimonij, non fornicationis causa fieri conijcit, *b* vsque ad eò, ut tam & si quis nō eo animo cum muliere illa versaretur, sed potiùs ut ea veluti concubina interim potiretur, lex tamen eas adhuc nuptias interpretetur, nisi is illam antea eius rei fecerit certiore, *c* oportet tamen talem eorum esse vitæ coniunctionem, quæ coniugio digna sit, quæ turpitudine careat, quæ inter æqualis conditionis personas

a cap. 5.

b l. in liberz, de rit. nupt.

c l. 3. de concub. Glo. ver. habere, & Gl. d. l. in liberz.

sonas intercedat, quoniam ex ijs facillimè deinde vxorium vinculum præsumi solet. *a* At si quis ingenuè natus, cum obscurissima fœmina familiaritè viuere, aut quæ corpore quæstum fecisset, tunc à matrimonij opinione plurimū & lex ciuilibis discedit. *b* Quapropter cum quidam rem simul habere deprehensi essent, de stuproq̄ accersiti, ipsi se tanquam coniuges id negotium simul habuisse affirmarent, dixerunt multi, crimen eis obiectum satis hac ratione purgari, eorumque attestationi omninò acquiescendum. *c* Baldus tamen quædam amplius spectari voluit, quæ extrinsecus solent contingere, vnde matrimonium à fornicatione discerni potest, *d* cum aliàs facillè esset adulteris, leges eludere, hocq̄ prætextu crimen suum ab omni pœna vindicare. *e* Quod idem ferè & in concubinato, ut non facillè præsumi debeat, atque ita delicta impunè relinquuntur, Doctores alij responderunt. *f* Quare nec desuerunt, qui dicerent, *g* parum admodum in hoc negotio, Cæsaris leges à Pontificijs differre, quòd vbiq̄ indicia quædam considerentur, an matrimonium fuerit, aut fornicatio: quamuis cæteri Doctores eas inter se penitus cōtrarias putent. *h* Ego aut̄ quod ad pro-

a l. donationes. cum Glo. de dona.

b Gl. Bal. d. l. in liberz. & in d. l. 3. de concu.

c Gl. l. p̄. C. de fideiuss. C. pol. caut. 42. Lanfran. c.

quoniam cōtra. f. confessiones. nu. 7.

d Bald. c. 1. f. iniuriar. de pa. Iur. firm. nu. 39. & in d.

l. p̄. C. de fideiuss. Car. c. is. q. 34. Dist.

e Inno. c. ex parte. de rest. spol.

f Thom. Grā. voto 4.

g Imo. d. l. donationes. de donat.

h Gl. c. illud. de præsum. & in l. 3. de concub. Bal. d. l.

in liberz. & Alciat. reg. 2. præsumpt. 5.

a Facti conf. Decij 133. nu. 1.

positam questionem pertinet, de eo qui deprehensus fuerit cum muliere, contra Baldum omninò sentio. *a* Nam cum dubitemus, accipienda ne sit eorum excusatio, qui se cōiuges fatentur, ita ut ab omni culpa liberetur. Animaduerto in primis, hanc questionem in ijs intelligi non posse, qui antea se alijs matrimonio iunxissent. Quo pacto enim possent se ijs hac ratione excusare, si aliam vir habebat uxorem, aut illa maritum. Minimè quoque accipi potest questio de concubitu cum meretrice, scorto, & vulgaribus quibusdam mulieribus, nam cum in ijs ob summam obscuritatem & ignobilitatem tale crimen non notetur, nec vlla his poena sit constituta, *b* quæ esset dubitatio de eorum excusatione, si ea etiam remota, nihil in eos animaduerti posset? Præsupponendum ergo est, honestas esse has personas, quæ si citra matrimonij vinculum simul congregiantur, iure possent stupri crimine condemnari. Dico autem, si uterque asserat matrimonium iam inter eos contractum, nō alias coniecturas esse perquirendas, cum vtriusque confessio cuiunque præualeat probationi. *c* Nam cum materia hæc sit permissa, scilicet, ut matrimonium, prout ipsi fatentur, subsistat, partium assertioni proculdubio hærendum

b l. si ea. l. quæ ad adult. C. de adult.

c Dec. Rub. de proba. nu. 6.

rendum semper erit, *a* præsertim ut delicti suspitio euitetur. *b* Videmus, si inter aliquos matrimonium non extiterit filiosq; interim ijs susceperint, postea autem verus coniugij ineundi consensus accedat, eum ipsum consensum statim ad initia illius consuetudinis retrahi, filiosque ipsos antea legitime natos censerit, quo ergo maior hic fides adhibenda vtrique affirmanti connubium principio contractum esse, si posteaquam simul diu fornicati fuerint, adhuc eis permittitur, nudo ferè consensu omnia resarcire? Etenim cum non omninò de rei ipsius veritate liquere videatur, cum potuerit re vera illud esse matrimonium, fortè & non esse, ex quo restota ab eorum nuda pendeat voluntate, num satius est in dubio nocentem absolueret reum, quàm innocentem condemnare? *d* hinc præsertim, vbi tot concurrunt, fauor matrimonij, *e* præsumptio euitandi criminis, *f* & vtriusque confessio, quæ omnem exuperat probationem? & denique agatur tantum de eorum animo colligendo, qua in re semper afferentis confessioni saltem cum iuramento, etiam in maximè arduis negocijs stari solet. *g* Et hæc ita generaliter ius civile statuit, certis tamen personis exceptis, qui maximis præditi sunt dignitati-

a Alex. Dec. l. si donatio. ne. C. de collat. nu. 18. 19. b Bart. l. non solum. §. sed ut, de op. no. nun.

c c. tanta. qui al. legit.

d l. absentē, de pœnis. e d. c. tanta. f l. merito, pro socio.

g l. 1. §. sed istz. de actio. nu. 90. & l. a. l. mouendi nu. 370.

e §. quia ve- bus, & paucis quibusdam alijs, quos sine
 ro legem, cū dotalibus instrumētis matrimonium re-
 Glof. Auth. vt ctē contrahere posse vetuit, a quamuis
 lic. matr. & & hæc hodie sint immutata. b Ius verò
 au. Pontificium in nuptijs probandis multò
 b Ang. §. fin. est difficilius, multò durius, vult enim an-
 Infit. de nup. te concubitus quàm plura solennia præ-
 num. 2. cessisse, c alioquin id non connubium,
 c supra ca. 5. sed fornicationem vocat, d hincq; tam se-
 d c. aliter. 30. pè clandestina damnat coniugia, atq; fur-
 q. 5. tim coeuntes, cæterósque eius rei con-
 e tot. rit. de scios grauitèr infectatur. e Quoniam ta-
 cland. de sp. mē matrimonium ita clām contractum,
 matrimonium verè est, vbi vtriusque
 coniugis bona fides, quamuis tacitè con-
 currit, vt aliàs diximus, f noluit Canon
 prohibere, quominùs quibusdam casu-
 bus, & illud legitimum connubium pu-
 blicè haberi posset, vbi scilicet quædam
 subsecuta essent, quæ omnem veluti nu-
 bem disijcerēt, remq; ipsam, vt sese habe-
 6 rer, iam in apertum proferrent. Exempli
 causa, si qui antea clām coierint, bona ta-
 men coniugij fide, ijdemq; post, de more
 patrio, publicè se vt coniuges alijs exhi-
 buerint, ecclesia tunc eos tanquam iustos
 coniuges etiam antea cto tempore rectè
 g c. 2. de clād. probat. g Idemq; fit, vbi sponsalia tan-
 de sp. tum publicè antea contracta essent, mu-
 lierq; deinde à patris ædibus apud maritū
 se rece-

se recepisset, & vterq; iam simul cohabi-
 taret. Nam si liquidò constat, copulatio-
 nem inter eos post sponsalia secutam, so-
 let illud statim verum matrimonium sa-
 7 nè censi. a Sin verò de copulatione ni-
 hil pateat, sed id tantum post sponsalia ri-
 tē celebrata, mulierem se in mariti domi-
 cilium contulisse, cumq; eo dein moratā
 esse, dubitauit hoc casu Panormitanus, b
 ne id matrimonium non esset cēsendum,
 cum de illorum coniunctione adhuc in-
 certum esse possit. Ego autem non video
 si matrimonium id dici asseueramus, vbi
 post sponsalia, coitus deinde, quamuis fur-
 tiuus, accessit, c cur non æquè matrimo-
 nium perfectū dicamus, ex quo post spon-
 salia mulier apud virū habitare incepit,
 cumq; eo assiduò morari. Quid enim hic
 aliud conijci potest, quàm eos si ad rem v-
 xoriam idonei erant, simul & iunctos es-
 se? d maxime verò præcedentibus spōsa-
 libus, quæ certā dant significationem, talē
 eorum ab initio animū extitisse? e Quòd
 si nihil publicè actum est, nec quo ad spon-
 salia, nec quo ad ipsum matrimonium,
 vir tamen cum fœmina consuetudinem
 habere intelligitur, tunc perrarò admo-
 dum Canon nuptias inter eos contractas
 iudicat, nisi fortasse tot varix & maxime
 probabiles accedant cōiecturæ, vt secus à
 nemi-

a c. is qui fi-
dem. de spō-
sal.

b Abb. c. fin.
in fi. de spōf.

c d. cap. is
qui idem.

d Glo. l. si ve-
rò. §. E adole-
scens manda-
ti.

e Alciat. reg.
3. præsum. 38.

8 nemine ferè, qui communi sensu prædi-
tus sit, possit existimari. Credòque ego
summam Iuris ciuilis, & Pontif. differen-
tiam in hoc negotio, eam esse, quòd lex
Cæsarea quibuslibet vel leuibus multū
tribuit coniecturis, in gratiam matrimo-
nij. *a* Ast Canon, vbi publicè omnia so-
lennia non sunt peracta, cætera deinde in
deteriorem partem semper interpreta-
tur aduersus matrimonium, *b* nec un-
quam ferè ab hac præsumptione recedit,
nisi maximis & validissimis rationibus
conuincatur. *c* Illæ autem tales esse so-
lent, scilicet, si duo simul habitare coepe-
rint, & dotalia instrumenta confecerint,
inuicem se cōiuges appellarint, simul vi-
xerint, simul concubuerint, in vicinia
coniuges habiti fuerint, perpetuumq; se-
cundum hæc decennium effluxerit. *d*
Tunc enim, quamuis initio nō ritè simul
copulati sint, fortè quia præcedentia illa
cōcubitum solennia sint omissa, non po-
test tamen non tot manifestissimis ratio-
nibus cedere, vti d. matrimonium, nō am-
pliùs fornicationè iudicet, cūm hæc tam
lōgo tēporis spacio satis probata, omnia
que purgata videantur. *e* Mirum autem
nemini videri debet, ad eò difficilem esse
10 Pontificiam legem in matrimonio appro-
bando, aliàs enim diximus, *f* peccati e-
uitandi

a d. l. in libe-
rz. d. l. dona-
tiones.

b d. c. aliter.

c Soz. conf.
39. in 1. col. 2.

d c. illud. vbi
Abbas. de præ-
sumpt. Sozi.
d. conf. 39.

e Alex. conf.
151. in 5.

f cap. 5.

uitandi ratione, quæ Canonis semper o-
mnibus rebus proposita est, hoc ita fuisse
institutum, cumq; ibi multa huc pertinē-
tia retulerimus, propterea non ampliùs
hæc repetenda duximus. Sed nunc oritur
dubitatio, Cūm viri & mulieris coniun-
ctionem, lex Canon, in dubio fornicatio-
nem esse præsumat, cui etiam de Iure ciui-
li hodie standum est, *a* dicemùsne filios
quoque ex huiusmodi cohabitatione or-
tos, illegitimos censerit? Sanè cūm filiorū
status à parentum pendeat coniunctione,
b si ea non legitima fuit, liberos quoque
iniustos habendos, dicendum videretur.
A qua tamen re discrepant communiter
omnes, qui aliter de filijs, aliter de nuptijs
statuendum putant. *c* Lex Canon. quæ
nos per tutiorem semitam semper quærit
perducere, *d* patrum coniunctionem v-
bi non ritè inita est, potiùs fornicationem
quàm coniugium vocat, quo faciliùs ab
omni nedum crimine, sed & suspitione
debeamus abesse. *e* Hæc ratio nihil ad fi-
lios pertinet, *f* propterea satis illis erit,
si ex duobus simul habitantibus nati di-
cantur, qui se coniuges mutuo vocarent,
g aut quælibet vel leuis de eorum coniu-
gio extet coniectura, ea enim tametsi ma-
rimonium quo ad parètes probare haud
apta sit, filijs tamen ita proderit, vt legiti-
mi

a Dec. conf.
471. Abb. c. il-
lud. in fin. de
præsumpt.

b Aut. quib.
mod. sui. §. le-
gitimi.

c Bald. c. ex
transmissa. de
reit. spo. Dec.
c. ecclesia, de
conf. nu. 44.
Abb. ca. lator.
qui fil. leg.
d. c. veniens,
de sponsal.
e Gl. c. aliter.

30. q. 5.
f Alciat. reg.
2. præsumpt. 5.
Felin. c. illud,
de præsumpt.
col. fin.

g Dec. conf.
153. num. 3. &
Parif. conf. 13.
num. 23. in 2.

a Abb.d. c.12
tor.num.6.

b Iason l.1.6.
hoc autem,
ad Trebel. nu
me.16.& seq.

c d.1.commu
nium. C. de
nat. lib.
d l. ab co.
legit. hzz.

e c.1. de fil.
nat. ex matr.
ad morg. in
feud.

f Glo.l.Papi
nianus. §. fed
neque. de in-
offic. test.
g Dec. confi.
153.

mi dicendi sint, a nec id absurdum erit,
cùm eadem res, prout ad diuersa relata,
vario etiam modo rectè cenferi possit, b
ficuti videmus, eum qui Curia offertur,
legitimum tantùm ratione parentum, nō
agnatorum effici, c & rescripto Principis
posse quē, quo ad aliquas personas, eman-
cipari, quo ad alias in pristino statu relin-
qui, d & patrem ex matrimonio ad Mor-
ganicam cōtracto, filios quo ad res quas-
dam sibi legitimos suscipere, quo ad alias
veluti in feudi successione, tanquam No-
thos & alienos. e Vt planè constet, & in
præsenti quæstione nostra, cohabitatio-
nem illam, quo ad coniuges fornicatio-
nem rectè cenferi posse, quo ad filios au-
tem, reuoluto, vt ait Accursius, mantel-
lo, f verum & iustum matrimoniū exi-
stimandum, ipsosq; legitimos habendos,
quod & à Decio, diuersa tamen ratione,
responsum est. g


QVIS NE IN DVBIO LE-
gitimus, an illegitimus sit
censendus.

- 1 Quatuor opiniones, quid de cuiusq; na-
talibus sit coniiciendum.
- 2 Affirmans aliquam qualitatem, eam
neceffe habet probare.

3 Ma-

- 3 Maior aut minor quis non præsimitur.
- 4 In dubio id credendum quod honestius,
& delictum excludit.
- 5 Filij adulterini videntur imperfecti.
- 6 Infamia non præsimitur, aduersusq; na-
turam videtur.
- 7 Facta quando præsumentur.
- 8 Naturalis in dubio quis nunquam cen-
setur.
- 9 Filiusfam. rectè quis credi potest.

C A P. X X.



Lterum caput dubium ma-
gis videtur, quando nihil
de parentum cohabitatio-
ne constat, nec vlla omni-
nò extāt indicia, quibus fi-
lios potiùs ex matrimonio
natos, aut non natos, credere debeamus.
In qua quæstione variè pugnant inter se
Doctores: Aliqui enim legitimum quem-
libet præsumi existimauerunt, ea ra-
tione, quòd Spurijs nomen, delictum
potiùs sonet, quod nunquam in dubio
est coniiciendum. a Contrà Bartolus, b
cùm enim legitimi ex matrimonio orian-
tur, id aut quid facti sit, nūquam in dubio
id præsumi dixit, c quod sanè optimum
argumētum visum est multis, qui deinde
cum

a Cepol. cau.
128.

b conf. 42.

c arg. l. in
bello. §. facte.
de cap. & post.

a Corn. cōf. 68. in 1. Ia. l. post dotem, sol. matr. nu. 4. Alciat. reg. 2. præsump. 2. b Conf. 448. in 1. c Crauet. cō sil. 138. nu. 1. d Cuma. l. sed si, de acq. hær. Corn. cō sil. 208. in 3. Dec. l. si em̄cipati. C. de collat.

e l. ab ea. l. ei qui, de proba tio. f l. Titia. sol. matr. l. si vxorem. C. de cō di. in l.

g l. si filius de proba. l. si emancipati. C. de collat.

h l. cum te. C. de in in reg. restit.

i l. circa. de proba.

cum Bartolo intrepidè sensere. *a* Sed Baldus aliter quandoq; respondit, *b* nempe vnumquenq; naturalem conijci debere, quod & recentiores quidam secuti sunt. *c* Pleriq; tamen, nulli ex his sententijs facile hærendum existimarunt, sed aliam viam quasi inter has mediam eligentes, neminè nec sui iuris, nec in potestate præsumi tradiderunt, *d* sed ex communi iuris regula, ad eum huius rei probationem spectare, qui eorum alterum affirmaret. *e* Quæ quidem distinctio multis legibus conuenire videtur, in quibus animaduertas, quandoque cogi patrem probare, filium in sua potestate esse, *f* quandoque filio hoc incumbere, vt se à patris manu liberatum doceat, *g* prout scilicet nunc hic, nunc ille actor est, sicuti & in eo seruatur, *h* cum de alicuius ætate est quæstio, is enim qui agit, semper se aut maiorem, aut minorem probare debet, cum lex nihil in dubio præsumat, sed totum hoc, ei qui alteram partem asserit, probandam relinquat. *i* Quotiescunque igitur non fuerit quis in eius rei, de qua queritur, possessione, ex qua scimus probandi onus in aduersarium transferri, *i* tunc volunt eum, qui se vel filium fam. vel patrem fam. cōtendit, hoc ipsum docere debere, atq; ita hanc quæstionem terminari. Mihi inter

tot

tot Doctorum ambages, plus certè semper illa placuit opinio, vt vnumquenq; in dubio legitimis ortum natalibus iudicemus. Cum enim quemlibet ex coitu nasci sit necesse, oportet etiam concubitum illum vel licitum aut prohibitum fuisse. Sed cur non permiffum potius existimemus, cum illud magis semper sit conijciendum, quod honestū esse potest, quàm quod inhonestum, vt Baldus dicebat? *a* Namq; vbi ex aliquo actu duæ possunt capi coniecturæ, quarum altera delictum significet, altera excludat, eligenda sanè ea est potius, quæ vitio careat & crimine. *b* Quocirca videmus in hac ipsa materia, cum vxor alicuius, sui copiam alijs etiam fecit, filium tamen ex ea natum, mariti potius quàm adulteri dijudicari, quoniã id honestatis ratio sola suadet. *c* Accedit quòd vt suprà docuimus, quoties duo simul cohabitarint, quamuis lex quo ad parentes eam non omninò iustam consuetudinem fuisse interpretetur, quo ad tamen filios, in eorum fauorem, præsumit legitimam illam coniunctionem extitisse, legitimumq; matrimonium. *d* Cur non igitur hoc argumento quemlibet in dubio legitimè natum existimemus? Sen sit hoc planè Innocen. III. qui in eo qui se sacris initiari cupiat, tunc tantum ne-

I

cessa-

a In l. filium, de his qui sui.

b Bart. l. non solum. §. sed vt. de op. no. nun. Alexan. conf. 15. in 3.

c l. miles. §. defuncto. de adulte. Dec. confil. 657.

d Abb. c. lator. qui fil. legi. nu. 6. Alciat. reg. 2. præsump. 5.

cessariam iustorum natalium suorū pro-
bationem dixit, quotiens publicè contra-
rius de eo rumor circumferretur, *a* qua-
si præter eum casum, alijs nihil huiusmo-
di probare sit necesse, cùm in dubio legiti-
mus quis præsumatur. Etenim cùm ex a-
dulterio geniti filij, manci quodammo-
do & imperfecti censeantur, iuxta illud
b Sapient. 3. Sapientia libro traditum, *b* τέκνα μοι-
χῶν ἀτέλεστα. Quid esset absurdi?, quàm
illam in dubio coniecturam facere, per
quam natura non omninò munus suum
implet videatur? Vel etiam cùm illegiti-
mum esse quædam sit nota, & infamia fa-
cti, ut vulgò omnes aiunt, *c* nonne inde-
cens satis esset, in dubio existimare aliquè
infamem esse? cùm hoc & Iuris commu-
nis regulis repugnet, *d* & illiberale sit,
malè de homine prima facie ita iudicare,
ut eum turpitudine notatum credas. *e*
6 Nam cùm infamia sit contraria bonitati,
& consequenter naturæ nostræ, *f* tantum
abest, ut ea in dubio præsumi debeat, ut
mihi quidvis potius quàm hoc conijci-
dum proculdubiò videatur. Nec his
quicquam Bartoli & aliorum aduersatur
ratio. Cùm enim necesse sit, ut diximus,
filium ex aliquo concubitu susceptū esse,
existimamus nos potius ex matrimonio,
quàm fornicatione, quoniã id honestius
est, quam-

a c. accedēs,
de purg. can.

b Sapient. 3.

c Azo in
sum. C. de in-
fa. Curt. con-
fil. 136.

d c. dudum,
de præsumpt.
l. meritò, pro
socio.

e Gloss. l. fin.
quod met. ca.
Ang. l. scien-
dum. in fi. de
verb. obl.

f Fel. d. c. du-
dum. nu. 14.

est, quamvis enim matrimonium ipsum
quid facti sit, quod præsumi non solet, sic
tamen & adulterium, fornicatio, ac simi-
lia facti esse censeantur, necesseq; est, ut quo-
cunque te veritas, semper factum aliquod
præsumas. Æquius igitur est factum il-
7 lud conijci, quod longiùs à delicto abest,
quinimò & facta ea solent sanè præsumi,
quibus consentanea & probabilis causa
accedit. *a* Sed quid hîc magis verisimile,
quàm parètes legitimam sobolis suæ pro-
pagationem, non iniustam & adulterinam
expetijse? Quòd si adhuc obijcias, in ma-
trimonio præter factum ipsum, id est, cõ-
cubitum, alia requiri, ut legitimum dici
possit, quæ alijs coniunctionibus nõ sunt
necessaria: & propterea matrimonium
non ita facilè, ut cætera, esse præsumen-
dum. Respondeo, immò solo consensu
iustum constare matrimonium, *b* eum-
que quamvis clandestinus fuerit, filios ta-
men legitimos reddere, cùm is solus om-
ninò sufficiat. *c* Vnde cùm in quolibet
concupitu aliquam coeuntium volunta-
tem affuisse necesse sit, siue honestam, siue
inhonestam, cur non credamus in dubio
eam potius vxoriam fuisse quàm for-
nicariam, moderatam quàm libidino-
sam? Sic enim sola voluntas honesta
cum concubitu matrimonium conficit,

a Abb. c. in
præsentia, de
proba. in 7.
Notab.

b c. sufficiat.
27. q. 2.

c supra c. 5.

a argu. l. itē.
§. parui, de
leg. 3.

b Bal. d. con-
fil. 448. Cra-
uer. d. confil.
138.
c cap. 12.

d Bald. conf.
206. in 3. Al-
ciat. reg. 2.
præsumpt. 5.

e Inst. quib.
mo. ius patr.
pot.

sicuti inhonesta fornicationem parit, nec inter hæc cōiunctionum genera, quicquā præter in honestate & dignitate refert. **a** Hęcq; meratio maximè mouet, vt eos damnem, qui nouam adstruentes sententiā, quemlibet naturalem præsumi censuerunt. **b** Namque ad naturales filios suscipiendos, nec solus consensus nec concubitus idoneus est, sed multa alia requiruntur, quæ propè infinita sunt, & suprā à nobis relata, **c** quæ omnia, tantum abest, vt præsumi debeant simul affuisse, vt immò hac de causa hodie perrarò admodum, & ferè nunquam contingat, aliquem propriè naturalem filiū dici. **d** Iam verò nec media ea Doctorum opinio, qui assensum sustinent, nec in dubio quicquā affirmandum censent, hanc sententiam infirmit, cum illud in propòsita eorum facti specie fortassè verū esse possit, cum scilicet quarunt an quis sui iuris, vel sub potestate sit existimandus. Ast inter illam & præsentem quæstionem nostram multum interest, cum non sequatur eum qui legitimus sit, ergo filium familiars esse, cum multa possint accidere, ex quibus, ex iustis nuptijs natus, sui iuris efficiatur, vt morte patris, emancipatione, deportatione, solenni adoptione, noua patritij gradus dignitate, & similibus. **e** Quocircà, cum in
his

his maior cadere possit dubitatio, nil mirum est, si nihil temerè affirmandum putant in tali specie. Verum quæstio hæc nostra ab ea longè diuersa est, vt ex supraddictis satis liquere arbitror. Sed adhuc & illud adiunxerim etiam hoc ipso casu, de quo Doctores disputant, rectè responderi posse, vnumquemq; filium familiars in dubio debere iudicari. Si enim vera est illa, qua omnes vtuntur, regula, quòd scilicet vnusquisq; centum annis viuere præsumatur, **a** certè cum ex matrimonio natus quilibet existimetur, pater autem tamdiū viuere credatur, sequetur etiam, eum qui alium filium familiars esse contēdet, non alio probandi onere grauandum esse, cum Iuris præsumptionibus propositum suum satis defendat, quæ eum ab omni probationis munere liberant, & in aduersarium potius transferunt. **b** Nec leges contrà adductæ quicquam obstant, **c** nam ibi is qui se filium familiars esse negabat, erat in sui iuris quasi possessione, **d** vnde ad id probandum compelli non debuit, **e** nos autem, quando neuter possidebat, disputamus (si tamen is casus cōtingere potest, vt neuter sit in quasi possessione alicuius Iuris) & tunc sententiam hanc satis probabilem esse existimamus.


a l. fi. C. de usufructus, de usufr. leg.

b Bart. l. si illa. r. de verb. obligat. in fi.
c l. Titia. sol. mat. l. si te uxorem. C. de cond. inf.
d Gl. d. l. Titia. Barto. l. is potest, de acqu. her. n. r. s.
e §. commodam. Inst. de Interd.

AN QVIS SE FILIVM
certi patris verè possit
probare.

- 1 Pater cur nemo certus videatur.
- 2 Præsumptiones legum, an vera, proba-
tiones.
- 3 Quando aliquid probatum dicatur.
- 4 Veri filij.
- 5 Facta quomodo probentur.
- 6 Cur filius non vera probatione, sed con-
iecturis potius demonstratur.
- 7 An quis sit casus, ubi quis se filium verè
& certè probet.
- 8 Probatio per indirectum.
- 9 Triplex filiorum probatio.
- 10 Exemplum argutum, quo uxor filium
mariti esse ostendit.

C A P. X X I.



Conclusimus quemlibet in
dubio legitimè natum exi-
stimari, sed id nunc quæri
potest, an quis se ex certo
patre genitum verè queat
probare. Quamuis enim

communis ea sit omnium opinio, ut verè
probationi hoc casu locus non sit, & non
nega-

a l. Lucius,
de cond. & de
monst. Glo. c.
Michael. de
fil. presbyt.
Marf. rub. de
probat. nu. 9.

negarim tamen & contrarias partes non-
nullis sat probabilibus defendi argumen-
tis posse.

Ac quidem qui aiunt, in his certam nõ
dari probationem, ea potissimùm mouē-
tur ratione, quòd nemo de his rebus ocu-
lata, ut aiunt, fide vnquam potest attesta-
ri, cum nec is qui se patrè dicit, verè eum
à se filium genitum possit affirmare. Quis
enim de vxore sua tantum sibi audeat pol-
liceri, ut eam nullos alios interim exper-
tam viros re ipsa valeat asseuerare? Possu-
mus quidem multa conijcere, & sat veri-
similiter nobis persuadere, eam coniugij
fidem nunquã violasse, sed hæc præsum-
ptio est magis quàm certa vlla & liquida
probatio. Sic Ouid.

*Sed tamen aut ex me conceperat, aut e-
go credo,*

Est mihi profecto sæpè quod esse potest.

Et Telemachus apud Hom.

Μήτηρ μὲν τ' ἐμὲ φησι τοῦ ἐμυθῶα
αὐτὴν ἐγώ γ',
Οὐκ οἶδα οὐ γὰρ πατὴρ τις ἰὸν γένοιτο αὐ-
τὸς ἀνέγνω.

*Ex illo natum mater me dicit, at ipse
Nescio, nam certum quis possit scire pa-
rentem?*

Hinc videmus, in Iure quoties de huius-

modi negotijs oritur controuersia, ad præsumptiones quasdam tantum recurri, & quibusdam indicijs ac coniecturis omnem semper causam diffiniri, *a* nec vspiam reperies filiorum natales ratione patris adeò liquidò & apertè probari, vt cæteræ res solent. Dixit quidem Decius, *b* coniecturas has, si legitimæ sint, veræ probationis instar esse, nec minùs quicquam ac iustas probationes in his negotijs prodesse, cum ius eas, vt liquidissima admittat documenta, *c* sed tamen fateatur & ipse, non esse has veras probationes, cum illarum vice fungi dicat. Contra autem multa mihi occurrunt, quæ cæteri non attingunt: Primò quod lib. 4. ad edictum Paulus retulit, *d* matrem semper licet vulgò conceperit, certam esse, patrem verò tunc tantum, cum nuptiæ intercesserint. Sed si certus est hoc casu pater, cur nos eum probari posse negamus, cum immò ea quæ certa sunt, nulla ferè indigeant probatione? Deinde vbi contracto matrimonio filius vicinis scientibus, domi natus est, nequit is amplius à parentibus vt alienus recusari, *e* num igitur sat necessaria hæc est, quo ad patrè probatio, cum eum vt filium agnoscere cogatur? *f* Namq; si tunc res plenè probata dicitur, vbi eam iudici fidem facimus, ³ qua

a c. literis. c. illud, de præsumpt. c. per tuas, de probat. l. filijs. de his qui sui.

b In Rub. de proba. nu. 24.

c l. indicia. C. de rei vendi. l. licet Imper. de leg. 1.

d l. quia semper. de in ius voc.

e l. filium. vbi Bart. de his qui sui.

f l. i. §. si quis de Carb. edi.

qua is in sententiam nostram adducatur, remq; ita se habere diffiniat, *a* quid hinc dicemus, vbi & pater ipse, nedum iudex eum ex se filium non potest non fateri? Accedit & ipsa probationis diffinitio, quæ dicitur rei dubiæ per legitimos modos facta declaratio. *b* Iam ergo cum quis ijs vsus erit argumentis, quæ à legibus passim, in hac materia recipiuntur, *c* verè dum nihil erit, quin is re ipsa se filiū probauerit, ex quo receptos à Iure adhibuit ⁴ modos. Quid plura? An non leges sæpè verum filium appellant? *d* & de veritate quærendum sitne filius? *e* & in ea re veritati locum fore? *f* quæ planè eo vocabulo tam frequenter non vterentur, nisi propriè & verè hoc ipsum doceri posset, vt etiam Decius adnotasse visus est. *g*

Ecce ex his quàm dubia quæstio, quot hincinderationes. Ego tamen veritatem ipsam reiectis subtilitatibus amplector, in eamq; transeo sententiam, quæ & receptior est, & proculdubio verior, vt coniecturis tantum filiorum natales, quo ad patrem, dignoscantur. Mouet me id vnum, quòd facta ita demum verè probari dicuntur, eaq; illorum certa dicitur sciètia, vbi quis de ijs certo aliquo & proprio sensu attestetur, illi rei apto, de qua dubitetur. *h* Sed filiorum procreatio in certum ⁵ homi-

a Bart. l. admonendi, de iureiu. nu. 15.

b Abb. rubr. de probat.

c d. l. filium. l. si vicinis. c. per tuas. c. illud. supra alleg.

d l. i. §. pœna. de lib. agnos.

e l. pe. de his qui sui sunt.

f l. si. de probat.

g in Rubr. de proba. nu. 28.

h l. testium, c. l. c. de testi. & Bart. l. admonendi, nu. 15.

hominis sensum cadere non potest, cum nemo testificari queat talem ab eo genitum aut conceptum fuisse, ut vulgo patet, ergo nec propriè hæc vnquam dicitur probatio. Fateor *a* quidem multa esse legum argumenta in demonstrando aliquo filio, quibus necessariò stare cogimur. *b* Sed hæc multum distant à iusta probatione, lex etenim animaduertens secretissimum esse hoc mulieris cum viro negocium, quod à nemine certo sensu percipi posset nonnullos constituit modos, quibus hærendum esset, vbi de alicuius natalibus esset disceptatio, alioquin incertus semper fuisset filiorum status ambiguaque quo ad patrem quouis tempore soboles. Hæc igitur sunt quædam legum adminicula, ad quæ necessariò confugimus, eo quod res aliter à nobis verè deprehendi nequit. Quin ex hoc constat, propriè hoc ipsum haud probari posse, siquidem probatio à nobis, id est, sensu nostro, sumi solet, hic verò vtimur nos tantum præsidij legum, quæ ita in hac re veluti in subsidiū decreta fuerunt. Propterea nec mirum est, si quandoque legimus, certum patrem, & verum filium in iure appellari, *c* quoniam lex voluit, vt ijs præcedentibus indicij ac coniecturis, ille pater, hic certus filius haberetur, sicuti & multis alijs casibus contingit,

a Responso ad contraria.

b d.l. filium. cum simil.

c d.l. quia semper. & d.l. r. f. pœna, de li. agn.

tingit, vbi rem ita se habere, cogimur confiteri, non quod id verè probatum sit, sed quia ita lex conijcit, superque ea coniectura quid statuit, quæ præsumptio iuris & de iure dicitur. *a* Fortè & id dici posset filios quidem ipsos veros propriè appellari, quamuis eorum probatio ficta, aut coniecturalis tantum extiterit, quemadmodum constitutum fictam traditionem dicimus, ex qua tamè ferè transfertur possessio. *b* Sed vt cunque id sit, satis credo demonstratum, in filijs hanc veram probationem non dari, quod id negocium ab omnium testium sensu longè remotum sit, ex præsumptionibus tamen & indicij quibusdam diffiniri, quæ lex summa ratione introduxit, ne filiorum status semper in incerto esset, proptereaque his plurimum tribuit, non secus ac veræ & iustæ probationi. Occurrit nunc tamen casus in quo certa probatio videtur posse afferri, cuius & meminit Bar. quodam in loco. *c* Si enim intacta puella aliqua in carcerem, arcem, aut simile quempiam munitum locum cum viro coniecta fuerit, circumque positæ custodia & vigiliae, ne cui ad eam aditus pateret, ipsaque dein post anni spatium dum antro illo inclusa est, partum ediderit. Quid hoc loco dubium faciet, quin filius ab eo genitus sit, quem vnicum illa virum nouit, cum quo solo

a Gl. fin. l. siue possid. C. de proba. Alciat. 2. par. præsum. nu. 4

b l. certè. §. 1. de precar. Alex. l. quod meo. de acq. poss.

c Bart. l. r. C. quorum bono.

solo rem habuit? Sed & hinc fortasse aërei quidam Dæmones suspecti esse possent, prout de Danaë, & imbre auro veteres Poëtæ fabulati sunt, fortè & magica quædam præstigia, quorum vi, claufas etiam obseratasq; valuas nonnulli furtim ingressi, cum à nemine conspici possent, nuncq; pueros fascinasse, nunc cum alienis vxoribus congressi esse traduntur, si tamè his fides adhibenda est. Planè & hoc casu non video, quomodo hæc ad eò certa sumatur probatio, si quidem testes de eo tantum fidem facient, neminem intra id tempus eò ingressum esse, ex qua re sequetur id quidem necessariò eum esse filij parètem, qui cum puella moratus est. Sed tamen hæc ipsa probatio non principaliter natalium causam respicit, nihil enim illi de coitu, nihil de conceptione attestantur, sed potiùs quibusdam rebus extrinsecus, & per obliquum id docent. Ita vt & hinc animaduertas, rem ipsam, & quod principaliter agitur, nūquam verè probari posse. Traditum igitur est, ⁹ a filiorum probationem triplicem esse, aliam necessariã, vt quo ad matrem, aliam probabilem, vt quo ad patrem, cum quis domi vicinis scientibus natus est, aliam coniecturalè, quæ ex alijs atque alijs elicitur præsumptionibus, quas modò persequemur. Sed

antè

⁹ a Bald. l. r. qui. accusa. non poss. nu. 52.

¹⁰

antè libet referre exemplum quoddam non illepidū, callidæ mulieris, quæ cum ex adultero filium concepisset, sic tamen maritū verbis elusit, vt ipsemet confessus fuerit, filium suum esse. Huic cum vxoris pudicitia valdè esset suspecta, natusq; ex ea domi esset infans, elegati satis facie, anxius ob hanc rem, multumq; animo quotidiè sollicitus, libenter, inquit, dimidia omnium bonorum meorum parte cederem, si mihi ita certò constare posset, filium hunc meum esse, vt tibi constat esse tuum. Adhæc nihil perterrita mulier, facile, ait, ego te huius voti tui compotem reddam, si mihi vel munusculū aliquod offeras, nedum rerum tuarum partem dimidiam. Cumq; maritus, quomodo hoc vnquam efficies? respōdisset. Tum vxor, conuocatis amicis, & certa sponfione interposita, natum vlnis extulit, & éstne, inquit, hic verè meus? Cumq; vir annuisset, illa brachijs portentis ei puerum porrexit, & accipe, ait, dono eum tibi. Iam absque dubio tuus est, non alienus. Risu astātium oborto, vxoris astu, vir omnium sententijs condemnatus est.

QVIBVS EX CONIECTVRIS, quis filius alicuius præsumatur.

I Qua-

- 1 Quatuor coniecturae principales ad probandum aliquem esse filium.
- 2 Practica in probanda filiatione.
- 3 Natus domi ex viro & uxore, filius praesumitur.
- 4 Educatuſ tractatuſq; ut filius, eſt in poſſeſſione filiationis.
- 5 Petens hereditatem ut filius, quid probare debeat.
- 6 Quando in peritorijs ſola poſſeſſio nõ ſufficiat.
- 7 Ex tractatione paterna acquiritur filio ius proprietatis & poſſeſſionis.
- 8 An ſufficiat, unicus actus.
- 9 Quasi poſſeſſio filiorum, tam mortuo, quam vivente patre acquiritur.

C A P. X X I I.



^a Guil. Ben. c. Raynutius. 3. par. ver. quæ filium. Paril. conf. 10. 13. in 2. Ruin. conf. 52. 53. in 5. Godad. conf. 12. 13. & alij in-
f.

V M ergo filij non certis attestationibus, ſed præſumptionibus tantũ probari ſoleant, tractandũ nobis nunc eſt, quænam illæ ſint, vnde hoc poſſimus colligere, & filiorum cauſam adiuuare. Quæ res latè ſanè patet. ^a Sed ſciendum eſt, quatuor præcipuè in Iure tradi coniecturas, quarum alijs vtimur ad ius ipſum proprietatis

tatis filiorum demonſtrandum, alijs ad id tãtũ, vt eos in quaſi poſſeſſione filiorũ eſſe probemus. ^a Prima eſt, vt quis ex viro & uxore ſimul habitãtib; dominatus dicatur, quæ quidem directo proprietatem reſpicit. ^b Aliæ tres magis ad quaſi poſſeſſionem videntur pertinere, quamuis & cum ijs quandoq; ius proprietatis ſit coniunctum, vt infra declarabimus. Suntq; hæ: Videlicet, vt filium ab ijs quos parentes aſſerimus, filiorum more educatum tractatũq; oſtendamus. ^c Inde ita etiam ab ijs ſæpiũs filium nominatum. ^d Vltimò, vt talem in vicinia ab alijs quoq; habitũ fuiſſe probemus. ^e Quæ omnia, ſi ſimul concurrerint, dubium non eſt, factis quem filium declaratum eſſe. ^f Vnde & cautè periti aduocati ſolent, duobus hæc omnia formulis complecti, vt eodem tempore nedum proprietatis, ſed & quaſi poſſeſſionis ius filio acquirant, vt egregiè Bartolus tradidit. ^g Aſt quotiens nõ hæc ſimul coniuncta ſunt, tunc quæri poteſt, an vlla ex his indicia ſaltem coniecturam aliquam præbeant, vnde quis filius præſumi poſſit.

Dicemus igitur primò, an vnaquæque ex his præſumptionibus apta ſit alicui ius filiorũ tribuere. Dein differemus, quotiès plures inter ſe huiusmodi aduerſantur coniecturæ,

^a Doct. c. per tuas. de proba. Abb. Butt. c. Michael, de fil. preſb. Alexã. conſil. 51. in 1. ^b l. filium, de his qui ſui. ^c Bart. l. non epiſtolis. C. de prob. ^d l. 1. §. ad quæſtionem, de quaſtio. ^e Gl. d. c. Michael. ^f l. ſi vicinis. C. de nupt. c. illud, de præſumpt. ^g Bar. Bal. d. l. filium. Dec. conſil. 54. Socin. Iunior conſil. 86. col. pen. in 2. ^h Barto. l. nõ nudis. C. de probat. & l. r. C. quor. bon.

iectione, quænam potiores sint, & alijs præferendæ. Principio constat, si nullum aliud omnino de alicuius conditione existat indicium, ex eo tantum, quod quis ex viro & vxore domi natus sit, rectè etiam filium illum probari, eoq; tantum argumento illum tutum esse. *a* Est enim hæc coniectura adeò potens, vt licet interim mulier cum alijs consuetudinem haberit, præsumatur tamen potius mariti filius quàm adulteri, *b* quod nedum in iustis filijs, sed & in naturalibus tantum liberis, quos quis ex concubina suscepit, traditum est, *c* atque ob hanc rationem, si quis cum alia quoque muliere versaretur, quamuis non in schemate concubine, eam tamen domi proprijs sumptibus aleret & custodiret, is qui ab ea genitus esset, huius potius viri quàm alterius filiū censendum Doctores voluerunt. *d* Quod si nihil de natalibus cõstet, id verò tantummodò pateat, quem vt filium ab aliquo educatum tractatumq; esse, sufficit & hoc ipsum ad filium, in quasi possessione constituendum, *e* ex qua probandi onus in aduersarium trãferretur, si quis eum filium neget, vt communi omnium opinione receptum est. *f* Existimauit autem Baldus hoc eo tantum casu admittendum esse, quotiens de hac re obiter quodammodo

a d.l. filium.

b l. miles. §. defuncto, de adult. Dec. cõfil. 657.
c Glos. c. Michael, de fil. presbyt.

d Anch. conf. 225. dicemus infra cap. 28.

e l. r. §. ad quæstionem, de quæstio. f Abb. Felin. Dec. cap. per tuas, de prob. Barr. l. r. C. quor. bon. Alex. cõf. 88. in 7.

modo, non principaliter ageretur. *a* Si quis enim alicuius hæreditatem ea tantum ratione sibi decerni postularet, quod ab eo vt filius esset tractatus, nihil ageret, cum ex tractatione quidem in quasi possessione constitueretur, at verò in petitorijs non possessionem tantum probare sufficiat, sed etiam titulum & dominium, *b* quam quidem Baldi opinionem Salicetus, Alber. Ias. & plerique alij secuti sunt. *c* Sed contra plures maximæ autoritatis viri, & rectissimè, vt arbitror, sensere, qui generaliter id prodidere, si quis se vt filium tractatū doceat, sat illum, nisi contrarium probetur, se filium & docuisse, & vt filium admittendum, licet hæreditatē petat. *d* Ad rationem verò Baldi respondebant aliqui, *e* quod vbi possessionis quæstio & proprietatis simul est, iudex ex officio potest cui sibi videtur onus probandi iniungere, *f* Cum verò hoc casu cognouerit, me quasi possessionem iam probasse ex educatione parentum, tunc eius partes futuras, vt in aduersarium contrariam probationem reijciat proprietatis, quam si aduersarius non docuerit, tunc me possessorem ex ea sola quasi possessione iudicio superiorem futurum, *g* & ita hoc solum mihi remedium profuturum, ad obtinendam & possessionis & proprietatis

a Bald. conf. 380. in 1.

b l. sicuti. §. sed si, si serui. vin. Doct. l. cum res. C. de proba. Bart. l. quidam in suo, de cond. inst. c Sal. Alb. l. non ignorat. C. qui acc. nõ poss. Ias. l. neque. C. de restam. Alc. reg. 3. præsum. 38. d Bar. l. r. §. r. de quæst. & l. non nudis. C. de prob. Alex. conf. 51. in 1. Ang. 87. in fin. Dec. 54. nu. 3. vbi hæc communem ait. Paris. cõf. 10. nu. 110. in 2.
c Alex. d. cõf. 51. num. 7
f l. cum de ætate, de prob. g l. si filius, de probat.

ratis etiam causam. Quam quidem sententiam ego & duplici ratione confirmo.

6 Primò, quia regula est, vbi quis est in possessione Iuris, quod circa personas versatur, ex eo & omni probandi onere leuatum esse, *a* licet secus sit in Iuribus realibus, in quibus sola possessio non sufficit. *b*

a l. circa, vbi Bart. Bald. de probat.

b l. sicuti. §. sed si, si serui. vind. & ita procedat arg. Baldi, supra.

Sed cum nos hic agamus de quasi possessione Iuris personalis, merito dicendum erit, hac sola quasi possessione probata, cætera non amplius esse necessaria.

Secundò animaduerto, tunc hanc, solam possessionem in petitorijs non prodesse, prout dicebat Baldus, *c* ubicunque scilicet rei ipsius, de qua quæritur, origo & primæus status possessioni nostræ prorsus est contrarius, potiusque cum aduersarij iure consentit. tunc enim cum rei illius naturalis qualitas possessioni directò repugnet nostræ, si volumus ex tali possessione causam nostram subleuare, afferenda in primis nobis est ratio illius possessionis, vt ostendamus, quare res illa sua pristina conditione relicta, ita à nobis cæpta sit possideri, ad aliūque se cursum deflexerit, vt rectè Bartolus & cæteri declarant. *d* Sed cum hæc nostra quasi possessio Iuris filiorum, eiusmodi non sit, nec necessariò contrariam partem aduersus nos tueatur; præsertim cum

c supra. in argum. contr.

d Bart. l. si prius, de ope. nou. nunc. nu. me. 18. Iaf. nu. 44.

cum in dubio quilibet de legitimo natus matrimonio existimetur, *a* propterea & ex sola hac quasi possessione vnumquemque filium probari dico, quod & Accursius censuit, & Albericus optima ratione

a diximus supra ca. 20.

7 confirmavit. *b* Accedit his quòd cum primò obsequia hæc parentum erga filios probata sunt, nedum de quasi possessione, sed & de proprietate constare dicitur, ex quo non nisi coniecturis res doceri potest, vt Cornæus ait, *c* qui idem refert contrarias partes à Fulgoscio fuisse tractatas, quas is quandoque imprudenter secutus erat, in hacque & ipsum sententia demum constituisse. Ideòque eam contra Baldum, & veriore & receptiore esse præter Cornæum & Alexan. qui in eodem facto interrogati, ita responderunt, *d* & Decius etiam alijs rationibus attestatus est, *e* qui & illud adiunxit, *f* sat esse tractatum hunc ex vnico tantum actu deprehendisse, vbi & nominatio concurrat, licet alij ad hoc continuum decennij spacium, vt in mariti cohabitatione alias diximus, soleant exposcere. *g* Crederemque ego hanc quasi possessionem, non solum viuente, sed & mortuo patre acquiri posse, vbi quis ab alijs, vt defuncti filius tractatus esset, aduersus enim eos videtur se filius rectè tueri posse, cum in quasi possessione

b Glo. Alb. l. non ignorat. C. qui accus. non pos.

c conf. l. in 3. col. 12. 13.

d Corn. d. cõ sil. Alex. 38. in 7. num. 7.

e Dec. cõf. 34. f. c. per tuas, de prob. nu. 9 in fi. arg. c. cõ sult. de Iur. patrona.

g Abb. ca. illud, de ptæsumpt.

a conf. 25.
col. fi. in 4.

b sic & Ang.
in l. liberorū.
in princ. de
infam. allega-
tus ab Alex.
suprà d. conf
25.

ne ex illorum erga se gestis fuerit consti-
tutus, quod etsi Alexander negasse prima
facie videtur, a si quis tamen subtilius
eam facti speciem intueatur, animaduer-
tet non contrarium, sed diuersum potius
illius responsum esse. b Et hæc quoad
natales & paterna in filios officia.

AN EX SOLA PAREN-
tum nominatione, aut vicinæ
fama quis filius cen-
seatur.

- 1 Simplex nominatio filij, non probat quæ
esse filium, & quare.
- 2 Quibus tamen casibus sufficiat.
- 3 Fama est loco semiplene probationis.
- 4 Fama transfert onus probandi in aduer-
sarium.
- 5 Quando fama plenè probet.
- 6 Quis modus seruandus in probando ali-
quem esse filium.

C A P. XXIII.



Equitur tertia coniectura,
quæ ex parentum oritur no-
minatione, quando ij ali-
quem vt filiū appellassent.
Quæ tamen sola per se satis
fanè

fanè debilis est, nec ideò aliquem vt filiū
verè probat, a cùm similia verba blan-
diendi potius animo etiam erga alienos
sæpè proferri soleant, b ex quibus non
ideò necessarium sumi debet argumen-
tum. c Immò si sola nominatio adest, iam
necesse est cætera repugnare. Nam qui fi-
lium non alit, nec patrociniò suo tuetur,
satis ex eo contrarium paternæ pietati a-
ctum videtur facere, ex quo filium nõ e-
ducat, nec ea in illum confert, quæ pater
debet. Certum verò est, cùm nominatio-
ni repugnant facta, paterniq; affectus nu-
dam illam filij appellationem sæ debilem
infirmamq; esse. d Quòd si hæc nomina-
tio non ocioso concepta esset tempore,
sed in ea negotij specie, quæ verisimiliter
non ad alium, quàm ad filium pertinere
debit, rectè fanè tunc filius quis proba-
ri posset. e Vt si in iudicio id parens fue-
rit confessus, f aut etiam extra iudicium
coram eo dedita opera, non perfunctoriè
idenunciauerit. g Sicut in illo traditum
est, qui natalem filij sui diem in Calenda-
rio descripserat. h Cuius rei ea est ratio,
quòd semper cum huiusmodi nomina-
tione adest & aliud quiddam, ex quo pa-
ternam in filios elicimus charitatem, si-
quidem is illum ita in eo negotio appel-
lando, simul etiam verè, & re ipsa se pa-

a l. neque. C.
de testam. l.
nõ epistolis.
l. non nudis.
C. de prob.
b l. negro. §.
i. de hæ. inst.
l. Caius, de
iur. patro.
c d. l. neq; &
l. epistola, de
pat.

d l. si institu-
ta. §. i. de in-
off. testam.

e Bart. l. r. §.
idem de lib.
agn. Gozad.
conf. 12. col. 2.
f Abb. ca. per
tuas, de prob.
nu. 8. Bal. con-
fil. 182. in 2. a-
lias confi. 16.
g Bart. d. §.
idem. Abb.
Dec. d. c. per
tuas.

h Glof. §. fin.
Inst. de ingē.
Bal. l. neque.
C. de prob.

trem ostēdit, ideoq; dicimus tunc ex sola nominatione quem filium probatum. ^a Quod si fortuito filium quis vel præsentem vocauerit, tunc ex eo nihil verè probatum cum communi sentētia existimo, cum verba enunciatiua propter præsentiam partis id tantum roboris assumant, ut negotium illud adiuuent, in quo solum prolata fuerunt, ^b in cæteris nullius sunt momenti, atque ita contra Aretinum cum Decio, & alijs sentio. ^c Adde-rem ego tamen, si hæc nominatio, quamuis ociosa, à patre sæpius repetita fuisse probaretur, atque is ita solitus esset filium suum nuncupare, tunc multum sanè huic appellationi deferendum, hocque casu communem opinionem fortè limitandum. ^d Ultima superest viciniaz fama, qua plurimum etiam in his negotijs vti solemus, ^e vnde & inter Doctores dubitatum est, an sola per se ad filium aliquem probandum absque alijs sufficeret coniecturis. Salycetus quidem primus, in ea videtur fuisse sententia, ut ipsa per se nullis alijs suffulta adminiculis parum prodesset, quod & Alexan. quandoque opinatus est. ^f Panormitanus etiam hanc ideò contra Butrium opinionem defendit, ^g quod nimis ei durum videbatur, ut ex sola fama secundum aliquem iudi-

^a Dec. d. cap. per tuas, nu. 9

^b l. optimā, C. de contr. & com. stip. Alexan. conf. 136. num. 12. in r. ^c Dec. d. cap. per tuas, nu. 12.

^d Cast. l. non epistolis. C. de prob. Bar. l. cum scim. C. de agr. & cens. lib. 11. ^e l. si vicinis. C. de nupt. c. illud. de præsumpt.

^f Alexan. cōfil. 25. in 4.

^g Abb. c. trāmiss. qui fil. leg.

iudicaretur, quæ aliàs vix semiplenæ probationis instar esse solet, ^a cum hæc quæ publicè per hominum ora circumferuntur, ut certo plerunque carent authore & fundamento, ita quàm sæpissimè vana & inania sint, ^b secumq; in eam sententiam quàm plures alios perduxit. ^c Contra quos tamen crebrior & verior stat opinio, Nam & Butrigarius solam famam ex eo sufficere existimauit, quod plurimum communi hominum opinioni soleat lex tribuere, ^d quod idem & Butrius putauit. ^e Quin & sibi contrarius Alexander, ter secundum hanc sententiam respondere non dubitauit, ^f quam & duobus consilijs Decius etiā tutatus est, ^g quos quidem ea adductos opinor ratione, quod cum fama circa res vel veras, aut veritati proximas versetur, ^h consentaneum maxime visum est, eam in his rebus plurimum valere debere, in quibus cum veritatis difficilis sit probatio, quid verisimile sit, lex ut plurimum inspiciat, in dubiisque viciniaz famam, cæteris præponat coniecturis. ⁱ Rectè enim illud se habet, Vox populi, vox Dei. Hinc scripsit Bartolus, ^k si quis in alicuius conditionis quasi possessione per famam esset constitutus, ab onere probandi eum iam liberatum esse. / Ex quo colligitur famam

^a Abb. ca. veniens. i. de test.

^b l. decurionum. C. de poenis.

^c Aret. Felin. Dec. d. ca. per tuas. l. neque. C. de testam.

^d l. cum de la nionis §. affinam, de fun. instr.

^e Butr. c. trāmiss. qui fil. leg.

^f Alex. conf. 51. in 1. & 90. in 6. & 88. in 7.

^g Dec. conf. 54. 272.

^h Bal. l. filiū, de his qui sui. col. 2.

ⁱ c. illud, de præsumpt.

^k in l. de minore §. si plurimum, de quest.

^l l. si mater. C. de stat. defunct.

mam nedum ad possessionem, sed ad proprietatem probandam posse conferre. Quod si nos in dubijs sentētis à communi opinione non recedimus, *a* cur non & hic publica fama filium adiuuet, quam vnam leges semper intuentur, & à qua in hac materia omnia ferè solent pendere. *b* Vbi enim aliunde sumi non potest probatio, & plenam fidem fama facit, *c* nec vana vox dicitur, cum tota res coniecturis & indicijs nitatur. *d* Quin communi opinione probata, quo ad alicuius statum & conditionem, eo ipso dicitur veritas patefacta, *e* quod propriè in hac quaestione & Felinus docuit. *f* Ex quibus omnib. ut aliquid ad Forèsia negotia accommodatū possimus elicere, sciendū est docuisse Bartolum *g* aduocatos, ut cum de huiusmodi rebus oritur quaestio, illa duo inprimis proponant, proprietatem videlicet, inde eius rei quasi possessionem. Sed quidam in hac re commodiorè regulam sunt secuti. *h* Primò, ut dicamus eum, de quo agitur, natum fuisse ex viro & vxore domi vicinis scientibus. Secundò, eum à parentibus ut filium dilectum, nominatum. Tertio, ut illius filium publicè ab omnibus fuisse habitum. Hæc tamen omnia ita coniunctim probare necesse quis non habebit, *i* sed satis fuerit, eorum aliquod iudici

a Fel. c. r. de confi. nu. 101

b d. l. si vicini. & d. l. filium.

c Dec. c. r. de appel. nu. 11. Iaf. l. cum ea. C. de transac. d. Arg. l. non omnes. §. à barbaris, de remilit. Alexan. s. d. cōf. e Bald. l. s. C. de test. in princ.

f Felin. c. veniens. r. de testib. nam. r. *g* in l. r. C. quorum bon. *h* Alex. conf. 51. in r. Abb. c. transmissa, in fin. qui fil. leg.

i Alex. d. con. fil. 51. num. 7. Dec. confi. 54. in fi. Paril. cō. fil. 10. nu. 72. in 2.

iudici constare, secundū supradicta. Quæ intelligenda sunt, cum his se coniecturis quis filium voluerit probare, nullis alijs contra aduersantibus.

QVÆ POTIORES SINT coniecturæ, vbi quaestio est, an quis sit filius.

- 1 *Ex vxore natus, cum qua & alij rem haberent, mariti filius presumitur.*
- 2 *Natus domi ex vxore non potest ut filius abnegari.*
- 3 *Nisi certis casibus.*
- 4 *Antestimonium matris, & fama vicinia noceat, si domi natus sit.*
- 5 *Presumptio pro matrimonio, cum filius ex vxore natus est, alijs praeualet coniecturis.*
- 6 *Fœminarum varia conditio in concipiendis filijs.*
- 7 *In dubio pro matrimonio iudicandum.*

CAP. XXIII.



Vgnantibus verò inter se pluribus coniecturis, maior tunc dubitationi locus esse potest. Finge etenim quem ex vxore domi natū esse,

esse, hunc negant agnati filium ea ratione, quod vxor quandoque & cum alijs rem habere cōsueuerit, nos ne idcirco cōtra filium iudicabimus? Diximus suprā, mariti filium potius existimandum, *a* seu fauore matrimonij, seu quod in dubio, quod honestius est, conijci debet, *b* & vt dicebat Baldus, semper præsumendū potius possibile honestum, quàm possibile inhonestum. *c* Quod adeo verum est, vt & licet mulier, non in mariti ædibus, sed apud aliam, cum quo immisceri solebat, puerum peperisset, si tamen eo in loco nō inuito viro habitasset, maritoq; ad eam liber quocunque tempore aditus pateret, tunc etiam iustus ille filius intelligatur. *d* Affirmandumq; idem fuerit, quamuis mater eum ex se deinde genitum negaret, *e* cuius rei celebre illud est exemplum, quod olim maximo regi cōtiguit, qui cum vt patris filius in paternum regnum successisset, eum deinde mater propè moriēs, non Regis, sed militis cuiusdam filiū professā fuit, huiusmodi enim matris testimonium nihil ei nocere, responsum est, nec illum ideo regno eo fuisse eijciendum. *f* ² Quin & si parentes ambo, eum vt alienū repellerent, adhuc non debet filius, qui domi natus est, ob contrariam eorum assertionem, vllam status sui controuersiam pati.

¹ *a* l. miles, §. defuncto, de adult.

b Abb. ca. intelleximus, de adult.

e Bald. l. filium, de his qui sui.

d Barb. conf. 58. in 2. Dec. conf. 657.

e l. pen. de probar.

f Bart. d. l. filium, de his qui

pati, *a* Cū enim tradita nobis sit regula, quomodo filius quis dijudicetur, quæ quidē eo solo nititur, quod ex vxore quis natus sit, *b* merito à regula hac nunquam erit recedendum, nisi exceptio verè, & necessariò probetur, *c* cū satis non sit, eam aliquibus coniecturis elidi tantum: aut obumbrari. *d* Ideoq; cū ex marito filius suscipi rectè potuerit, tametsi alijs quoq; vxor se viris iunxerit, & omnia etiā concurrant ea, quæ in contrarium suprā adducta sunt, iam constat nec verè, nec necessariò exceptionem probatam esse, idcircoq; regulæ prædictæ standum, quæ cū clarā rem reddat, *e* in apertis non erit coniecturis locus, *f* præsertim cū hæc filiorum probatio, quæ ex natalibus elicitur, legis sit testimonium, *g* à quo Iudex recedere non debet. *h* Hinc sequitur, quod si quid contra natalium causam afferatur, quod necessariò aliter rem se habere demonstrat, tunc cū legis præsumptio ad impossibilia non deducatur, *i* & exceptio à regula suprā dicta verè probetur, iam relicta priori coniectura, ad hanc contrariam erit diuertendum. Quid enim si maritus per biennium absens, domum reuersus, anniculū repererit? Quid si septuagenarius extiterit, aut aliàs coëunti vires defecerint? *k* Quid si infirmitate

a Abb. c. per tuas, de prob. nu. 4. & cap. transmissi. qui fil. leg. nu. 4. *b* d. l. filium, in princ.

c Bar. l. quotiens, si quis cau. Dec. l. r. de reg. iur. *d* Dec. ca. in præsentia, de proba. num. 15. 16.

e Dec. confi. s. in princ.

f l. continu. §. cum ita, de verb. oblig.

g Bal. d. l. filium, nu. 11.

h Bald. l. r. C. qui accus. nu. 52.

i c. quia verisimile, de præsumpt.

k Soz. Iun. cōfil. 86. nu. 45. in 2.

firmitate impeditus uxorem cognoscere non potuerit? num meritò filium interea domi natum ex uxore, vti alienum & translaticium debet expellere? *a* Indubitatum hoc quidem est, cum huiusmodi rationibus vrgentibus facile adulterinus partus deprehendatur. *b* Illud ambiguum magis videtur, cum filius domi quidem natus est, ex adulterio tamè eum genitum mater affirmat, cumq; eius assertionem, & vicinia, & hominum fama consentit, censent enim Doctores, contra filii præsumptiones has recipiendas, *c* cum lex matris testimonio plurimum tribuat, *d* nec probabile sit, illam tam infamem adulterij notam, contra veritatem ipsam, spontè fuisse subituram, publica præsertim fama accedente. *e* Idem & eo casu tradiderunt, cum mulier diu sterilis tandem à marito diuertisset, aliquòtque post diebus reuersa, filium domi peperisset, nec enim hunc, nisi à patre vt filius agnoscat, necessariò viri filium habendum aiunt, *f* & generaliter, quotiens contra filium, matris assertio, cum contrarijs obsequijs, aut appellatione, vel communi opinione coniuncta est, tunc solam matrimonij præsumptionem in fauorem filiorum infirmari contendunt. *g* Sed ego, cum suprà docuerim, esse nobis in his

a d.l. filium.

b c. causa. 1. qui fil. legit. vbi Abb. 1. Not.

c Alex. conf. 88. in 7. Cañ. conf. 175. col. fin. Bald. d. l. filium.

d Host. c. officij, de pœn. & rem.

e Ancharan. consil. 225.

f Abb. Felin. d. c. per tuas.

g Corn. cõf. 1. in 3. litera z. Alex. d. cõf. 88. Alc. reg. 3. præsum. 57. nu. 9. 10. Goza. cõf. 12. nu. 22. 25.

his quæstionibus ab Vlpiano regulam constitutam, *a* ab ea temerè non puto discedendum. Ideò nec his casibus, contra filij natales, & matrimonium quicquam ausim iudicare, *b* cum ea, quæ contra obijciuntur, rem ita esse necessariò non probent, parentumq; testimonium prodesse tantum, non filijs obesse possit, *c* atque hæc matrimonij præsumptio & nataliū, nedum famam, sed & omnes ferè alias superet coniecturas. *d* Quo fit, vt si vxor sterilis, quæ diuertèrat, nunc reuersa filium ediderit, hic non ideò adulterinus sit suspicandus, cum scribat Plinius, *e* mulieres aliquas semel tantum parere, alia post certum tantum tempus, vt post iuuetam, alias secundum varios celi & Syderū motus, nunc fœcundas, nunc prorsus steriles reddi, ita vt coniectura hæc necessaria sit, ob quam regulam eam missam faciamus. Mouetq; me maximè exemplum id, super quo clarissimi duo Iuriscõsulti responderunt, *f* vbi cum filius in domo adulterinatus esset, educatus, nominatus, legitimatus, institutus, atque ita & matris maritus, mater, filius, adulter, & vulgò omnes, eum vt adulterinum prædicarèt, adhuc tamen ob solam matrimonij præsumptionem, valdè in ea re extricanda laborant, & tandem, quoniam maritus

a d.l. filium.

b Paris. conf. 11. 12. nu. 234. in 2.

c l. 1. §. si q; cum Gloss. ad Carbon.

d Abb. cap. 1. an. m. 12. qui fil. leg.

e lib. 7. cap. 13.

f Alex. conf. 88. in 7. & Corn. conf. 1. in 3.

eo tem-

a Corn. d. cō
fil. litera a. 2.

eo tempore aberat, quo filius conceptus est, contra matrimonium responderunt, a tanquam cætera omnia contra hoc verum satis essent infirma. Atque hoc argumento infinitæ propè quæstiones decidi possunt, vti, cum vxor per duos menses procul à marito cum adultero morata est, inde post septimum mensem domum reuerfa, parit, licet enim frequentius id fit, vt foeminæ nouem mensibus vterum ferant, iustus tamen & ille partus est, qui se-

b l. septimo,
de stat. hom.
c Abb. c. offi
cij, de pœn. &
remi. d. l. mi-
les. §. defun-
cto.

d Doct. l. Gal-
lus, in princi.
Guil. Bene. c.
Raynutius, in
3. par. ver. quæ
filium. nu. 16.
& seq.
e cap. fin. de
re iudic.

primo mense editur. b Vnde quàm diu ex marito concipi potuit, nunquam ex adultero procreatum dicemus. c Nisi forte malit quis peritorum consilium adhibere, eorumq; iudicio acquiescere. d Sed ego, vt dixi, in dubio semper secundum regulam, id est, pro matrimonio pronuntiare. e

QVID, SI QVIS NVNC FLIUS, NUNC ALIENUS HABITUS FUERIT. Et quando plura inuicem repugnant.

- 1 Natus ex matrim. adeptus est ius proprietatis, & possessionis filiorum,
- 2 Fama an tollat, alias præsumptiones in fauorem filiorum.
- 3 Quando ultima derogent priaribus.

4 Ius

- 4 Ius alicui mea causa quaesitum, eo inuito non possum reuocare.
- 5 Posterior tractatio potest filijs prodesse, non nocere ijs inuitis. num. 6.
- 7 Testimonium patris vincit famam viciniæ.
- 8 Tractatio paterna præualet soli nominationi.
- 9 In probanda filiatione, duo testes sufficiunt.

C A P. X X V.



V I D verò si domi natus quis sit, & à parentib. etiã filij loco habitus, postmodum ab ijsdem vti alienus reijciatur, fama; illum omninò illegitimum attestetur, àne contra filium posteriores has præsumptiones recipiemus? Affirmant hoc aliqui, cum vltima derogent præcedentibus, a & quem aliquando parentes filiū negarunt, si deinde vt ex se natum agnoscant, hoc quod nouissimo loco actū est, attendi soleat, b quemadmodum & cum varius rumor de alicuius ingenuitate vagatus est, semper enim posteriorem famam sequimur, c quod præter Cornæū d doctis, etiam Gozadinus opinatus est. e

a l. pacta nouissima. C. de pact.
b Felin. c. per tuas, de prob. nu. 14. ver. amplia fec.
c l. si mater. C. ne de sta. defunct.
d cōf. 1. vol. 3.
e cont. 13. nu. 40.

Ego

1 Ego tamen contrà sentio, namq; is qui ex matrimonio natus præsumitur, si etiã filij loco quandoq; habitus fuit, dicitur nedum proprietatis ius, quod ex natalibus oritur, sed & quasi possessionem ex ea readeptus, *a* meritò cum vtrunq; penes ipsum sit, inuitus inde eiici non poterit. *b* Cedit enim semper fama natalibus, *c* & prior parentum obseruatio, quæ stat à matrimonio, & delictum excludit, alijs contrarijs gestis præferenda est, negligimus etenim hîc famam contrariam natalibus, non quia plerunq; & possessionem perturbare, atq; etiam proprietatem probare, apta non sit, *d* sed quoniam, cum ea in dubio rebus veris conuenire censetur, hîc cum de proprietate cõstet, *e* iam illi locus ampliùs esse non potest, contra veritatem Iuris testimonio probatam. *f* Cùm igitur ius proprietatis quæsitum filijs ex matrimonio non possit inuertere, minùs certè & possessionem valebit adimere, cum nec contraria parentum assertio, filios inde valeat deicere, *g* nuncq; cum & proprietati coniuncta sit, facilè se ipsam ab aliena iniuria & apprehensione possit tueri. Nam quòd dicitur, vltima prioribus derogare, verum id est, cum ea omnia nouissimè concurrunt, quæ initio rei gerendæ affuerunt, *h* tunc enim secundum

a Dec. d. c. per tuas. nu. 4.

b Bar. l. filiũ. de his qui sui sunt.

c Abb. c. trãmissæ, in fin. Qui fil. legit.

d Corn. d. cõfil. r. litera b.

e d. l. filium. *f* Bal. d. l. nume. ii.

g l. r. s. i. cum Glad Carbõ.

h d. l. pacta nouissima.

4 cundum naturam est, quo quid vinculo inductum eodem etiã dissolui. *a* Verùm cum non ita omnia conueniunt, tunc præualet proculdubiò, quòd priore loco factum est, idq; quod subsequutum fuit, quãuis aduersus præcedentia videatur, quia tamen non iisdem adminiculis munitum apparet, reijci solet. Veluti si tibi aliquod ius mei vnus opera esset acquisitum, vellemq; id deinde contrario actu reuocare, non enim id mihi ampliùs te inuito licebit, *b* eò quòd oportuit tuum quoque nunc, sicuti initio, consensum interfuisse, *c* alioquin quòd contrà ego te nolente egerim, irritum totum est, quamuis nouissimo loco factum. In proposta igitur quæstione licebit quidem parètibus, eum quem vt alienum semper respuerunt, vt verum deinde filium agnoscere, eo volente, non tamen è contrario, qui filius aliquando habitus fuit, potest inuitus ex illa possessione detrudi, *d* atque ita verè Felinus loquitur, *e* quòd nec Cornæus etiam negasse videtur, qui in exemplo à se tradito nunquam illum vt iustum filium obseruatum fuisse præsupponit. Quinetiã & Gozadinus ea potest ratione defendi, quòd de commodo filij agebatur, vt posterior tractatus præualeret, qui casus longè à nostro diuersus est, cum nos quæramus, an

a l. nihil tam naturale, de reg. iur.

b l. si. de pact. l. cum à focero. C. de iur. dot.

c l. ab emptione, de pact.

d Guil. Ben. c. Raynutius. ver. quæ filiũ. num. 15. in 3. par. *e* in d. ca. per tuas. nu. 14.

mus, an in eius odiū, id inspiciendum sit, quod ultimo loco actum est, tunc enim omninò affirmamus, si domi ex vxore sit natus, atque illi se vt filio, parentes aliquo tempore præbuerint, non posse amplius illum inuitum, vel mille inde coniecturis aduersantibus ex illo statu deturbari, quam & Alexandri fuisse sententiam proculdubio contenderem. ⁶ *a* Planè si filius ipse postquam primò sub alicuius vt patris vixit patrocínio, inde ab eo eiectus, in alterius se domum & curam contulerit, aliumq; loco patris habere cœperit, cum ipsemet sibi ius suum imminui patitur, incipiatq; nouam sibi in alio solo possessionis causam quærere, non amplius audiendus videtur, si iniquum erga se prioris parentis iudicium velit accusare, cum ipse vltimis his obsequijs spontè consentiendo, anteriora omnia gesta prorsus videatur improbasse. *b* Fingamus nunc parentum testimonium cum vicinæ opinionione pugnare, quid erit respondendum? Solet potior multò semper esse parentum assertio, quàm quæcunq; vel publica fama, hæc enim naturalem illam erga filios dilectionem, nobis semper ob oculos proponit, illa quandoque vnus vel improbioris hominis voce excitata, inde per multorum ora latius fusa, adhuc

⁶ *a* in d. conf. ss. vol. 7.

⁶ *b* Fel. d. c. per tuas. num. 14. ver. sed istud. & Ruin. conf. 52. in 5. nu. 9.

adhuc sæpè errore & mendacio non caret.

a Vnde dicitur:

Tam ficti prauiq; tenax, quàm nūcia veri.

Quòd si aliquem vt filium quis enutriat, atq; in eum paterni omne genus officij cōferat, alius illum filium appellet tantum, atq; ex se genitum prædicet, dubitandum planè non puto, quin educatio isthæc vt verè erga liberos pietati magis cōsentanea nudæ filij appellationi non sit præponenda, *b* quemadmodum de eo dicitur, qui se vt patrem omnibus in rebus gerebat, filium tamen illum à se susceptum negabat, res enim & facta, verbis ac cuiunque nominationi sunt præferenda. *c* Eliditur tamè & hæc ipsa præsumptio quoties cum validiori cōcurrit, veluti quòd quis domi natus sit, idem tamen ab alio educatus, cum enim natalium causa proprietatem respiciat, educatio verò aut nominatio possessione, *d* nemo ignorat proprietatem pluris quàm possessionem esse estimandam. *e* Quæ omnia, vti cæteris in rebus duo testes sufficiunt, *f* sic & ipsa duorum testimonio rectè probabuntur, traditum enim est, filiorum causam hac sola authoritate optimè posse defendi. *g*

AN ILLEGITIMI SE EX CER-
to patre natos probare possint.

L 2 Ille-

a c. Ofius, c. Gl. de elect.

b Bald. l. non ignorat. C. g. accus. nō pos. num. 14.

c l. si instituta. §. r. de inof. sic. test. l. si posthumus. §. si. de lib. & posthum.

d Dec. d. cap. pertuas. nu. 4.

e c. cum dilectus, de caut. pos. & pro. priet.

f l. vbi numerus, de testib.

g Castr. l. errorem. C. de test. Dec. conf. fil. 272.

- 1 *Illegitimi sparsim geniti putantur Iure civili.*
- 2 *Hodie Iure Can. aluntur, & patrem ostendunt.*
- 3 *Quibus coniecturis eum agnoscant.*
- 4 *Natus ex muliere, quam quis sumptibus suis sustinet, an presumatur eum filius.*
- 5 *Quid si ex ea, quam quis sepe cognovit.*
- 6 *Quid de eo, qui natus est domi ex ancilla.*

C A P. X X V I.



Existimant multi, quæcunque de filiis probandis, legibus tradita sunt, ea ad iustos tantum & legitimos pertinere, aut ad eos quosque, quos leges non impro-

^a Ang. confi. 191. Iaf. 102. in 4.

^b l. vulgò. de sta. hom.

^c §. si aduersus. Inst. de nupt.

barunt, naturalesq; appellati sunt. ^a Reliquos enim aduersus legum præcepta procreatos, illo idcirco auxilio destitutos adiunt, quod ij nullo certo parente, sed vulgò concepti existimantur, ^b vnde & Spuriij & ἀπαρτες propriè nominari solent. ^c Quis autem eum vt filium velit assertere, quem lex non ex se, sed sparsim ex collectitio

lectitio veluti semine genitum putet. Etenim si, vt diximus, hæc filiorum ipsa probatio Iuris vt plurimum coniecturis nititur, quid ineptius esset, quam eo illum tueri præsidio, quod totum in eius odium & iniuriam natum, paratumq; videatur? Ius enim contra hos omnia in deteriorem ferè partem interpretatur, quomodo hi ergo ex regulis aut præsumptionibus Iuris in hac re vnquam poterunt adiuuari? Quæ igitur supra de filiis probandis disseruimus, ea legitimorum tantum propria, nec cum his quicquam commune habere volunt. Sed hæc ego summo quidem Iure civili recepta crediderim, quo isti omni humanitate indigni habentur, nec filij etiam nominantur. ^a Absunt hæc tamen longè ab æquitate Pontificia, quæ quamuis omnè complexum, vxorio vno excepto, damnet, non tamen inde natos, omnis prorsus commodi expertes esse patitur, quin cum alimentis saltem eis hoc Iure debeantur, ^b negare haud possumus, & in his illam filiorum quasi possessionem esse spectandam, alioquin superuacanea hæc Iuris Pontifici sanctio redderetur, ^c colligimusque hoc apertè multis ex locis, vbi & Spuriij in quasi possessione constituuntur, & patrem certum videntur demonstrare. ^d Nos quoque ex varijs Doct. responsis su-

^a Aut. ex complexu.

^b c. cum haberet. in fi. de eo qui dux. in matrim.

^c Dec. ca. per tuas, de prob. l. col. Gozad. conf. 13. n. 47. 55. Paris. conf. 10. nu. 35. in 2.

^d c. transmissi. qui fil. sunt legi. c. Michael. & tot. tit. de fil. presb. Bal. d. l. vulgo.

^a Anchar. cō
fil. 225. Alexā.
88. in 7. Corn.
1. in 3.

periori capite multa attulimus exempla,
quæ ad illegitimum quem alicuius filiū
probandum, idoneo possint esse argumē-
to. ^a Ad eò ut ea ferè omnia, quæ de legi-
timis filijs suprà sunt disputata, & ad hos
pertinere posse veriùs videatur. Si quis e-
³ nim ab aliquo vti Spurius filius nomina-
tus, enutritus, tractatusq; proponatur, at-
que ita de eo publicè homines sentiant,
quin hic ab illo deinde paterni officij Iu-
re alendus sit, minimè dubitandum est,
cùm ex ijs ius quodammodo filij adeptus
videatur, quo ampliùs priuari illum non
debet. In eo tantùm hos fateor, quo ad hęc
rem à legitimis differre, quòd habent illi
potissimā semper præsumptionem, quæ
oritur ex contracto parentū matrimonio,
ex qua necessariò ferè se filios semper pro-
bare solent, quamuis alia repugnarēt in-
dicia. ^b Hic cùm ex matrimonio non sint
profecti, tali non poterunt auxilio vti cō-
tra parentes. Sed tamen & alia pro his cō-
iectura recepta est, quæ vice illius sit, quæ
pro matrimonio facit in legitimorum fa-
uorem, traditum enim est, si quis mulie-
rem quamcunq; apud se consuetudinis
gratia domi propriæ alat & retineat, par-
tum inde editum illius ferè semper iudi-
cādum, quamuis & ab aliorum cōcubitu
illa interim nō abstinuisset, quod ad vxo-
ris &

^b diximus
suprà c. 24.

ris & concubinæ exemplum inducū est.
^a Hincq; si quærat aliquis, an mulier quæ
nō eadem in domo cum aliquo degebat,
⁴ sed eius tamen sumptibus alio in loco su-
stinebatur, filium susceperit, cùm ad eam
illi vni tantùm viro, non ceteris liber adi-
tus pateret, ipsa tamen furtim & alijs iū-
gi consueuisset, si tunc pater ille potiùs cen-
sendus, cuius stipendio mulier alebatur,
an communis verò omnium partus, qui
cum ea versati essent, quasi vulgò & is cō-
ceptus. Responderem ego, illum filij pa-
rentem declarandum, in cuius manu mu-
lier erat, cuiusque dominatu regebatur,
quamuis & alijs sui copiam quandoq; fe-
cerit. ^b Introducta est enim hęc præsum-
ptio ad matrimonij similitudinem, in qua
satis habet qui, docere se domi ex viro &
vxore simul habitantibus natum, licet a-
liæ aduersentur cōiecturæ. ^c Vnde & cùm
hic arbitrato suo mulierem retineret, fi-
lios susceptos ei adiudicabimus, quòd &
is cum illa habitare diceretur, licet non
omni temperis momento cum ea versa-
retur, ^d & negotium hoc satis domi fa-
ctum videatur, ex quo domicilij appella-
tio & ad domum siue conductam, siue gra-
tis aut hospitio receptam, rectè refertur. ^e
⁵ Quòd si nihil de hac istius in mulierē po-
testate appareat, seq; non ei vni tantū fce-

^a Abb. c. per
tuas. l. col.

^b Dec. d. cap.
per tuas. in 1.

^c l. miles. §.
defuncto, de
adulte.

^d l. si quis
ira. de condi.
& demon.

^e l. lex Corn.
§. domum, de
iniurijs.

a Alber. in l. filium.

b Alexand. conf. 157. in 5.

c Bald. d. l. filium. 2. col.

d Alciat. reg. 3. præiū. 37.

e Albe. d. l. filium. Dec. d. c. per tuas. Alex. supra d. conf.

mina addictam esse voluerit, tunc ex eo quis aliquem vt filium agnoscere cogendus non erit, quòd cum ea quandoq; rem habere consueuerit. *a* Nec enim verisimile est, quæ alicuius libidini patere cœpit, eandem etiam non plurium virorum periculum facere voluisse, licet ipsa ex certo tantum parète genitum affereret. *b* Sicuti nec is vti pater eo solo indicatur, quòd eius ancilla domi apud se filium pepererit. *c* Si tamen probare ea posset, cum illo vno tantum sibi commercium intercessisse, tunc filius omninò recipiendus videretur. *d* Sed hoc fanè manifestissimis esset rationibus demonstrandū, cum in dubio Doctores affirmant, maximam esse pro mulierum libidine & incōtinentia suspicionem, *e* videaturq; hæc rara avis, quæ vni tantum viri consuetudine contenta sit. Quod & ego in his quidem, quæ pudorem suum iam cœperint abijcere, maximè probo.


IN TESTAMENTIS, AN
filij appellatione, naturalis
contineatur.

- 1 *In conditionibus verba aliter quàm in dispositionibus accipi.*
- 2 *Naturales nati in figura matrim. cur o-
lino*

lim substit. non excluderent, hodie secus. num. 5.

- 3 *In substitutionibus liberorum ij censentur vocati, qui possunt succedere ab intestato.*
- 4 *Intell. l. filiusfamilias. §. cum quis, de leg. 1.*
- 5 *Naturales in figura matrim. cur magis nomine filiorum veniant, quàm ceteri naturales.*
- 6 *Verba testatorum, secundum legis dispositionem accipiuntur.*
- 7 *Ex testatoris voluntate, naturales substitutum excludunt, & quomodo ea agnoscatur.*
- 8 *Mulier grauata, si sine liberis, an naturalibus susceptis extinguat conditionem.*
- 9 *Quando nomine filiorum veniant Spurij.*

C A P. X X V I I.



V M filius proprièis dicitur, qui ex viro & vxore nascitur, *a* dubitari solet, an eo nomine naturales quandoque comprehendantur. Quæ quæstio, quoniam late patet,

a l. filium. de his, qui sui sunt.

tè patet, vt quæ & hominū actionibus, & legum constitutionibus, & alijs plurimis negotijs possit applicari. Ideò commodum esse duximus, eam in capita aliquot partiri, ac primò ab hominum actionibus exordiri, quæ in hac re possunt dupliciter cōsiderari. Quod enim à nobis profertur, aut ad vltimam pertinet voluntatem, aut ad alium inter viuos actum. Primò igitur quomodo in testamentis, inde quemadmodū in contractibus hoc nomē accipiendū sit, differemus, quibus postremò & quam in legib. vel statutis interpretationē admittat, adiūgemus. Solēt igitur testatores duobus ferè modis hoc filiorū nomine vti in testamentis, aut in conditionis vim, aut simplicis enunciationis, quæ quoniam inter se differunt, *a* erunt & ipsa separatim quoq; tractanda. Finge ergo testatorem ita dixisse, Titium instituo, & si sine filijs decesserit, Caium substituo. Quid si Titius naturales tantum filios reliquerit, hos ne Caium excludere dicemus? Ego omisis lōgissimis Doctorum in hacre cōtrouersijs, *b* quæ solæ per se iustū volumen possunt occupare, tam multa ab his in hanc materiā fuerunt cummulata, aut verius implicata, *c* distinguendum censeo vetus Digestorum ius à nouissimis Imp. constitutionibus. Si enim

a Bartol. §. & quid si tantū, col. 2. Imol. l. ex facto. §. si quis rogat, ad Trebell. col. 3.

b in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. in c. in presentia, de prob. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & sub. vbi Ang. ait, non posse dari certā doctrinam. *c* Paris. d. ca. in presentia, per. 2. col. A. lex. Rip. latif. simè. d. §. si quis rogatus.

secundum prisca tempora loquamur, credo sub ea conditione, olim nunquā naturales filios siue ex seruili contubernio, siue ex concubinato fuisse comprehensos. Cuius rei argumēto sunt leges quàm plures, in quibus cum de filio sit mentio, naturales tamen sub matrimonij specie natos, qui cæteris favorabiliores esse solēt, & nō aliter contineri volunt, nisi ea fuerit & manifesta testantis voluntas. *b* Vt cum hinc videamus, ab his tunc tantū excludi substitutos, cum ita testator declarauit, iā inde apertū sit, in reliquis quibuscunq; casibus secus dicendum regulamq; in contrarium potiūs statuendā. Hoc autem ego tunc ita factum existimarem, propterea quòd ab intestato ij nihil eo tempore consequebantur, *c* at verò in substitutionib. cum liberorum sit mentio, hi regulariter tantum vocati censentur, qui substitutos ob legitimam successionem valeant excludere. *d* Receptum etenim communiter illud est, conditionem illam, si sine liberis, filiorum ipsorum favore appositam semper esse, *e* tametsi ex testamento ijs quidem verbis non vocentur, eis tamen ius ab intestato succedendi, vnde substitutos excludant, sit reseruatū, *f* quo fit, vt in his conditionib. necessariò de ijs tantum filijs sit intelligendum, qui ab intestato

a diximus supra c. 14. *b* l. si. de Iur. delib. cū patet. §. volo, de leg. 2. d. l. ex facto. §. si quis rogatus. *c* Auth. quib. mod. nat. sui. in princ. *d* Soz. l. cum auus, de cōd. & demōst. nu. 65. vers. mihi videtur. Tiraque l. si vnquam. C. de reuoc. dona. vers. susceperit liberos. num. 86. *e* Alex. conf. 109. & 185. in 2. Curt. conf. 46. *f* l. Lucius. 2. cum Gl. in fi. communiter proba. de here. insti. Dec. l. 1. C. de pa. num. 25.

a arg. d. glo. in l. Lucius. Zuchar. l. i. C. de pact. n. 70. b Bar. l. filius fam. §. cum quis. in fi. de leg. c l. si matre. C. de suis & le. & §. i. Inst. de hær. quæ ab intest. d l. filius fã. §. cum quis. de leg. i. & ibi disti. Bar. circa si. cõuenit opini. nostræ. e Gl. d. l. Lucius. Sez. d. l. cum auus. num. 65. f De quo in d. §. cum qs. g Bar. d. l. 3. §. de illo, pro socio. h l. fideicommiss. de cond. & demõ. Dec. conf. 399. i Auth. quib. mod. nat. sui. in princ. k Instir. de seru. cogn. in princip.

intestato valeant hæredes esse, a nisi for-
 tẽ aut testatoris, aut factõ ipsorum pro-
 prio excludantur, b alioquin si lege pro-
 hibente non possent succedere, tunc nec fa-
 uorabilis talis conditio illis vnquam ha-
 beretur, nec hi rectẽ filij dicerentur, cum
 legitimi ab intestato non essent successo-
 res, quod proprium filiorum est. c Cre-
 doq; absque vllõ scrupulo hanc Martiani
 sententiam in quodam responso extitisse,
 d dum de tali conditione loquitur, quã-
 uis ibi Accursius filios eos quoque in hac
 conditione contineri dixerit, qui ex testa-
 mẽto tantũ capaces sint, licet ab intestato
 non admittantur, quod sanẽ aduersus re-
 spõsi illius mentẽ arbitror, tum rationib.
 supradictis, c tum quia verbũ, hæres, f in
 dubio de eo accipitur, qui ab intestato vo-
 catur. g Concludo itaq; filios in cõditio-
 nibus eos cõprehendi tantũ, qui ab in-
 testato succedere apti sint (exceptis ado-
 ptiuis liberis, quorũ gratia fideicõmisso
 facilẽ fraus fieri posset, h & paucis alijs ca-
 sibus, quos infra attingemus) hacq; ratio-
 ne olim ad naturales filios talẽ conditio-
 nem non pertinuisse, q; hi ab intestato le-
 gibus nõ agnoscerẽtur. i Hodie verò cum
 nati in seruilis consortio, cum primum ad
 libertatem peruenerint, à Iustiniano equẽ
 , ac legitimi fuerint approbati, k credide-
 rim

rim in his Iure optimo omnia ac in iustis
 filijs esse obseruanda, ab hisq; & fideicom-
 missum extingui. a Naturales autem cæ-
 teros ex concubinis natos, qui ab intesta-
 to in duabus vncijs succedunt, b pro ea-
 dem etiam portione & substitutum sem-
 per excludere, quoniam quo ad hanc tan-
 tũ partẽ, vbi quis de his aliter expressẽ
 nõ statuit, eos liberorum loco lex habet, c
 iusq; nouum ita ad illos extendi debet. d
 Cũ enim in substitutionibus de his
 semper actum cõseatur, qui grauato pos-
 sint hæredes esse, e iam sequitur, vt pro
 qua portione, eos vt filios lex agnouit, ad
 eandem testator illos vocare voluisse exi-
 stimetur. f Atque ideò quod obijciebat
 Decius, g in conditionibus verba verẽ &
 propriẽ accipienda, h nec naturales verẽ
 filios esse, i satis ex hoc tollitur, quòd hu-
 iusce portionis ratione, & hi filij habeantur
 ex legis constitutione, ad cuius nor-
 mam, cum & testator omnia sua negocia
 dirigere præsumatur, k propterea illius
 mentem, & in his conditionibus verbo-
 rum anteponimus proprietati. l Hanc
 quidem distinctionẽ si sequamur, quam
 ego doctissimo Præceptoris meo Augusti-
 no Beroo placuisse scio, m ita & Bartolũ
 Panormitano, quos inter se acriter dissi-
 dere ferunt, licebit conciliare, vt alterum

a arg. l. r. §. lex falcidia. ad l. Falc. b Auth. licet, C. de nat. lib. c facit l. fi. C. de confir. tut. d d. §. lex Falcidia. e d. l. filius fam. §. cum quis. f d. l. hæredes mei. §. cum ita. & Sez. d. l. cum auus. num. 65. g in c. in præsentia. nu. 31. h l. qui hæredi. de cond. & demonst. i d. l. filium, de his qui sui. k Bart. l. vt iusiurandi. §. i. de ope. lib. l. l. in conditionibus, de cõd. & demõ. m in c. in præsentia.

ex prisca legibus, quæ naturales ab intestato non admittebant, alterum secundum ius nouissimum loquutum dicamus. *a*

a Bartol. d. §. si quis rogatus. num. 2. Abb. c. in present. nu. 12.

Sunt tamen hæc in testatorum conditionibus, de quibus agimus, non legum accipienda, quæ iustam sobolem semper exquirunt, atque à testantium verbis longè diuersæ sunt. *b* Et testatorum etiam

b l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. vbi Ias. nu. 6. ait hanc communcem sol. & Alex. d. §. si quis rog. nu. 1. 12. Sozin. d. l. cum auus. nu. 61. 65.

quotiens eorum mens non aliter expressa fuit, alioquin dubium non est, & vulgares hosce naturales & olim, & hodie substitutis potiores haberi potuisse, si ita defunctus voluisset. Cuius mens ex eo depre-

c l. hæred. §. si. ad Trebell. d. arg. l. pe. C. de cond. inst. e l. plenum. §. equitij, de visu. & hab. f l. q. filiab. l. si feruus plurium. §. si. de leg. 1. Barr. d. l. si quis rogatus.

hendi solet, si illum grauauit, qui non nisi naturales filios poterat suscipere. *c* Cum enim de facto tantum impleri possit hæc conditio, æquè iam videtur, ac si verè & propriè fuisset obseruata, *d* cum verba secundum eius conditionem sint intelligenda, in quem conferuntur. *e* Idem

d l. si quis rogatus. g Bart. l. hæred. §. 1. ad Trebell. Alex. d. §. si quis rogat. nu. 10.

& si de ijs in alia parte testamenti mentionem fecisset, cum aliquo eorum commo & honore, *f* aut eo in loco Municipalis lex, naturales æquè ac legitimos ad successionem vocaret, *g* aut testator ipse naturalis esset, qui probabiliter eiusmodi sobolem non debuit contemnere, *h* aut si genere & dignitate insignis quispiam infimum aliquem, & obscurum hominem per fideicommissum

e l. plenum. §. equitij, de visu. & hab. f l. q. filiab. l. si feruus plurium. §. si. de leg. 1. Barr. d. l. si quis rogatus. g Bart. l. hæred. §. 1. ad Trebell. Alex. d. §. si quis rogat. nu. 10. h Dec. d. c. in present. nu. 16

sum

sum substituisset. Sat enim ex eo constat, non esse sibi humiles abiectasque personas, idcirco odiosas, quod longè à sua ipsius sanguinis claritate absint. *a* Atque hæc ita in filijs masculis grauatis communiter sunt recepta, secus in foeminis traditum est, *b* quorum naturales filios, verisimile vix vnquam est à testatore vocatos, cum absque turpi pudicitia nota suscipi nequeant, in mulieribusq; maior quam in viris, vitæ honestas ac castitas requiratur. *c* Sed ego cum supra docuerim ex Scæuolæ regula, quoscunque aptos ab intestato succedere, eodem & conditionem illam exstringere, *d* adduci non possum vt credam, naturales filios matri nihil prodesse, cum ei legitimi semper hæredes existant. *e* Etenim si lex concubinatum permittit, & naturales filios sic matris iustos successores probat, vt & si illustris fuerit, adhuc tamen illi dedecus non putet, quos simul cum legitimis filijs hæredes habeat. *f* Quid probabilius est, quam testatorem ad hanc legis constitutionem se tacitè conformasse? *g* Quæ enim ex hoc matri ignominia oritur, si lex eos quammaximè fouet? Immò cum filij spurij eius qui fideicommissio grauatus est, nunquã substitutum excludant, eò quod filij

a Ripa. d. §. si quis rog. nu. 16.

b Bart. d. l. hæred. §. si. Abb. c. in presentia. num. 21.

c Gl. l. palā. §. quæ in adult. de rit. nupt.

d d. l. filius fam. §. cum quis secundum verum intell.

e §. vulgo. Inst. de success. cogn.

f l. pen. C. de offic.

g l. hæredes. mei. §. cum ita ad Trebell. vbi Bar. Alex.

a Bart. §. si
quis rogatus.
nu. 4.

b d. l. pen. C.
ad Ofic.

c Imo. Alex.
d. §. si quis ro-
gatus. nu. 7.

d Paris. d. c.
in præsentia.
de proba. nu.
53. 54.

filij non possunt appellari, a crederem e-
go si fœminæ hoc fideicommissum sit in-
iunctum, quæ spurios non tamen ex da-
mnato coitu genuerit, ab ijs etiam secun-
dum Iustiniani distinctionem b substitu-
tum posse excludi, & hoc casu tantum ra-
tione scilicet matris filij nomen etiam in
spurijs admittetur. Sed æquius in hac re
fortassè fuerit, ad Imo. & Alex. distinctio-
nem recurrere, c vt fœminæ conditione
consideremus, quæ fideicommissæ graua-
ta est, essetne testatoris filia aut extranea,
vt si filia, sanè ex præsumpta patris mente
naturales minimè vocati censeantur: si
extranea, tunc supradictæ nostræ senten-
tiæ sit locus. Quod & alijs rationibus
non ineptè à recentioribus confirma-
tum est. d

QVOMODO ACCIPIATUR
conditio, Si sine liberis, ei iniuncta,
qui religionem profi-
tentur.

- 1 *Grauatius, si sine lib. intelligitur de ijs
quos habere potest.*
- 2 *Natus ex religioso, seruus efficitur pa-
ternæ ecclesiæ.*
- 3 *An villo casu possint religiosi filios iustos
querere.*

4 *Quan-*

- 4 *Quando dicatur impossib. quod pendet
à voluntate Principis.*
- 5 *An ecclesia sit loco filij.*
- 6 *Clericus potest filios adoptare, & num.
sequ.*
- 7 *Filij adoptiui non excludunt substitu-
tum.*
- 8 *Conditio, Si decesserit sine lib. an sit du-
plex, vel simplex.*
- 9 *Conditio necessaria quæ dicatur, & quo-
modo impleatur.*

C A P. X X V I I I.

M

Aior in ea specie cadit dubi-
tatio, cum quis sacris ini-
tiatus, hæres institutus est,
grauatusq; idem, si sine li-
beris decesserit, hæredita-
tem alij restituere. Cum e-
nim suprà statuerimus, conditionem hâc
plerunq; naturales filios complecti ex te-
statoris voluntate, propterea quæstio nûc
est, an de spurijs verisimile sit eum sensis-
se his verbis, eò quòd is qui religioni no-
mè dedit, illegitimos tantum, nō ampliùs
iustos filios possit procreare, conditio au-
tem à testatore de his filijs utique accipi
soleat, quos grauatus gignere aptus erat.

M Quam

a I. hære. §. fi.
 ad Treb.
 b Ang. l. si qs
 posthumos.
 de li. & posth.
 c Aut. ex com
 plexu.
 d Bart. d. §. fi
 qs roga. Dec.
 c. in præsent.
 num. 33.
 e tot. ti. de co
 hab. cle. & ti.
 de fil. presby.
 f c. cum mul
 tz. 15. q. vlt.
 g Gl. d. c. cum
 multæ. Abb. c.
 1. in fi. de tre.
 & pa. Fab. §.
 seruitus. Init.
 de iur. perf.
 h respõsio ad
 l. hæredi. §. fi.
 i arg. l. si cui,
 de seruit.
 k Ripa. d. §. fi
 quis. nu. 19.
 l c. 2. c. ex te
 nore, qui fil.
 sint leg.
 m Gl. c. de il
 lo. 32. dist. 3. c.
 cum olim, vbi
 Ab. de cle. cõ.
 n l. apud. Iu
 lianũ. §. fi. de
 leg. 1.
 o Ang. Imo.
 l. illa. Institu.
 de hære. in fit.

a Quam sententiã Ang. fuisse literis pro
 ditum est. b Mihi tamen ea nunquã pla
 cuit, cum filiorum nomen spurij nequa
 quam conueniat, c nec in illis, cõditio ea,
 si sine lib. vnquam impleatur, d nec cre
 dendum sit, de tam nefaria prole à defun
 cto cogitatum, quam suscepisse, summũ
 esset illi clerico dedecus, summatq; ignomi
 nia, e cum & filij huiusmodi, serui eius
 dem ecclesiæ, cui pater ministrabat, perpe
 tuò esse teneantur, f quamuis consuetu
 do hodie aliter obseruet: g præsertimq;
 cum alias admittant hæc verba interpreta
 tiones, h & longè honestiores, quibus in
 dubio hærendum est. i Dixerunt alij, k
 de veris & proprijs filijs hanc conditione
 intelligendam, nec à verborum proprieta
 re recedendum, posse enim & eum qui
 religionem profiteatur, legitimos acqui
 rere filios, siue ex probabili quodam ma
 trimonio, quod putatiuum dicitur, l
 siue ex summi Pontif. indulgentia, qui
 eum legibus soluat, ac ius illi connubij
 permittat. m Et si fortassè dicat quis, id
 impossibile in Iure haberi, propterea qnõ
 considerandum, cum Pontificis cõsensus
 sit expectandus. n Respondens illi, quòd
 sicuti Spurij institutio collata in id tem
 pus, quo is natalibus restitutus fuerit, va
 lida esse censetur, o quamuis hæc restituo
 tio

tio solius Principis autoritate fiat, a sic
 & volunt eam conditionem hunc sensum
 rectè posse admittere, & si ad eam imple
 dam supremi Principis venia sit necessa
 ria. Sed mihi nec ista probantur, cum ei
 qui diuino cultui se iam dedit, nunquam
 aut perrarò, idq; ex grauissima aliqua cau
 sa ius matrimonij Pontifex soleat permit
 tere. b Quæ verò adeò difficilia sunt, vt
 à Principe impetrentur, ea & impossi
 bilia vtiq; solent in Iure existimari. c At
 quod impossibile est, id & nullum est. d
 Non ita quidem, e & cætera omnia sunt
 quæcunque à Principe peti necesse est, mul
 ta sunt enim in quibus permittendis, fa
 tis eum benignum regulariter solemus
 experiri, veluti in natalium restitutione
 plurimis in casibus, vt vulgò constat. f
 & idèò quamuis specialem eius iussum
 exigant, non tamen impossibilia cen
 sentur, cum hæc sæpè concedi consueue
 rint. g Cum igitur quantum vel ad ma
 trimonij leges violandas, vel personis
 minimè idoneis concedendas attinet, id
 hoc totum difficillimum negotium, id
 est, impossibile dicatur, h non crederem
 conditione illã, si sine lib. ad hunc casum
 trahendam, inter quem & natalium resti
 tutionem multum interest, vt modò di
 xi, & quidam quoq; simili ferè exemplo

a I. de nat.
 rest. Bart. l. nõ
 ambigitur, in
 fi. de legib.
 b c. cum ad
 monasteriũ,
 in fin. de sta.
 mon. c. semel
 deo, de regul.
 iu. in 6. vbi Io.
 Andr. & alij.
 c d. l. apud Iu
 lianum. §. fi.
 Bart. l. fi. C. de
 sent. pas. co. 2.
 d l. impossibi
 liũ, de reg. iu.
 e respõsio ad
 d. l. in tẽpus,
 de hære. in fit.
 f Auth. quib.
 mod. nat. eff.
 leg. Doct. ca.
 per venerabi
 lem. & in §. &
 quid si tantũ,
 g Cast. Aret.
 l. continuus.
 §. cum quis,
 de verb. obli.
 arg. l. 1. §. per
 mittitur, de
 aq. quot. est.
 h Abb. c. su
 per eo. de cõ
 di. app. & c.
 cum ad mo
 nasterium, de
 sta. mon.

a Yaso. l. 2. pud Iulianū. §. fin. nu. 16. de leg. 1. b arg. l. fin. pro suo. l. quanquam, ad Velleian. c c. fin. §. 1. de cland. del. pō. Abb. c. 2. qui fil. legit.

d Bart. l. hæredibus. §. fi. ad Trebell.

e §. sed & hæc præfenti. Aut. de sanct. epil. ca. in præfentia, de proba. f Alex. l. si qs posthumos. nu. 8. Paris. cū rultis, c. ipre fentia. nu. 47. g d. c. in præfentia. nu. 32.

h Bart. Auth. nisi. C. ad Trebell. Bal. d. l. filium, de his qui sui sunt. Fel. c. in præfentia. num. 74.

i Bart. l. 1. in princ. de condi. & demon.

k cap. semel Deo. de regu. iur. 6. l. c. liberti. 2. r2. q. 2. m Bal. Imol. Alex. l. si quis posth. de lib. & post. arg. illius l.

adnotarunt. a Quod autem de putatio matrimonio dictum est, nō potest id huic facto vlla ratione conuenire, cū iustus nullus error patrem clericum queat excusare, qui conditionis suæ satis erat gnarus & prudens, b in huiusmodi verò matrimonio error & maximè probabilis necessarius esse solet. c Bartolus verò credit d hanc conditionem in ijs filiis intelligendam, quos loco iustorum liberorū lex habet, scilicet in ecclesia, quæ instar filij est, cū quis ei se dicauit: e quam opinionem plurimi deinde secuti sunt. f Sed & de hac Dec. dubitauit, g ego quoq; subsisto. In primis, quia verū id non est ecclesiam esse loco filij, nā & si ita vulgò prædicetur, apud eruditos tamē hoc nunquā receptū est. h Deinde quia cū testatoris verba sub cōditiōe sint prolata, videntur ea secundū conditionis naturam interpretanda, quæ rem incertam significat, à futuroq; euentu pendentem, z Ast qui religioni se deuouit, certus est omninò destitutus sui sine, cū ille institutum vitæ cursum nequeat deserere, k ecclesiæ ipsa nunquam moriatur. l Quarta fuit in hac q. opinio, m vt filij legitimi tantū, hoc est, adoptiui, excludant substitutum, nec enim

enim clericis videtur interdictum tales sibi liberos assumere. a Immò cū non alios nisi hos honestè filios habere possint, volunt hanc proculdubiō voluntatē testatis extitisse, b vt ob hos legitimos filios deficiat fideicommissum. Sed ego nec hoc sequor: video enim generaliter id cōstitutum, ne hi adoptiui contra substitutum admittantur, c puto, quia fideicommissio faciliè fraus fieri posset, d quæ quidem suspicionis ratio eo rectiùs hinc quoque cadit, quo faciliùs huic multò erat quam cæteris filios adoptare, cū sciret is se non alios iustos liberos habere posse. e Responsum id quod ab eis in hanc rem adducitur, f alium & longè à præfenti diuersum casum respicit, g dubitoq; id etiam, an qui ad sacros ordines adsciti sunt, possint ampliùs liberis vel legitimis tantū operā dare. h Vltimā quinto loco sententiā proditā reperio, quæ Augustini Beroi præceptoris clarissimi fuit. i Vt cū hæc conditio duas habet partes. Si decesserit, & sine liberis, valeat eatenus, quatenus impleri potest. k Et ita quo ad illa verba, si decesserit, extet vtique conditio, tunc cū morietur: Quo ad illa verò, si sine liberis, quia hoc impossibile est, non adiecta potiùs habeatur, ne quod vtile, per inutile vitietur. l Qua ex re

a l. si pater. §. fi. de adopt. Abb. c. 1. de cogn. leg. b arg. l. 2. de lib. & post. & l. si quando, de leg. 1. c l. si ita qs. §. fi. de leg. 2.

d l. fideicommissum, de cōd. & demō. Dec. cons. 399


e arg. d. l. si pater. §. fi. de adopt.

f d. l. si quis posthumos. g Ripa d. §. si quis. num. 35.

h arg. c. 1. ne cler. vel mon. Port. Instit. de adop. num. 5. i in c. in præfentia. pa. 103

k l. qui dotē, de dot. præle. l. serui el. cōtione. l. siichū, qui. de leg. 1.

l c. vtile, de regul. iur. in 6.



concludit, intelligi hunc clericum grauatum post mortem statim hæreditatem restituere, nec quicquam illa verba: Si sine liberis, aut obeffe, aut prodesse. Ego verò nec præceptori in hac re omninò subscribo: est enim vnica tota illa conditio, cum ea qualitate, *a* si sine liberis, propterea nec scindi potest, quia detracta qualitate conditioni satisfactum non intelligitur. *b* Quin cum hanc conditionem simplicem esse fateatur, fieri non potest, vt eam in illis tantum verbis accipiamus, Si decesserit, certum est enim eum omninò moriturum, *c* at conditiones incertæ esse debent, in futurumque tempus collatæ. *d* Iam nos quid dicemus? Ipse hanc quæstionem ex Bartoli verbis decidi posse arbitror, qui huiusmodi conditiones necessarias vocat, & pro puris haberi inquit. *e* Videtur enim in hoc facto quid simile fuisse expressum à testatore, vt clericus ille, si liberam vult hæreditatem, cogatur filios quoque suscipere, & si non susceperit, veluti pœnæ nomine eam alij restituere teneatur. Sed prior conditio, iure vtique impossibilis est, aduersus clericorū honestatem, votū & bonos mores, *f* ergò alia quæ priori est contraria, scilicet si non susceperit liberos, necessaria dicitur, cum necessarium id sit,

a Bar. l. Aurelius. §. idem quæst. de liber. lega. in fin.

b l. Titius, de mil. test. l. 2. de aur. & arg. l. Bart. l. ex facto, de vulga. & pu. co. 2. c. l. i. de cōd. & demon.

d l. itaque, si cer. per. Bart. d. l. i. in prin.

e Bart. l. i. in princ. de cōd. inst.

f arg. l. filius. de cond. inst.

id sit, cuius contrarium est impossibile. *a* Cum verò qualibet necessaria conditio pro pura habeatur, *b* sic sequetur etiam, vt clericus hic purè post mortem restituere hæreditatem grauatus sit, vt Bartolus ipsemet declarauit, *c* nec multum à præcedenti Præceptoris distat opinione. Quæ tamen intelligenda sunt, vbi non ante alios legitimos aut legitimatos filios clericus habuisset, ij enim semper substitutum excluderent. *d*

a Bald. l. non quicquid, de iudic.

b l. si pupillus. §. sub. cōditiōe, de nouat.

c Bart. d. l. i. de cond. inst.

d Doct. d. l. si quis posthumos.

FILII IN TESTAMENTO purè nominati, an de naturalibus intelligantur.

- 1 *Vbi adsunt legitimi, naturales filiorum nomine non veniunt.*
- 2 *Quid si deinde legitimi decedant.*
- 3 *Probabilior est erga legitimos, quam naturales filios affectio.*
- 4 *Media tempora heredi rectè instituto non nocent.*
- 5 *Sermo in futurum prolatu, ad tempus euenientis conditionis, non dispositionis refertur.*
- 6 *Substitutio compend. quandoq; vulgaris, aut pupil. aut fideicom. fingitur.*
- 7 *Fily vocati, qui nondum nati sunt, videtur*

tur sub conditione, si nascentur.

- 8 *Intell. l. placet. de lib. & posth.*
 9 *An sit differentia inter verbum liberos,
 & filios.*

C A P. X X I X.



Equitur quotiens de filijs testator mentionem facit, de ijs quid simpliciter statuendo, vt si bona aliquot se filijs suis relinquere dixerit, aut simili modo filios

purè in testamento nominauerit, tunc enim si quærimus, an eo nomine & de naturalibus senserit, longè aliter quidem, quàm in præcedenti capite existimo statuendum, cum multum interfit, quo ad vim verborum, sitne oratio purè, an sub conditione prolata. *a* Nunc igitur ego multipliciter distinguendum, variosq; casus considerandos putarem.

Primus fit, cum testator filijs suis aliquid se purè relinquere dicit, adfructusq; illi nedum naturales, sed & iusti filij. Et credo ego naturales tunc eo nomine non contineri, quin à legitimis excludi, tum quia verborum proprietati hærendū est, quæ natos tantum ex matrimonio filios vocat, *b* tum quia naturales extantibus legitimis

a Bartol. §. & quid si tantū. Alex. d. §. si quis, nu. 15. 16

b l. filium, de his q sui sunt. l. 2. §. legitimos, de excu. tut.

gitimis, veluti extranei ab intestato habentur, *a* ideò nec eos cum alijs simul admitti æquum est. *b*

Secundus fit, vbi tempore testamenti extarent liberi, alij iusti, alij naturales, post verò ante aditam hereditatem legitimi decessissent, naturalesq; dein solùm su peressent. Puto & hoc casu naturales non successuros, eò quòd cum semel testator de veris filijs senserit, ampliùs ab hac eius concepta significatione discedendum nõ videtur, cum præsertim sermo illius purè prolatus, ad tempus testamèti, nõ mortis referri soleat, *c* & quia cum naturales initio ex mente testatoris non comprehenderentur, quamuis post legitimi sublati sint, nunquam tamen naturales vocati intelligi possunt, *d* cum & voluntas mutata præsumatur, nisi quis hanc de naturalibus interpretationem admittat, vt ita actus potius sustineatur, *e* quod tamen durum est.

Tertius fit, quando dum testamentum fieret, nulli legitimi aderant, sed naturales tantum, post verò antequàm fato fu-geretur, & legitimos procreauit. Adhuc existimo naturales non admitti, etsi initio de ijs fortè testator potuerit cogitare, coniectura enim paternæ voluntatis hoc suadet, vt si dum testabatur, filios se ve-

a Auth. licet. C. de nat. lib.

b arg. no. per Bar. l. vtiusiuradi. §. si liberi. nu. 5. in fin. de ope. liber.

c l. si ita, de auro & arg. l. §. 1. de leg. 2. Dec. in sum. conf. 95. col. 4

d arg. l. quod initio, de reg. iur. l. qui res. §. arcana, de solu.

e l. quotiens, de rebus dub.

ros habiturum existimasset, ijs planè bona sua fuisset relicturus, *a* verisimilèque est satis, si de hac re interrogatus fuisset, eum ita utique responsurum, *b* cum defideria morientium ex arbitrio viuentiū colligamus. *c* Videmusq; in multis similibus exemplis, agnascantibus nouis liberis voluntatem testatoris mutatam, semper à lege præsumi. *d*

Quartus fit, cum testamenti tempore naturales tantum extabant, post verò & legitimi procreati ab eo sunt, qui tamen & ante aditam hæreditatem periere, ita ut naturales adhuc soli supersint: Sentio omninò naturales hoc casu successuros, *e* nihil enim ijs impedimento legitimorum natales esse debuerunt, ex quo moriente patre, ipsi antea è vita cesserant, nec media tempora hæredi rectè instituto quicquã nocere solent, *f* adest præterea mens testatoris, qui de his in initio sensit, ut mox dicam.

Quintus fit, cum nulli legitimi vnquã nati sunt, testatorq; filios purè nominauit, cum naturales tantum haberet, qui iam in lucem prodiebant. Credo proculdubio tunc naturales ab eo vocatos intelligi, *g* cum verisimile sit de his eum sensit, quos præ oculis habebat, *h* & ubi sermo dispositiuè, ut dicunt Doctores, prolatus est, in

eo

eo latior multò & benignior, quàm ubi sub conditione fiat interpretatio. *a*

Sextus fit, cum testamenti tempore naturales tantum aderant, sermo tamen testatoris, de filijs dispositiuè loquès, refert se non ad præsens, sed futurum tempus. *b* Exempli causa, si velit filios suos in certis bonis succedere post mortè alicuius, aut eueniente aliqua conditione. Puto hinc, quando casus ille extiterit, si & alij iusti liberi nati erunt, tunc naturales ab ijs sanè excludi, eò q; quotiès in futurum euentum confertur oratio, tempus euenientis conditionis, non dispositionis attendatur. *c* Et quia probabilis hæc est mens testatoris, ut & modò attigimus. *c* Quod si eueniente conditione soli adhuc naturales existant, qui & tempore testamenti nati erant, non dubito, tunc ad eos bona pertinere, *d* atque ita testatoris voluntas, de quibusnam filijs senserit, à futuro euentu declarationem sumet, *e* prout de compendiosa dicitur substitutione, quæ secundum varios casus nunc fideicommissaria, nunc vulgaris, nunc pupillaris, vsque initio fuisse fingitur, *f* quod & in pupillari tacita, quæ sub expressa continetur, cum mater postea de medio sublata est, dici solet. *g*

Vltimò fit, cum testator filios purè nominauit,

a Bart. Alex. §. & quid si tantum.

b Alex. conf. 26. in fi. vol. 3. & 12. in 4. Dec. cōf. 253. co. fi. & 299. nu. 8. c in 3. casu.

d ut in præce. casu.

e arg. l. sed & si quis. §. interdum, de usufru.

f Bart. l. centurio. col. 3.

g Bald. l. fi. C. de inst. & sub.

uit, tunc tamen filij adhuc nulli nati erāt. Ut quia Titium instituit, grauauiq; eundem, post mortem filijs suis hæreditatem restituere, qui Titius liberos tunc nullos habebat, sed deinde naturales tantum, nō legitimos suscepit. Mihi videntur hoc ca-

a arg. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & subst.

b l. interdū, de verbo. oblig.

c l. cum patrer. §. volo, de leg. 2. l. fin. de iur. delib.

d l. placet, de libe. & posth.

e l. i. in fi. de cōd. & demō.

f l. qui hæredi. l. Mæuius, de cond. & demō.

g Imo. Alex. d. §. si q; rog. nu. 16. l. a. d. l. placet. nu. 17.

h Abb. ca. in præsentia. nu. me. 22. Doct. d. §. si quis rogatus.

i l. liberorū, de verb. sign.

su naturales minimè vocari, a quoniam hæc verba ad conditionem magis quàm simplicem dispositionem referuntur, si quidē tacitè subintelligitur, vt filius restituitur, si quos habuerit, b quocircà cum de conditione agamus, succedit regula, vt naturales filiorū nomine non contineantur, nisi secus de voluntate testantis appareat. c Atq; ita Vlpiani legem interpretor,

qui in posthumi institutione, posthumū tantum ex vxore vocatum dixit, d quoniā & hæc institutio sub cōditione est, scilicet si posthumus nascetur, e ast in conditionibus verborum proprietas maximè solet attendi. f Ex quibus patet, quantum Imolensis vterq; & reliqui sint decepti, g qui in soluenda hac Antinomia tan-

to perē insudarunt, vnde materiam hanc in innumeras, & illas obscuras sectiones

distinxere. Nō omitto, quod Panormita & cæteri tradidere, h si testator liberorū verbo vsus fuerit, nunquam naturales venire, eò quòd liberorum verbum iuris sit, non naturæ, i at verò filius ad naturales

rales

rales aptius referatur. a Ipse tamen id vix ausim approbare, cum hæc tam subtilis differentia legibus recepta non videatur, animaduertamusq; vtrunq; verbum etiam in hac materia promiscuè plerunq; capi, & qui modò liberi dicti sunt, eosdē statim filios vocari. b Deinde si liberorum nomen sub se filios, nepotes, pronepotes, veluti genus complectitur, c Sanè sicuti filios naturales dici certum est, vt & ipsi fatètur, sic igitur & liberos eodem sensu accipi posse necesse erit, nam cui speciei nomen conuenit, eidem & propriè generis vocabulum aptū esse debet, cum genus de eo omni prædicetur, ad quod & species pertinet. d Vtuntur tamen hoc liberorum vocabulo authores sæpè pro iustis tantum filijs. Quintil. e Nisi fortè & hîc finitionem mouet, an liberi sint etiam non legitimi. Et Catullus loquens ad Hy-

a l. turelas, de cap. dimi.

b l. Lucius, in fin. de leg. 2. & d. §. si q; rogatus.

c d. l. liberorum.

d l. semper in generalib.

vbi Dec. de reg. iur. Bart. Rub. solu. matrim.

e lib. 3. c. 8.

*Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens,
Stirpe dicier.*

EMPHYTEOSIS TITIO
& filijs concessa, an ad naturales pertineat.

i *An filiorum appellatione contineantur fami-*

- fœminæ ex proprietate verborum.*
- 2 *In contractibus nomine filiorum veniunt naturales iam nati, nisi ut num. 6. & seq.*
 - 3 *Naturales quandoq; succedunt in feudo.*
 - 4 *Alteri quando liceat stipulari.*
 - 5 *Stipulatio pro se & filiis, intelligitur ordine successivo.*
 - 6 *Naturales nondum nati, non veniunt nomine filiorum.*
 - 7 *Fœmina naturalibus, & quandoq; spuris acquirit emphyteosin.*
 - 8 *Extantibus legitimis, naturales excluduntur,*
 - 9 *Naturales ad feuda non admittuntur, & quare.*

C A P. X X X.



a Ang. l. generaliter. §. cum autē. Bal. c. l. filium, de his qui sui Dec. c. in presentia. nu. 40. b l. Quicquid est ingendæ, de verb. obl.

Vid verò in contractibus, an filiorum verbum etiam ad naturales extendemus? Finge, stipulatus quis est emphyteosin sibi & filiis? vtrumne naturales his verbis comprehenduntur? Negant Angelus, Decius, & quidam alij, a tum quia in contractibus verba strictè & propriè accipi debent, b naturalis autem propriè non

non est filius, a tum quia in dubio verba semper contra stipulantem interpretamur, qui legem potuit apertius conscribere. b Exemplo illud est, & maximè filii, quòd cum appellatione filij & fœminæ quoque comprehendi regulariter soleant, c emphyteosis tamen & filiis concessa, ad fœminas non dicitur pertinere, d eò quòd vocabulum id filij, illas non ad eò proprio sensu, sed vi magis extensionis complectatur, e quantò ergò magis & naturales his verbis excludi debent? Quam sententiam quandoq; & Bartolus ea ratione comprobavit, f quòd scilicet pater ijs, cum extranei sint, nō potuit stipulari, g quemadmodum nec mater filio. h Contrariū tamen à plerisq; est approbatum, videturq; hæc crebrior sententia, i Ego, quoniā nec hos, nec illos omninò sequor, vt clariùs tota hæc res constare possit, sic censeo pronuntiandum. Si quis sibi & filiis fuerit stipulatus, siquidē tunc naturales habebat, & de ijs omninò actū censeo. Primū, quia verba hæc simpliciter sunt enūciata, quæ ex proprietate & naturales complecti apta sunt. k Deinde, quia etsi ea non esset verborū proprietates, in cōventionibus tamen contrahentium voluntatem potiùs quàm verba spectamus, l ex eo autē hunc naturalibus stipulari

a l. filium, de his qui sui sunt.
b l. veterib. de pact.
c l. si quis ita, de test. tu. l. si ita scriptum. de leg. 2.
d Arch. ca. si quis suadente. 17. q. 4. Rō. conf. 35. Alex. 61. in 1.
e l. pronuntiatio, in prin. ci. de verb. sig. l. quisquis, §. 1. & §. filius, C. ad l. Iul. ma.
f Bart. d. §. si quis rogatus.
g §. alteri. in sti. de inut. sti pu.
h l. debitor, in fin. ad Trebell.
i Alex. d. §. si quis, num. 22.
k l. Lucius, §. si. de leg. 2.
l l. in cōventionibus, de verb. sign.

a Marf. lib. r.
§. si seruus, de
quæst. num. 9.
b Cast. d. §. si
qs. nu. 5. facit
l. hæredib. §.
fi. ad Trebell.

c c. 1. §. natu-
rales, si de feu-
do fuer. con-
tro. int. dom.
d Aluar. d. §.
natural. co. 5.
e l. plenū. §.
equitij, cū Gl.
de vsu. & hab.
Ripa d. §. sigs.
num. 12.

f l. fin. C. quæ
res pign. obl.
g l. Lucius.
in fi. de leg. 2.
h l. tutelæ,
de cap. dimi.

i l. hos accu-
sare. §. fin. de
accus.
k Aut. ex cō-
plexu.

l Bar. l. quod
dicitur, in fi.
de verb. si qs.
num. 22.

m l. publica.
depos. l. pen.
C. ad exhib.
Bal. Alex. §. si
stipuler, in 9.
Fallen.

lari voluisse hoc casu colligimus, atque in
ijs vtrunq; ex contrahentibus cōsensisse,
quod scilicet soli tunc hi filij ipsi stipulā-
ti aderant, *a* quod optimum est volunta-
tis argumentum, vt Castrensis tradidit. *b*

Nam & cū aliās naturales in feudo non
succedant, *c* si tamen quis naturalem fi-
lium habēs, sibi & filijs præsentibus & fu-
turis stipuletur, naturalis etiam admitte-
tur, *d* quoniam contrahentium mentem
ex præsentī eorum statu & conditione col-
ligimus. *e* Quocircā verba hīc contra sti-
pulantem nō debemus interpretari, cūm
de mente constet, *f* & non improprio sen-
su sub ijs naturalis etiam contineatur, *g*
cuius filius naturæ sit nomen, *h* naturā-
que omnibus æquē communis sit, *i* & ij-
tantū filij appellari non possint, qui spu-
rij sunt, non naturales. *k* Minus repu-
gnat Bartoli argumentum, nam vt & ipse
alio in loco docuit, *l* licet cui libet super
re sua, vel quæ futura sit sua, alteri stipu-
lari. *m* Hinc crederem tunc & in his id
obseruandum, quod & in iustis filijs so-
let, vt scilicet ordine successiuo post mor-
tem tantū patris admittantur, *n* quo
tempore res verē illius iam effecta fue-
rit. *o* Quamuis enim hi non omninō ius-
ti sint filij, in quibus tantū successiuus
ille

n Doct. l. Gallus. §. quidam recte. o Alex. §.

ille ordo spectari solet, *a* nō tamen pror-
sus & extranei censentur, retinentq; filio-
rum quandam imaginem. *b* Verisimilē-
que est multum; patrem illis gradatim,
id est, post mortem suam, non prius fuisse
stipulatum, *c* ad exemplum legitimorum
filiorum, ne aliās plus hac stipulatione hi
naturales, quā cæteri veri filij consecu-
ti dici possint. *d* Declaro tamen supradi-
ctam regulam, *e* vt ita demūm natura-
les contineantur, si tunc extabant, cūm
stipulatio inita est, alioquin si post id tem-
pus in lucem fuerint suscepti, secus ar-
bitrarer: cessat enim tunc mentis conie-
ctura, de qua supra, stipulatioq; ipsa sub
conditione concepta censetur, scilicet si
filij nascentur, *f* vt superiori capite dis-
seruimus, in conditionibus autem vix vn-
quam à vera & propria verborum signi-
ficatione solemus recedere. *g* Accedit
quod in conditionibus ij vocati censentur,
qui ab intestato hæredēs esse pos-
sunt, *h* filijs enim vt hæredibus stipula-
mur. *i* Sed hi cū legitimi non sint hæ-
redes, *k* meritō nec ad emphyteosim vo-
cati intelligentur, nisi fortē secundum
eam distinctionem, supra à nobis latius
relata est, *l* quæ ratio cessat; quoties
tempore stipulationis iam nati sunt: tunc
enim constat ijs omninō patrem acquiri

N voluisse.

a c. Rayn. vbi
Abb. nu. 5. Ia-
son §. quidā
recte, nu. 24.
b c. fi. 32. q. 4.
Aut. licet. C.
de nat. lib.
c Afflic. De-
cis. 99.

d Paris. ca. in
præsentia,
nu. 91.

e Vide quæ
diximus cap.
præced.

f l. interdum
de ver. ob. l. 1. r.

g l. Mauius,
de cō. & dem.

h l. Lucius. 2
cum Gl. de he-

re. inst. l. fili-
fam. §. cū qs.

secundū verū
intell. de le. r.

i Gl. l. si tibi.
§. pactus, de
pact. Alex. d.

§. quidam re-
ct. num. 8.

k §. in Auth.
quib. mo. nat.

lui.

l supra ca. 27.

7 voluisse. Atque idem affirmo, quod si femina sibi & filijs hanc emphyt. fuerit stipulata, semper naturales, quandoque & spurios contineri, quoniam quo ad matrem, nihil ij à legitimis differunt, atque ab intestato succedunt. *a* Tunc etiam ex pronunciato nostro naturales admittimus, quoties vel tempore stipulationis vel post legitimi filij superessent, cum enim hoc filiorum nomine diuersas personas complectatur, ordine successorio ij prius semper vocati intelliguntur, quorum ab intestato potior est causa, *b* ideo æquum est, vt & hoc casu naturales à legitimis excludantur, qui & in adeunda hereditate, ijs quocumque casu longè sunt inferiores. *c* Rursus & ad naturales hæc tunc non pertinere dicuntur, vbi de feudi agitur successione, *d* ad id enim naturalibus non licet aspirare, seu ob rei ipsius, seu domini fortassè concedentis dignitatem. *e*

EMPHYT. ECCLESIASTICA, an ad naturales transeat, an etiam ad legitimos.

- 1 Naturales absq^{ue} peccato suscipi non possunt.
- 2 Ecclesia naturalibus est sacrabilior, quam ius civile.

3 An

a §. nouissimi. Inst. ad Orfic. l. pe. C. eo. Abb. ca. in presentia, nu. me. 24.

b Bart. l. iurandi. §. liberi. de oper. libert. Soz. §. quidam re. de. nu. 4.

c Auth. licet. C. de nat. lib. d. c. i. §. naturales. si de feud. fuer. *e* Doct. d. §. naturales.

- 3 An legitimi adhuc censeantur infames.
- 4 Emphyt. ecclesiastica illegitimo concessa, etiam ad eius naturales descendit.
- 5 Emphyt. acquiri potest spurij loco alimmentorum.

C A P. X X X I.



Ostremò limitat suprà traditam regulam omnes *a* in emphyteosi ecclesiastica, quàm ad naturales idcirco nolunt pertinere, quod huiusmodi filij absque peccato concipi nequeant, *b* quod cum maxime ecclesia abhorreat, *c* verisimile non est, de tali sobole eam vnquam cogitasse. Ego tamen in hoc subsisto, aut enim de naturalibus nondum natis loquimur, aut de natis iam, cum emphyteosis concedebatur. Priore casu, communè quidem limitationem sequor, non tamen communi ratione, sed ea, de qua modò egimus, quod in talibus filijs conditio sub intelligitur, si nascetur, *d* quæ res facit, vt de iustis tantum filijs verba hæc accipiatur. Aut verò de iam natis quærimus, & ipse quidè cõtrà sentio. Primò, quia peccati in his committendi nulla vertitur amplius

a Doc. §. si quis rogatus, & Canon. c. in presentia.

b c. meretrices. 32. q. 4. *c* cap. fin. de præscript.

d l. interdum, de verb. obli.

N 2 suspi-

a c. nemo, 32.
q. 4.

b De bonis tantum loquor, non facris ordinibus aut sacerdotibus, quæ illegitimis nunquam datur. c. 1. 2. de fili. presb. 6.

c arg. ca. cum haberet, in fili. de eo qui dux. in matr. d. c. dominus 56. dist.

e c. nasci, ca. dist.

f Ruin. §. & quid si tantum. g Rip. §. si qs. num. 50. & l. si vnquam, nu. 78. Paris. c. in presentia, nu. me. 47. 49. h Abb. c. tanta, qui fil. leg. col. 2.

suspicio, ex quo iam erant procreati. Deinde quia et si qua peccati adesset dubitatio, nescio cur eam magis in his, quam in cæteris priuatorum bonis velimus vindicare, cum omnibus generaliter concubinatus hodie sit interdictus, *a* Quod si quid in alterutro discriminis esset constituendum, facilius fortè hi, quo ad ecclesiastica, quam profana bona possent obtinere, *b* siquidem videmus ecclesiam multo quàm alias leges his benigniorem & propensioem, *c* nec enim quo ad eam quid interest, quomodocumque quis natus conceptusue sit, *d* cum ea cuiusque virtutes, vitiaue tantum respiciat, quæ non ex semine, sed ex propria voluntate contrahuntur. *e* Cum igitur in priuatis certum sit, eam peccati suspensionem nihil officere, quominus naturales quandoque ad emphyteosim admittantur, cum ex illa conditione, nulla delinquendi patribus prebeat occasio, ut aduersus Ruinum, *f* recentiores late & subtiliter ostenderunt, *g* cur in ecclesiasticis bonis diuersum ius constituemus? cum præsertim hodiè quo ad successionem, ius ciuile tantum obseruetur? *h* Contrariam tamen opinionem, ut modò dicebam, eatenus Doctores affirmant, ut licet quis natalibus restitutus esset, adhuc tamen ab ecclesiasticæ emphyteosis successione

3 fione excludendum censeant, *a* quoniã adhuc & legitimatis infamię quædam nota inhæreat, *b* quam maximè ecclesia detestatur. *c* Sed hoc intelligendum est, nisi per subsequens matrimonium legitimatus fuisset, cum tunc nihil prorsus à veris, & iustis filiis differat. *d* Aut nisi expressè ad bona ecclesiastica esset legitimatus, *e* ab eo videlicet, qui super rebus ecclesiæ posset statuere, qualis est solus Pontifex, *f* atque ille cui ab eo specialiter hæc facultas concessa fuit. *g* Cum enim Pontifex & de ipsis matrimonij initijs & origine possit decernere, *h* cur non & infamiam quamlibet, ac turpitudinis maculam delere? *i* Hoc tamen, ut dixi, esset ab ipso Pontifice exprimendum, nec sufficeret generaliter legitimorum iura dedisse, sed de bonis ecclesiasticis metio inprimis esset facienda. *k* Addidit etiam Baldus, *l* quod si initio hæc emphyteosis ab ecclesia illegitimo alicui pro se & filiis fuerit concessa, eius deinde & naturales filios in ea posse succedere, quoniam ex hoc constat, huiusmodi hominum genus ab ea non omninò despici. Sed hoc plerique repro-
bant ea ratione, quia si naturalis quispiã grauatus fuerit, si sine liberis decesserit, hære-

a Bal. l. general. §. cum autem. Imo. l. quod dicitur, de ver. obl. Alex. conf. 94. in r. Dec. 171. in princ.

b De hoc an verum sit, dicam inf. c. 55. c Alex. l. 3. de lib. & post. nu. me. 7.

d §. dubitatum Aut. de incept. nupt. Ancha. 229. Alex. §. si quis. nu. 18. e Glo. ca. 1. §. naturales, vbi Doct. si de feu. fuer. Alexan. 87. in 2.

f c. pervenerab. qui fil. le. ca. bene quidem, 96. dist. g c. quod translatio, cum Gl. de off. le. h c. tata, qui fil. leg. c. non debet, de consang. & aff.

i Soz. l. Galus. §. si eius. nu. §. c. innotuit, cum Gl. de elect.

k Gl. §. naturales, c. cum Vinton. cum Gl. de elect.

l Bald. c. quæ in ecclesiarum. de constit. nu. 51.

a l. generali-
ter. §. cum au-
tem, vbi Iaf.
in fin. C. de
inst. & subst.

b l. cum acu-
tissimi. C. de
fideic.

c Sozi. l. cum
auus. num. 65

d Ripa. §. si
quis. num. 66
Bald. d. c. quæ
in ecclesiarū.

e Afflic. De-
cif. 99.

hæreditatem restituere, non tamen defi-
ciet hæc conditio ob naturales tantum, ve-
rum ob iustos & legitimos liberos. a E-
go tamen cum Baldo sentio, & ad argu-
mentum respondeo, procedere id in con-
ditione tacita, quæ à lege fuit inducta, vt
successio ad filios trāsmitteretur. b Quo-
circà naturales non comprehendit, quo-
niam frustra in ijs subintelligeretur, cum
ab intestato hæredes esse non possunt, vt
acutissimè & latissimè à Sozino traditū
est, c Hic longè diuersum est, ex quo ille-
gitimus est is qui stipulatur, vnde elicitur
concedentis animus, qui talem sobolem
non aspernatur. d Hæc autem omnia in
proposita tantum quæst. affirmamus, vbi
de filijs solùm mentio facta fuit. Quod si
expressè pater emphyteosim sibi & filijs
suis naturalibus, aut etiam spurijs stipu-
latus esset, tunc sunt, qui dicant, emphy-
teosim illis rectè acquiri, quod alimentor-
um loco censeatur, & pro ea tantum par-
tè ijs sit decernenda. e

VTRVM IN LEGE COM-
muni vel municip. filiorum appel-
latione, illegitimi compre-
hendantur.

- 1 *Varie opin. in quest. proposita,*
- 2 *Testamen. inter filios naturales factum,*

CUM

- 3 *cum duob. tantum testib. non valet.*
- 4 *Quando filij nomine veniat illegitimus.*
- 5 *Immunitas concessa patri ob numerum filiorum, intelligitur de legitimis.*
- 6 *An verum sit unquam illegitimos legiti-
mīs fauorabiliores esse.*
- 7 *Maior pœna à maiori plerunq; bono ori-
tur.*
- 8 *Exempla varia vbi nomine filiorum nō
continentur illegitimi.*
- 9 *Regulariter filij nomen ad illegitimos nō
pertinet.*

C A P. X X X I I.



Rdua in primis, & diffici-
lior cæteris a illa est dispu-
tatio, an in legis dispositio-
ne, filiorum vocabulo na-
turales cõtineantur. Qui-
dam b enim ociosè nimis
distinxisse videtur, vt in legis dispositione
contineantur, in hominis secus. Alij c cõ-
siderandum esse duxerunt, an negando, an
verò enunciando lex disponderet. Alij d
latius differentes, actum naturalè à ciuili,
delictum patris à filij, incommodū eius
ab alio secruere. Plumbinus e quoq; na-
turalem materiam à ciuili, fauorem ab o-
dio, rursus quod odium ratione nitere-
tur, ab alio seiungendum, arbitratus est

a Alexā. l. ex
facto. §. si qs
rogatus, ad
Treb. nu. 25.

b Cyn. l. cum
pater. §. volo,
de leg. 2.

c Bald. l. Li-
bertinum. C.
de int. matz.

d Cast. d. §. si
quis rogatus.

e In dispu.
Statuto pis.
vlt. pa.

a d. §. si quis.

Ioan. *a* Imol. adeò verbosè locutus est, vt non sit expeditum ex regula aliqua loqui ex eius distinctionibus, & subdistinctionibus, sed quod de normalesbia aiūt, regulam ad factorū euentus inflectere doceat. Alex. varios quandoq; casus confiderauit, multipliciterq; distinxit, *b* alibi pro regula constituendum censuit, *c* filiorū appellatione naturales non venire, subinde tamen de ea limitandum, cū lex pœnam filijs imponeret, *d* vel cum ratione naturali niteretur. *e* Sed cū legamus filiam, cuius pater artem ludicram exercuerit, senatorio viro nubere non posse, nec id in naturali locum habere, *f* velintq; pleriq; testamentum duorum testimonio munitū inter naturales filios, irritum haberi, *g* & tamen naturali ratione inter iustos filios admissum sit, *h* quo iure in ore duorum stat omne verbum, *i* vixq; sit legem inuenire, quæ naturali aliqua ratione non fulciatur, *k* non sat firma videtur Alex. doctrina, vt alia omittā, quæ in contrariū adduci possent. Alia etiā Cyni Iacobiq; distinctio, quæ cōmuniter recepta asseritur, *l* non satis præsentē explicat difficultatē. Panormitanus paucis rem absolui posse existimauit, *m* nempe vt attendamus verbis, ne legis aut ratione naturales comprehendantur. Et Bar

tol.

b conf. 60. in 2. num. 18.

c d. §. si quis. num. 31.

d Gl. c. statutum. 2. de hx. in 6.

e l. parentes, de in ius voc. f l. lege. §. i. de rit. nup.

g l. Alex. d. §. si quis. nu. 45. & in §. ex imperfecto. C. de testa. Dec. conf. 610.

h d. §. ex imperfecto, vbi Doct.

i c. cūm esses c. relatum, de test.

k c. erit autē. 4. dist.

l Alex. d. §. si quis. n. 28. 30.

m In c. in præsentia, in 1.

Gl. ver. nunc attende.

tol. *a* nil temerè dijudicandum, sed materiam subiectam, & mentem disponentiū attendendam credidit, quod & doctiss. Alciatus comprobauit in familia: vocabulo. *b* Alij alia etiam tradiderunt. *c* In tāta igitur difficultate, Felinus cūm immensum videret pelagus, pedem retulit, seq; ei committere ausus non est, *d* vnde & nos subsistimus. Quòd si nostram sententiam proferre cogamur, à Bartolo & Panormitano, in idem propè conuenientibus, doctissimis & fidissimis iuris nostri interpretibus recedere non auderemus, vt ex subiecta materia dijudicemus, spectemusq; *e* & verba, *e* & rationem legis, *f* vt si expressa sit ratio, vel vna & certa adduci possit, vbi de filio lex loquitur, eaq; vigeat in naturali, sine dubio naturalem contineridicamus, quia hīc nulla est extēsiō de persona ad personam, sed legis dispositio, & comprehensio, *g* vt cōmuniter approbāt iuris interpretes, *h* lege enim cautum dicitur, non solūm quod verbis, sed & quod mente, & sententia comprehenditur. *i* Quòd si nec verba, nec ratio expressa, vel vnica inclusa, naturales cōplectatur, à verbi propria significatione, quæ filiū ex iustis tantūm nuptijs procreatū appellat, *k* recedendū non arbitraret. *l* Et breui hac Bart. & Panorm. distinctione, omnia quæ

N 5 per

a Bart. l. tutelae, de capi. d. l. pronunc. §. familiae, de verb. sig.

b d. §. familia. ad fin.

c Corn. conf. 9. in 4. litera c. Ruin conf. 9. in 4.

d Fel. d. ca. in præsentia, nume. 33.

e l. non aliter, de leg. 3. l. labeo, de sup. leg.

f l. nominis. §. i. de verbo. sign.

g l. his solis. ver. satis tacite. C. de reuod. don.

h Cast. Iaf. l. quamuis. nu. 6. C. de fideicom.

i d. l. nominis.

k l. filium, de his qui sui sunt.

l d. l. non aliter. d. l. labeo.

per Doctores congeruntur & inuoluuntur, digeri & componi posse arbitror. Sit igitur pro regula, In legum dispositione, filios eos accipi, qui iusti sunt, *a* non naturales. *b* Vnde statutum, quod extantibus filiis masculis foeminas à successione repellit, de naturalibus non intelligitur, sed de legitimis, *c* & dicimus immunitatem patri ob numerum filiorum concessam, tunc demum locum habere, si iusti sint. *d* Et cum filiam, cuius pater ludicram artem exercuit, Senatorio nubere lex prohibet, de ea intelligendum, quæ iusta sit filia, non etiã cuius pater naturalis tantum artem illam secutus sit. *e* Ex quibus cernere est, iustis filiis, patris vel honorẽ, vel turpitudinem, & prodesse & nocere, illegitimis non æquẽ. Vnde & dictum illud à Doctoribus sæpè iactatum, *f* nunquam illegitimis magis quàm legitimis subueniendum, ne castitati luxum, libidinemq; anteponamus, non semper utiq; firmum erit. In vniuersum quidem fateor, dictum id locum obtinere posse. *g* Verum cum ad particularia quædam inde deriuantia respicimus, nonnunquam secus est. Ecce enim cum quid alicui beneficij, & muneris loco conceditur, quis eum non dicat cæteris, qui eius participes non sunt, longè esse fauorabiliorem? plerunq; tamen
 lucrum

a d. l. filium.

b l. Senator. cum Gl. l. liberos, cum Glo. de senator.

c Tiraq. l. si vnquam, nu. 48. ver. susc. l. i. ber. C. de reu. don.

d l. 2. §. 1. de excus. tut.

e l. lege. §. 1. de rit. nupt.

f Alex. in d. §. si quis. Doc. in c. in presentia, Auth. de resti. & ea quæ par.

g d. Auth. de resti.

lucrum id incommodum aliquod subsequitur, *a* quod à præcedenti beneficio seiungi nequit, *b* facitque vt cæteri, ad quos id commodum non pertinuit, gratiosiores idè esse videantur, quod eo one res sint liberati, cum tamen res longè aliter se habeat, siquidem maior pœna à maiori etiam plerunq; bono descendit, vt ait Bartolus. *c* Sic & iustus filius, non idè quod patri acquirat, *d* illegitimus sibi, *e* ille sub alieno iugo, hic sui iuris sit, idè absolutè felicior erit illegitimus, cum in vniuersum longè sit melior iusti cõditio, qui omnia patris bona capere poterit, honores, dignitates, quæ illegitimo interduntur. Atq; hæc ego ita declaranda censeo, licet aliqui aliter senserint. *f* Sic interdictio facta patri, ne seruos alienet in adulterio filia, de iusta filia intelligitur. *g* Sic lex permittens patri inter liberos duobus testibus testari, solum in iustis filiis locum habet, *b* Et lex Municipalis cogens quoscunq; de omnibus sibi relictis, aliquid soluere fisco, exceptis filiis, naturales nõ excipiet, cum enim ea sit ratio excipiendi filios, quia magis quod suum iam erat, consequi, quàm lucrum querere videatur, nec naturalibus paterna hæreditas præter alimenta debeat, *k* meritò aliud ius in eis statuendum fuit, nec à verborum proprie-

a Bal. l. quod fauore, in 7. l. i. mira. C. de legibus.

b l. 1. §. pro secundo. C. de cad. tollen.

c l. 1. C. de digni. lib. 12. nu. me. 88. & Fel.

c cum quedã, de iureiuran.

d l. placer, de acq. hæ.

e l. si vbi Docto. C. de nat. lib.

f Paris. ca. in presentia, nu. me. 81. in fin. & sequ.

g l. 3. C. de adulter.

h Dec. confi. 610. Alex. & Natta in §. ex imperfecto.

i l. in suis, de lib. & posthu. Dec. l. si. nu.

m. 12. C. de edict. diu. Adr.

k Aut. quib. mod. nat. sui. §. antepen.

proprietate recedendum. Nam si aliàs videmus, vbi eodem verbo plura significantur, quæ sine vlla suspitione, & delicto, iure sunt approbata, verbū tamen ipsum absolutè prolatum in nobiliori tantum sensu capi, *a* quo magis id in casu nostro dicendū fuerit, vbi alterū delictum sapit, nec nisi certis casibus tali nomine dignū existimatur? *b* Ex his infertur, si lege Municipalī pater filij condemnationem redimere teneatur, de iusto intelligendum, *c* ea enim videtur fuisse statuēdi ratio, quia iure patriæ potestatis à filio emolumentū capit, *d* & iure patriæ potestatis potuit eum compescere, *e* ideo & incommodū, & mollioris suæ educationis pœnas, non iniquum est eum sustinere, *f* qui enim potuit rebus prospicere, & euentus quosdam impedire, si hæc omisit, culpæ reus est. *g* Sic quoq; si lege vel rescripto Regi concedatur, vt ipse cum filiis intra domesticos parietes facere rem diuinam possit, hîc illegitimi filij non comprehenduntur, cū generaliter hoc cæteris sit interdictum, *h* nec enim est verisimile, quos ecclesiastica constitutio detestatur, & à sacris repellit, *i* eos generali lege vel rescripto in rebus diuinis adiuuari. *k* Et generaliter vbiunque non erit expressa ratio, vel certa assignari possit, qua naturalis

com-

a l. i. §. i. si ag. veēt. vel cmph.

b facit c. fin. de restit. spol. in 6. arg. l.

hoc leg. de leg. 3. & l. fin.

c. de his qui ven. xta.

c Alex. d. §. si quis, nu. 30.

d d. l. placet. l. 2. 3. C. de patr. pot.

e d. l. 3 C. de patr. pot.

f l. secundū naturam, de reg. iur.

g l. quod qd ex. & l. qui nō facit, de regu. iur.

h Glo. Clem. i. de baptif. Alex. d. §. si quis, nu. 25.

i c. pervenerabi. in fi. qui fil. leg. ca. 1. & rot. tit. de fil. presbyt.

k c. fi. dereft. spol. in 6. arg.

comprehendatur, siue communi, siue Municipalī lege, de filijs fiat mentio, de iustis intelligemus, ne à verbi proprietate, aut à regula facilè recedamus. *a*

a Glo. l. omnis diffinitio. Bar. l. quociens. si quis. caution.

QUANDO IN LEGIBVS
nomine filiorum, veniant
illegitimi.

- 1 *Illegitimi patrem in ius sine venia non vocant.*
- 2 *Filij patrum exempla solent imitari.*
- 3 *Pater iniuriam illatam naturali filio potest prosequi, & contra.*
- 4 *Statutum de causis compromittent. inter patrem & filium, pertinet etiam ad naturales.*
- 5 *Intell. l. 3. C. de adult.*
- 6 *Cur mater inter naturales filios cū duobus testibus testetur, non pater.*
- 7 *Appellatione filiorum, in dubio non veniunt illegitimi.*
- 8 *Ex communi usu loquendi, secus.*
- 9 *Aliud est dici filium simpliciter, aliud dici filium spurium.*

C A P. X X X I I I.

V B I



a l. nōminis
& rei. §. i. de
ver. sign.

b l. 4. de in
ius vocan.

c l. 2. C. de in
ius voc.

d l. parentes,
de in ius voc.
Iaf. §. poena-
les. Inst. de
act. nu. 60.

e l. adoptiu⁹.
§. i. de ri. nup.
f d. §. i. & l. &
nihil. eod. tit.

g l. non est. l.
non solum. l.
liberum. 2.
de ri. nup. vbi
expressa ra-
tio.

h l. Libertinū
C. de interdi.
mar.

i d. l. libertū,
d. l. nō solū. &
l. hos accusa.
§. fi. de accus.

VI verò expressa erit in lege ratio, vel certa deprehendi poterit, quæ ad illegitimos pertineat, tūc & de ijs actū in lege dicemus, quāuis illi expressè non sint nominati. *a* Vnde & multò magis hoc affirmabimus, quando verbis etiam legis absque alia interpretatione cōtineantur. Ecce ait lex: parētes in ius sine venia vocari nō licere, *b* hīc sanè, cū nulla alia sit ratio, nisi quòd honorem ijs habere æquum est, qui nobis benefici adeò fuere, vt eis vel vitam vel libertatem acceptam feramus, *c* meritò & naturali patri eum honore deberi dicendū fuisset, quàm ius lex non expressisset. *d* Sic & in matrimonijs, cū pudor naturalis attendatur, *e* meritò inter naturales etiam ac illegitimos obseruatur. *f* Sic & fraudis suspitio, cū impedit matrimonium inter tutorem & eius filios, in potestate vel extra potestatem, vel etiam extraneos hæredes, vel filios præteritos, vel exhæredatos, *g* ideò & naturales comprehendet, *h* ex sententia legis remouentis eos, in quibus inest fraudis aliqua suspitio, propter affectionem & communem naturam tutoris in eos, *i* Pari ratione coërcentur filij naturales ob paternum læsæ maiestatis crimen, quia

in

a in filijs similia metuuntur, *a* at potissimum naturales & illegitimi paternæ nequitix sunt imitatores, *b* qua ratione si statuunt ciues, vt rebelles, exules, hæretici, cum filijs, ab officijs, honoribus, & vrbe arceantur, naturales quoq; filij excludentur, *c* eò quòd illa exclusionis est ratio, quia paterna exempla veremur. Sic naturalis pater, iniuriarum agere poterit aduersus eum, qui filium naturalem læserit, quoniam ea competit actio, quotiens ijs iniuria infertur, qui potestati aut affectui nostro subiiciuntur, *d* sed naturales quoq; ad dolorem ignominiamq; nostram pertinent, *e* Nec aliud dicendum est, cū lex permittit filium pro patre agere, vel è conuerso, ea enim est ratio, quòd confidit lex fideles futuros naturali illa affectione & pietate, quam interdum in naturalibus maiorem intuemur. *f* Sic & lex Pompeia de parricidijs, vel alia quælibet infesta filijs, qui patrem occiderunt, naturales etiam arctabit, quòd affectionem lex consideret *g* & naturam communem, *h* qua etiam inductum est, vt accusare naturalis possit, & patris necem vindicare, *i* expressa enim ratio, vel certa quæ ex primi potest, hoc operatur, vt suprà demonstratum est. Hinc cum Paulo, Alexandroque *k* existimarim, cum lege Municipij

a l. quisquis
§. i. C. ad l. Iulia. ma.

b c. literas. r. & fi. de fi. presbyt. c. si gens. 56. dist. Alexā. d. §. si quis rogatus. nu. 25. c. Alexā. post Imo. d. §. si qs. nu. 31. licet Bal. cum Angel. quandoque aliter, vt ibi.

d l. i. de iniu.

e l. 3. 2. r. in fi. de lib. cā. l. adoptiuus. §. i. ver. pudor, de rit. nup. cum l. i. §. vique adeò pudorē, de iniur. Alexand. d. §. si quis. num. 38. f. Alex. d. §. si quis. num. 39. & seq.

g l. i. in prin. C. de his qui par.

h l. hos accusare. §. i. de accus.

i Bart. l. 2. de accus.

k d. §. si quis rogat. nu. 33.

cipij cauetur, ne filius cum patre in iudi-
 cijs ordinarijs consistat, sed in communes
 amicos compromittat, naturales quoque
 contineri, *a* quandoquidem honorem &
 reuerentiam, quæ patri debetur, *b* à sta-
 tuentibus consideratos verisimile est, &
 quoniam inter tales domi congruentius
 res trāfigitur. *c* Generaliter ergò à regula
 recedemus, quotiens expressa ratio in no-
 ta lege, vel certa, diuersos nos trahet. *d*
 Nec quenquam mouere debet, quòd ma-
 ter, in cuius potestate filia non sit, quæ a-
 dulterium commisit, seruos suos in tra-
 gitimum tempus manumittere nequeat,
 & tamen pater naturalis possit, *e* nam
 cùm verba legis super hac re disponentis,
 & sententia vel ratio, quæ fortè fuerat ex-
 pressa, sint sublata Imperatoris testimo-
 nio, affirmantis, & verba, & sententiā le-
 gis, iustū tantū patrem arctasse, *f* credē-
 dum est, nec diuinandū à nobis aduersus
 Imperatoris testimoniū. *g* Quin illa Im-
 peratoris sanctio maximè nostrā hanc di-
 stinctionem firmat in præsentī materia, ut
 scilicet legis verba, ratioque potissimū in-
 spiciatur. Nec rursus quod suprā dixim⁹,
 testamentum à patre factum duobus tan-
 tum testibus inter naturales liberos, non
 subsistere, cùm in matre aliud sit, ab-
 sonum videri debet, & si Speculator, *h*
 Imola

a Mar. Blan.
 in tract. de
 compro. q. 3.
 nu. 7. 13.

b l. 2. C. de in-
 ius voc. l. pa-
 rentes. C. eo.

c l. congruē-
 tius. C. de pa-
 potest.

d l. si quis tu-
 tor. §. quid er-
 go, de ri. nup.

e l. 3. C. de a-
 dult.

f d. l. 3.

g l. 1. §. hoc e-
 tiam. C. de
 vet. iur. enuc.

h Spec. in ti.
 de instr. ed. §.
 compendio-
 se. ver. quid si
 pater natura-
 lis. Imo. d. §.
 si quis.

Imola & recentiores quidam *a* aliter sen-
 sisse videantur, nec enim ratio certa est,
 eadem in patre naturali ac matre, siqui-
 dem matris etiam naturalis bona, ab in-
 testato filijs vel spurijs debentur, nisi sit
 illustris *b* vnde & ei, ac per eius lineam
 cognatis, coniuncti dicuntur, *c* at secus
 in patre naturali. *d* Constitutionis autē
 Imperatoriæ, *e* ea videtur fuisse ratio, ut
 inter liberos testamentum duobus testib.
 valeret, quia nihilominus ab intestato ad
 eos peruentura esset hæreditas. *f* Ideò
 cùm certa ratio non vrgeat, à regula non
 fuit recedendum. Nil ergo in re dubia cō-
 stituemus, sed subiectā materiam, verba,
 & sententiam nouæ vel antiquæ legis con-
 siderabimus, etsi certa ratione ducemur,
 ut etiam naturales filios nominemus, id
 faciemus: sin ratio aperta non sit, sed va-
 ria vel multiplex afferatur, tunc à regula
 non discedemus. *g* Quæ quidem ego ita
 se de iure habere arbitror.

Quòd si communis vsus loquendi in
 filiorum appellatione diuersus esset, ille-
 gitimosque etiam æquè ac legitimos com-
 plecteretur, ei tunc magis sanè quàm legū
 rationibus & regulis esset deferendum,
 tuncque nulla esset dubitatio, in quacunq;
 dispositione, vbi de filijs fieret mentio, &
 de his actum esse. *h* Nam & in testamen-

a Nara. In Re-
 pet. §. ex im-
 perfecto, q. 14
 in fin.

b l. si qua il-
 lustris, vbi
 Doct. C. ad
 Orfic.

c Felin. cap.
 sunt, & alij,
 de resc. nu. 53
d Alex. d. §. si
 quis. num. 41.

42.
e d. §. ex im-
 perfecto.

f Iaf. l. hac
 consultifs. C.
 qui testa. fac.
 nu. 4. Dec. nu.
 37.

g Gl. l. omnis
 definitio, de
 reg. iur.

h Bart. l. pro-
 nunciatio. §.
 r. de ver. sign.
 & l. fin. C. eo.
 Ang. conf. 30.
 Anch. 187. col.
 fin.

a Iaf. confil.
51. in 3.

to, si naturales filij nominentur, veniunt etiam spurij, ob communem vsu loquēdi, a quamuis propriè spurij à naturalibus valdè differant. In eo tamen cauendum erit, ne decipiamur, an spurij ex communi vsu loquendi filij simpliciter, an verò filij spurij nominentur, & ita cum hac adiectione spuriorum. Nam tunc si statutum de filiis tantum loqueretur, fortè nec communi vsu continerentur, ex quo vulgò non filij alicuius simpliciter, sed filij illius spurij vocantur, qua in re multi errare solent, vt Angelus respondit. *b* Remoto verò hoc communi vsu, tunc difficillimam omninò hanc quæstionem esse censeo, pro qua tamen decidenda, clarior mihi & expeditior præ cæteris nostra hæc sententia visa est, quam duplici tantum capite complecti volui, quòd ex his duobus veluti fontibus cæteræ omnes quæstiones manant, quæ sanè infinitæ sunt, ob idq; singulas latius persequi nō libuit, quod operæ precium non putauī, cum ad hæc duo capita omnia facillimè & breuissimè redigi possint, longiùs in vnaquaque separatim disputando, tempus frustra consumere, quod nimis ociosum hominis esset, & acutioribus etiam ingenijs fortassè molestum.

b Ang. conf.
401. col. fin.


AN

AN L. SI VNQVAM. C.
de reuoc. don. habeat locum
in illegitimis filiis.

- 1 Naturales aequè ac legitimi à patre viderentur diligendi. & num 7.
- 2 Legitimatione filij donatio non reuocatur.
- 3 Naturalis præteritus à patre non impugnat testamentum, nisi ut & numero 10.
- 4 Vbi lex subaudit filios, semper intelligit de iustis.
- 5 Liberorum nomen Iuris est.
- 6 Naturales non videntur filij.
- 7 Quare si naturalis secundum naturam sunt, affectio patris erga eos non presumatur.
- 8 Naturales pro qua parte rescindere donationem possint.
- 9 Naturales & spurij quandoq; reuocant donationem matris.
- 10 Ratione alimentorum, spurij præteriti, patris testamentum rescindunt.

CAP. XXXIII.

O 2 Caius



Aius Martius liberorū sobole carēs, ex mera liberalitate & munificencia, bona sua omnia Sempronio donarat, aliquotq; pōst diebus filiū sibi illegitimum quæsiuit;

Dubitatum est, an ex Constantini constitutione *a* hæc donatio esset reuocanda, Qua in re Doctores reperio, variè, prout & in præcedentibus ferè omnibus quaestionibus, sensisse. Namq; Oldradus vir grauisimus ob legitimam tantum sobolē repeti donationem factam tradidit, *b* qua in sententia Baldus etiam sæpè fuit. *c* Alexander in spurijs quidem id ipsum affirmauit, eorū procreatione donationē minimè reuocari, ast de naturalib. valdè dubitauit, nihilq; de ijs certò pronūciare ausus est. *d* Ripa apertè distinxit, *e* naturales filios perinde ac legitimos donationē antea factā, statim irritā reddere, spurios nō reddere. Recētiore deinde alij indistinctè voluerunt, *f* quoscunq; filios seu naturales siue spurios nihil donationi iam factæ nocere, cū id tantum in legitimè natis seruetur. Ex quibus res satis dubia videri potest: quod tamen ad spurios attinet, in his omnes cōsentiunt, & ego quoque affirmo, eos ad infirmendam talem donationem minimè admitti, nisi vt infra

a l. si vnquā. C. de reuoc. do.

b Oldr. conf. 278. col. fi. argu. l. qui libertinus. §. penul. de ope. liber.

c Bald. c. innotuit, num. 8. de elect. & consilio 129. in 2. col. fi.

d Alex. conf. 40. in 4. num. 14.

e in d. l. si vnquam. nu. 65. 73.

f Tiraq. d. l. si vnquam. ver. susceperit liberos. nu. 45. 51.

frā dicemus. Sed de naturalibus videbatur Ripæ opinio prima quidem fronte satis esse probabilis, illos scilicet donationem prorsus valere infringere, non solum quod videmus naturales à legibus plurimis in rebus vt filios agnosci, *a* cū & eis ab intestato certam successionis partem in bonis paternis tribuant, *b* verum etiam quia cū illa Constantini sanctio ea solum nitatur ratione, quod verisimile nō est, patrem si existimasset, se liberos habiturum, ita res suas extraneis voluisse donare. *c* cadit hæc quoque præsumptio erga naturales filios, siquidem affectio hæc parentum in liberos, ex Iure naturali potius, quàm ciuili spectatur. *d* Ast Iure naturæ nulla sit differentia inter legitimos & illegitimos, *e* æqualisq; erga omnes pietas & beneuolentia patris esse censetur, *f* igitur & exemplo legitimorum filiorum à naturalibus tota hæc videtur donatio retractanda.

Ego tamen hanc sententiam, aut consulendo, aut iudicando nunquam sequer, credo enim legitimos opus esse filios agnosci, vt ius perfectum donationis rescindatur, suntq; innumera, quæ hoc rectè probant argumenta, quæ tamen ego vti non valdè necessaria in præsentem missa facio. Considero verò id imprimis dubi-

a l. parētes, vbi Bal. de in ius voca.

b Auth. licet. C. de nat lib.

c Arg. l. cū auus, de cōd. & demonstr. l. cū accutissi mi. C. de fideicom.

d l. Lucius. §. amicissim. de exc. tut. l. hos. §. pen. de accus. l. adoptiuus. §. serui-les, de ritu nupt.

e §. natura. Aut. qui. mo. nat. sui.

f Bald. c. quæ in eccles. de const. col. fin. Anchar. 275. colum. pen.

^a Bald. l. 2. in fin. C. si in fr. patr. Iaf. Rub. de li. & posth. nu. 4. Tiraqu. d. l. si vnquā. verf. suscept. rit. num. 58.
^b Barr. l. tale pactum, in fi. de pact. Tiraquell. l. si vnquam. ver. liberis. nu. 52.
^c Gl. l. 1. ver. naturales. & Barr. de contrata. Alex. cō. fil. 74. in 2. in fi. Gui Pap. q. 632. col. fin.
^d l. omnimo do. l. quoniā. C. de inof. testam.
^e l. si quis argentum. §. fi. C. de dona.
^f prout in d. l. si vnquam.
^g l. generali ter. §. cū aūt. C. de instit. & subst.
^h Alex. §. si qs rogat. nu. 11. 12. Iaf. d. §. cū aūt. nu. 6.
ⁱ l. ex facto. §. si quis rog. ad Trebel.

tare Doctores solere, an si post donationē legitimetur filius, ex hoc donatio reuocetur, frequentius q̄ omninō concludere nō reuocari. *a* Quōd si id in filio natalibus restituito ita obtinet, quis iam locus erit quæstioni de naturali tantū, cui benignū illud principis lumē nondū affulsit, sed nube adhuc illa circumfusus iacet? Volunt hi quoque actus inter viuos difficilius multō, quā vltimas voluntates rescindi. *b* Sed certum est filium naturalē à patre præteritum in testamēto, siue ante, seu post testamentum natus fuerit, illud impugnare non posse, *c* cū ei non debeat legitima ab intestato, quæ sola ius nobis tribuit aduersus iudicium patris. *d* Quominus ergō donatio cuius fauore vt sustineatur, multa aduersus regulas iuris sunt recepta, *e* hac sola naturalis filij procreatione rescindetur? Accedit quoq̄, quōd vbi lex mentem alicuius interpretatur, vt filios suos in aliquo actu excludere noluerit, quāuis de ijs nihil ibi expresserit, *f* semper de iustis & legitimis filijs intelligit, non naturalibus. *g* Vnde in hoc differre dicunt, *h* An conditio illa, si sine liberis, à testatore fuerit prolata, an verō tacitē à lege subintellecta, quod priore casu quandoque & naturales ex mente comprehenduntur, *i* posteriore nunquam,

quam. *a* Sed cū in casu nostro hæc conditio (vt si filij nascentur, donatio nulla sit) à lege subaudiatur, *b* Propterea fatendum est legitimos oportere filios nasci, non naturales tantū. Omitto hīc etiam liberorum nomen, *c* iuris esse, & ideō de iustis tantū intelligendum, cū verba secundum ius nō factum accipi debeāt. *d* Omitto & quæ aliās diximus de legū interpretatione, cū ostendimus vbi leges de filijs aut liberis mentionem faciunt, in dubio de legitima tantū sobole hæc omnia accipienda. *e* Prætereo & illud, quōd cū illa constitutio *f* fit aduersus regulas Iuris, *g* debet strictissimē accipi, & in vero tantū ac proprio, nō ficto casu impleri. *h* Quid plura? extat ferē huius ipsius facti, aut parum certē ab similibus, Diocletiani Imperatoris decisio, *i* qua cauet vt filij aut nepotes ex legitimo matrimonio nati in officiosam donationē possint accusare, quasi sentiat, *k* alios illegitimē natos ab hac re exclusos esse, vt verba illa satis innuunt. Nō obstat ergō, quōd & naturales filij videantur, eō quōd in certis bonis ab intestato patri succedunt. Immo enim hæc ratio suadere videtur, hos filios non esse, cū in omnibus bonis non sint heredes patri, vt filij solent, nec eius nobilitatem, aut agnationis ius reti-

^a d. §. cū autem.
^b Barr. l. Titia. §. Imperator, de leg. 2.
^c de quo in d. l. si vnquā. ibi, postea suscepit liberos.
^d l. 4. §. condemnatum, de re iudic.
^e l. 2. §. legitimos, de excu. tut. & supra cap. præced. f. d. l. si vnquam.
^g l. perfect. C. de do. quæ sub mo. l. si donationem. C. de reuoc. do. l. sicut. C. de act. & obl.
^h l. 3. §. hæc verba, vbi Bartol. de neg. gest.
ⁱ l. si totas. C. de inof. don.
^k Argua contrario.

a Bart. Iaf. l.
fi. 3. col. C. de
verb. sign.
b l. fin. C. de
nat. lib.

neant, *a* nec eis quicquam de bonis pa-
tris eo inuito debeat *b* quæ omnia à
vera filiorum conditione longè sunt ali-
na. Ita vt dici possit, quamuis ab intesta-
to quandoque duas paternæ hereditatis
vncias capiant, id pietatis potiùs causa ita
eis concedi, quàm quòd vt filij tractètur,
& tales Iure habeantur. Alia etiam ratio,
in contrarium adducta, quæ adstruit ean-
dem parentum charitatem & dilectionem
in naturales ac legitimos, nullatenus ve-
ra est. Nam Iure naturæ omnes & nomine
& re ipsa erant verè legitimi, nec talis so-
boles adhuc in lucem venerat, vt aliàs o-
stendimus, *c* Aut si qui erant eo quoque
tempore illegitimi, potuisset tunc tan-
tùm supradicta ratio procedere, si adhuc
natura ipsa pristinam illam tam variæ li-
bidinis, incertiq; concubitus libertatem
retinuisset. Ast vbi legibus scriptis, huic
passim vaganti hominum libidini frenum
iniectum est, ad certosq; fines hæ hominũ
cõiunctiones redactæ, certè limitata quo-
que & affectio paterna in ijs tantùm filijs
esse censetur, quos lex probat, cùm vnus-
quisque ea velle & cogitare præsumatur,
quæ secundum leges sunt, *d* ob idq; fit,
vt cùm naturalium lex nullam ferè ratio-
nem habeat, *e* nec pater quoque de ijs
valdè sollicitus fuisse existimetur. *f* Quæ
fanè

d l. heredes
mei. §. cum
ita. ad Trebel.
vbi Bar. Alex.
Sozin.

e d. l. genera-
liter. §. cum
autem.

f Tiraq. d. l. si
vnquã. ver. do-
natione largi-
tus. nu. 247.

fanè coniectura eo magis hodiè proban-
da est, quo constat tales filios absque gra-
ui peccato concipi non posse, ex quo con-
cubinatus nunc quibuslibet interdictus
est. *a* Quis enim aliquem præsumat, de
ea re in dubio cogitasse, quæ æternæ salu-
ti summum est dispendium allatura? Oc-
currit mihi nunc tamen alia opinio, de
qua me antea latè disputasse memini. *b*
Vt dicamus, pro qua parte naturales ad
successionem ab intestato vocantur, pro
eadem etiam vt filios Iure haberi, & pro-
pterea sicuti conditionem illam, Si sine li-
beris, quo ad duas vncias extinguunt, sic
quoque donationem hanc pro eadem por-
tione posse reuocare, vt semper patris vo-
luntatem ex Iuris dispositione interpre-
temur. Quam quidem sententiam, cùm
aliàs pluribus rationib. asseruerim, si quæ
ibi dicta sunt, fortè subsistunt, credo ex ijs
quoq; præsentem quæstionem adiuuari pos-
se, ad quæ hoc caput reijciendum erit. Hæc
verò ita se habent in naturalibus filijs, vbi
à patre donatio facta est. Ast si mater hanc
liberalitatem exercuisset, posteaq; natu-
rales suscepisset, credo tunc in totum do-
nationem reuocari, quia & hi in vniuer-
sum ab intestato illi succedunt. *c* Idem-
que dicendum erit de spurijs, dum tamen
ex damnato concubitu non sint, ec.

a c. nemo. 32.
q. 4.

b cap. 27.

c l. pen. in fi.
C. ad Orfic.

tri quidem quo ad reuocandam donationem prodesse, quia & ei possunt succedere, *a* patri verò, quia ab eius legitima hæred. repelluntur, nihil prodesse. *b* Hodie tamen cum & spurij à patre necessariò semper alimenta debeantur, & dici potest ratione alimentorum, nunc & hanc donationem patris quo ad eam partem rescindi, quia & quo ad hanc partem testamentum illius à spurio impugnari potest. *d* Aut alia ratione ei iudicis officio consulendum erit, vt donatarius ex rebus donatis illis ad victum necessaria subministret. *e* Vnde & inferri potest, si pater antea spurio filio donasset, quantum ratio alimentorum ei debitorum exigeret, susceptis deinde legitimis filijs hoc ipsum non reuocari, quia ei necessariò soluendum fuerat, *f* Et in summa, quæ aliàs de successione naturalium & spuriorum diximus, *g* eorum multa & huic quæstioni valdè conuenire posse, ex illis que ea, quæ huc pertinent, sumenda esse putamus.

AN IVRE DIGEST. NATV.
rales parentibus succederent, & an
ciues Rom. haberentur.

1 Naturales vsq; ad Constantinum ignoti.
2 Et

- 2 Et tamen in Digestis nominati.
- 3 Alciati opinio de naturalium successione.
- 4 Contra Alciatum probatur, ante Antoninum naturales successisse.
- 5 Naturales quidam non ciues Romani.
- 6 Apud Græcos, an naturales ciues censerentur, quid apud Rom.
- 7 Olim nisi ciuem Rom. heredem à ciue Rom. instituisse potuisse.
- 8 Cuius quomodo quis dicatur.
- 9 Illegitimos sequi matris originem.
- 10 Omnes subiectos Pop. Rom. hodie ciues Rom. esse.
- 11 Dignitates illegitimis Romæ permissas.
- 12 Multa constituta ab Imper. que tamen in Digestis reperiuntur.
- 13 Jure veteri naturales semper ex testamento successisse.
- 14 Apud Græcos certam bonorum portionem nothis concessam.

C A P. X X X V.



Ggrediamur iam successio-
nũ vberimam materiã,
in primisq; arduam illam
quæstionem pertractemus,
an olim naturales filij
à pa-

à parentibus possent hæredes institui, aut aliqui saltem ex eorum testamento capere. Habemus enim leges aliquot sic inter se repugnantes, vt non immeritò Doctores nostri in re tam obscura facillè titubantes, nihil certi aut explorati super hæc re scriptum reliquerint. Et quem planè vel Iuris peritissimum non hæc torqueret controuersia, ancipitemq; redderet? Cùm Iustinianus in Nouellis suis Constitutionibus, naturalium nomen prisca Romanorum temporibus, vsque ad Constantinum penitus neglectum & ignotum fuisse asserat, eumq; primùm de his in legibus suis mentionē fecisse. *a* Idem verò alibi affirmet, primos Valentem & Valentin. de ijs cœpisse in constitutionibus suis curam suscipere. *b* Nos autem contra hæc, eos in Digestorum libris sæpius memoratos legamus, non vnoq; in loco, nunc à patribus hæredes in vniuersum institutos, *c* nunc cum legitimis simul successisse, *d* nuncijs fideicommissa relicta, *e* nunc super illis Senatusconsulta aliquot habita fuisse, *f* quarum rerum cùm Iabolenus, Paulus, Hermogenianus, & alij authores fuerint, mirum est satis, quomodo hos vsque ad Constantinum ignotos fuisse dicat Iustinianus, & deinde primos Valentem & Valentinianum nominet,

a Aut. quib. mod. nat. sul. in princ.

b §. discretis. d. Auth.

c l. fi. de iur. delib.

d l. Lucius, de vulg. & pu.

e l. Lucius. §. fi. de leg. 2.

f §. fin. Inst. ad Tertyl. & §. pen. ad Orfic.

net, qui in eos benefici extiterint, quos ducentorū aut amplius annorum spacio post eam Iurisconsultorum ætatem, in imperium adscitos, historiarum monumentis traditum est. Cautè igitur interpretes nostri egisse videntur, qui cùm difficilem hunc nodum satis commodè solui non posse animaduertent, pleriq; vel intactā prorsus quæstionem reliquere, vel commèritijs quibusdam opinionibus, nec relatu dignis rem totam inuoluere conati sunt, vel se hoc omninò ignorare aperte sunt professi. *a* Vnus Alciatus diuini vir ingenij, & omni doctrinæ genere præstantissimus, visus est Antinomiam hanc noua quadam temporum distinctione seruata, aptè conciliare. *b* Tradidit is enim vsque ad Antonini Pij tempora, nunquam cum naturalibus testamenti factionem fuisse, propterea quòd huiusmodi filij latinæ seu libertinæ conditionis censerentur, & vt Iustinianus ait, *c* ὡς ἐκ φύλογπι καὶ παντὲλῶς. ἀλλότριον τοῦ πολιτευματος, id est, tanquam peregrini, & ab omni ciuitatis Iure alieni, qui nihil ex Romani ciuis testamento capere poterant. *d* Postea verò quàm Antonius quibuscunq; populo Rom. subiectis, ius etiam ciuitatis permisit, peregrinosq; in ciuium numerum cooptauit, *e* ex eo tempore naturales

a Alex. Ias. Ripa. l. Lucius, de vulg. in princ.

b Alciat. parerg. 4. cap. 5.

c Auth. quib. mo. sui. in princ.

d l. i. l. nec apud. C. de here. inst.

e l. in orbe. de stat. hom.

les agnitos ait, concessumq; tunc patribus eos cohæredes iustis filiis dare, vel substituire, aut arbitrato suo quoquomodo eis legare. *a* Quæ deinde libera naturalibus filiis relinquendi facultas, cum plerumq; legitimis liberis graue afferret detrimentum, primùm Constantinum eam inquit quibusdam casibus coarctasse, atque ijs patribus, qui insigni aliqua dignitate essent præditi, interdixisse, *b* quod & inde à Valentiniano magis angustatum, mox ab Arcadio & Honorio, tandemque Iustiniani constitutione prorsus fuit immutatum, qui vnciam duntaxat eis relinquit, qui posse sanxit, si alij legitimi extarent, alioqui ex asse etiam hæredes institui.

c Hæc Alciatus, quem tamen ego in hac re nunquam probarim, quamuis ingeniosè satis hæc scripta videantur. Vult is in primis ante Antoninum cum naturalibus filiis testamenti factionem nunquã fuisse. Sed quæso, nõne Trebatius ait, naturalem libertinum hæredem institutum filij appellatione comprehendendi? *d* qui Trebatius tot annorum spacij ante Antoninum extitit, cum vsque ab Augustini temporibus, & ante eius etiam imperium florere cœperit, vt Cicero, *e* Suetonius, *f* & Iustinianus ipse testatur? *g* Nõne & Tertyllianum Senat.

con-

a l. Lucius de vulg. l. Lucius. §. fin. de leg. 2.

b l. i. C. de na. lib.

c Auth. licet. C. de nat. lib.

d l. fi. de iur. delib.

e ad quem scribit Topiro, *e* Suetonius, *f* & Iustinianus ipse testatur? *g* Inst. de eo.

consul. quod Adriani tēporibus factū est, *a* Antoniniq; fasces præcessit, de spuriorum successione sæpè locutum est? *b* Nõne & Doctores omnes spurios affirmant olim à quibuscunq; omnia capere potuisse, excepto solo patre? *c* Ait secundo loco, post Antoninum statim, licuisse patribus eos hæredes instituire. Sed quid tā apertè contra Imperatoris nostri verba dici poterat? Inquit enim Iustinianus: *d*

Naturalium nomen Romanis legibus non erat in studium, & alienū omninò à Repub. putabatur, à Cōstantini verò temporibus in Constitutionum scriptū est libris. Ergò non post Antoninū hoc receptum est, sed tantum post Constantinum. Tertio scribit ante Antoninum, illegitimos filios ciues Romanos habitos non fuisse. Ego verò ita argumentor, Aut de ijs loquimur, qui ex externis mulieribus suscipiebantur, & eos quidem ante Antonini constitutionem, *e* ciues non fuisse fateor, non tamen quia naturales tantum essent, sed q; ex ijs procreati, cum quibus connubij ius non erat, atque ex duobus Roman. ciuibus nõ essent orti, unde ius ciuitatis acquiri solebat. Si verò de alijs Nothis accipimus, ex duobus Romanis ciuibus genitis, citra tamē matrimonij foedus,

a Instit. ad Tertyl. §. i.
b §. fi. eo. ti. l. 7. in princ. ff. cod.

c Alex. l. 6. de vul. nu. 4.

d Auth. qui. mod. nat. sui, in princ.

e de qua in l. in orbe, de sta. hom.

monij foedus. Ego sanè nuspian reperio eos ciues cenferi non potuisse. Legimus quidem apud Athenienses, Nothos olim à censu & alijs ciuilibus muneribus fuisse se exclusos, nec in gente adscriptos, *a* dicitur tamen Pericles eam legem dein de abrogasse. *b* Et quicquid apud Græcos seruatum fuerit, mihi sat est, neminem ex probatis authoribus laudari, qui apud Romanos tale ius fuisse commoret. Quin quantum coniecturis & argumentis quibusdam assequi licet, rem contra potiùs se habuisse sanè comperimus. Ait Quintilianus, *c* Nothus legitimum natus, legitimus filius fit, post legitimum natus, tantùm ciuis. Quod est exempli causa relatum ab eo fit, verisimile tamen est, eum non adeò fictis & falsis exemplis vsum fuisse. Si verum etiam id est, quod notat pro Cecinna Cicero, olim à ciue Romano institui neminem potuisse, nisi & is Romanus ciuis esset, *d* hinc satis constare potest, illegitimos ex ciuium numero non exclusos, cum & ij ex testamento capere possent. *e* Videmus quoque concubinatum, vnde naturales oriuntur, legibus damnatum nunquam fuisse, *f* quin eam coniunctionem minimè turpem aut inhonestà olim existimata. *g* Cur ergo inde genitos filios

ciuita-

a Demost. cōtra Aristocra. & contra Marcantatum.
b Plutar. in Pericle, in fi.

c lib. 3. ca. 8. & lib. 7. ca. 8.

d Vigl. Insti. de har. inst. in prin. vers. permissum.

e l. fin. de iud. delib. & §. fin. ad Tertyl.

f l. 3. & 10. de concub.

g l. maistr. in fi. vbi Alci. de verb. sign.

ciuitate priuatos volumus arbitrari? præsertim verò cum nemo hoc literis scriptū reliquerit, quod si verum fuisset, vix credendum est, ab omnibus ita silentio transigi potuisse. Scimus nos præterea Senat. consultà olim de ijs locuta esse, *a* quæ tamen ad ciues tantùm pertinebant, cum peregrini & exteri Romanorum legibus non vterentur, sed ἀπόλιδες viuerent. *b* Accedit quoque, quòd natale solum ciuem cuius sit loci, satis per se demonstrat, *c* (nisi fortè aliter legibus Municip. caueatur) præsertim si & pater inde originem suam ducat, *d* nec enim quis sine ciuitate nascitur, cum & in vicò ortus, eam habeat patriam, cui vicus ille subest: *e* quòd si pater forrassè incertus esset, tunc maternam eum sequi originem certum est, vt propriè de his vulgò cōceptis leges tradidere. *f* Si igitur ex Rom. parentibus Romæ quis nasceretur, cur non & Romanus ciuis statim iudicaretur, aut propria, aut materna saltem origine, quamuis nō ita legitimè conceptus esset? quam enim aliam ille ciuitatem habere potuit, cum ingenuus natus sit? *g* Quid plura? Tamen illegitimi quondam ciues nō essent, quod tamen ipse non concesserim, vtrum tamen nunquam fuerit, Nothos omnes generaliter Antonini Constitutio-

P

neagn-

a tit. ad Tertyl.

b l. r. C. de har. inst. l. r. §. 2. quibus, c. leg. 3.

c l. ciues. C. de incol. lib. 10.

d l. assumptio, cum Gl. ad Municip. c. l. qui ex vicò, ad Municip.

f l. r. in fin. l. eius qui. eod. tit.

g d. l. r. in fin. ad Municip. Fel. c. Rodolphus. de resc. nu. 25. 27.

ne agnitos & adiutos fuisse. Cùm enim is quoscunque Populo Roma subiectos ciuitate donasset, ita vt qui ex patre vel matre alienigena genitus esset, dum tamen sub Romanorum ditione, is in ciuium quoq; numero censeretur, quod antea nō licebat. *a* Nescio, quid ijs naturalibus aut Spurijs ea constitutio potuerit prodesse, qui ex duobus ciuibus concepti essent, cùm Antoninus ijs tantùm hoc tribuerit, qui antea nati erant vel ex utroq; vel alterutro tantùm patre aut matre, nō ciuibus Romanis. Quòd si nihil de his Antoninus sensit, legimus nos tamē Spurijs ad maximas dignitates euehi potuisse, *b* quod absque vlla dubitatione admittit Ulpianus, *c* tanquam id ita semper apud Romanos seruatum fuisset, num hinc liquidò probatur, eos quocunque tempore ab alijs ciuibus non fuisse segregatos? cùm publici honores & munera, non nisi Romanis ciuibus decernerentur. *d* Sed longum nimis esset, si singula, quæ contratorum id Alciati caput, vbi de hac re agit, aliàs collegi, nunc recenserem. Quin ista quoque me hercle nunc referre, quasi suppudebat, tanta est mihi aduersus eius commentarios loqui religio. Coëgit tamē veritatis indagandæ studium, vt hæc qualiacunq; proferrē, & calamo liberius indulgerem,

a Aut. vt lib. de czt. §. fi.

b l. generaliter. §. i. l. Spurijs, de Decurion.

c d. §. i. vers. nulla dubitatio est.

d l. §. i. de mun. & hon.

gerem, cùm & ipse verioribus me rationibus à quocunq; conuinci, dum veritas ipsa emergat, facilè sim passurus. Vt igitur ad propositum redeamus, cùm tota huius quæstionis difficultas in eo versetur, quo pacto scilicet dicat Iustinianus, naturales nunquam vsq; ad Constantinum cognitos fuisse. cùm nos in libris Digestorum tam multa de ijs varijs in quæstionibus legamus. Ego in tanta legum perplexitate quæstionem hanc aliàs solebam ratione diffinire, quam à clarissimo doctissimoque Iurisconsulto Mariano Socino Iuniore acceperam, pluribusque in locis verissimam esse animaduertentem. Dicebat is, *a* fieri plerunq; vt quæ Iustinianus & recentiores Imperat. de nouo sanxissent, etiam in Digestorum libris ita constituta reperirentur, nec idcirco aut mendacij Iustinianum arguendum, aut vllam inter eam repugnantiam existimandam, sed quod cùm id Iustiniano maxime curæ fuisset, vt quo ad eius fieri posset, leges omnes ad concordiam redigerentur, *b* non dubitasse deinde eandem sententiã, cuius author ipse fuisset, nunc Ulpiano, nunc Paulo adscribere, vt ita faciliùs leges veteres cum recentioribus conueniret, *c* vt in legatorum materia, & multis alijs locis facilè est animaduerte-

a in l. r. delegat. r.

b l. i. §. nulla. C. de vet. iur. enucl.

c d. l. i. §. hoc etiam. & §. sed neque.

^a l. r. de le. 1.
cum l. 2. C. cō.
de leg. 1. si nō
mortis, de in-
off. test. cum
l. omnimōdo
C. cod. & l. 2.
de iniuf. rup.
cum l. hac cō-
sultiff. §. si q̄s.
C. de testam.

^b l. ex factō.
§. si quis roga-
tus. ad Treb.
l. 6. l. Lucius,
de vul. l. cū
pater. §. volo.
l. Lucius. §. si.
de leg. 2. l. fin.
de iur. delib.
l. natural. de
confir. tut.

re. ^a Quorum ego auctoritate motus, id quoque in præfenti dubitatione affirmari posse putabam, vt quicquid in veteribus libris de naturalibus filiis instituentis cautum reperiretur, id totum ex quadam veluri nouarum legum præsumptione dictum esset, idēq; à Iustiniano & Compilatoribus, non à veteribus illis Iuriscō, conscriptum fuisset, reſq; vera naturales ipsos non nisi à Constantino & Valentiniano primis esse agnitos. Cū tamen mihi deinde ingens se legum sylua in Digestis offerret, vbi de naturalibus heredibus institutis sit mentio. ^b Sat consentaneum visum non est, quod Constantinus primus cauisset, id tot locis nunc in Trebatium, nunc in Iabolenum, Labeonem, Paulum, & alios reijci, cūm quæ suprà in contrarium attulimus, ea vix vno tantū in loco, & tanquam *παράδοξος* dicta repariantur. Itaque in aliam sententiam huic ¹³ penitus repugnantem transij, statuiq; mecum omninō, & ita concludo, Iure etiam veteri naturalibus filiis aliquid in testamento relinqui, quandoque & in vniuersum hæredes institui potuisse. Mouit me cūm tot Iurisconsultorum suprà relatorum auctoritas, qui hoc sæpè attestantur, tum verò in primis, quod cūm digestorū Iure ij memorari soleant, cum quibus testam en-

amenti non erat factio, ^a nuspiam tamen de spurijs hoc traditum comperimus, sicuti hodie deinde quia succedere eis interdictum est, varijs in locis manifestissimè declaratum extrat. Huius rei & ¹⁴ illud argumento est, quod sicuti apud Athenienses bona nonnulla Nothis semper relinqui potuisse legimus, ^b sic & apud Romanos, aliquid simile licuisse satis est verisimile, cūm eos à Græcis legū & consuetudinum suarum primordia sumptisse notum sit. ^c Et hæc res mea quidē sententia parum dubitationis haberet, dum illa non obstarent, quæ antea memorauimus, quæ vt omninō submoueantur, ea nos, quoniam subtiliore indigent speculatione, altiusq; repetenda sunt, propterea in sequens caput latius declaranda differemus.

QVIS PRIMVS DE NATVRALIVM SUCCESSIONE APVD ROMANOS ALIQUID SANXERIT.

- 1 *Tres leges prima facie valdè repugnantes.*
- 2 *Vsq; ad Constantinum leges Rom. de naturalium success. nihil cauisse.*
- 3 *An ante id tempus succedere prohiberentur.*

^a Gl. §. legat. i. Inst. de leg.

^b Demost. cōtra Aristocr.

^c §. & non in elegāter. Inst. de iur. nat. gē.

- rentur.
- 4 *Cur naturales olim potius matri quam patri succederent.*
- 5 *Primus Constantinus legem de naturalibus tulit.*
- 6 *Quid Valens & Valent. postea constituerint.*
- 7 *Constantini acerbitas in naturales.*
- 8 *Alciati opinio confutata.*

C A P. X X X V I.



I naturales filios Iure Digestorum institui potuisse volumus, & parentibus successisse, quomodo ergo eos usque ad Constantini tempora ignotos & neglectos fuisse tradit Iustinianus? *a* Rursus, si hoc Constantino tribuimus, quomodo deinde primos Valentem & Valenti. in eos humanitate uti coepisse, idem Iustinianus scripsit? *b* Sunt enim haec tria inter se, è Diámetro, ut aiunt, pugnancia, nec facile conciliari posse videntur. Quocirca nil mirum est, si haec interpretes omnes, in hac re explicanda, valde ingenijs cecidisse videntur, cum re vera & acutissima iudicia haec perplexitas superet, & nescio an quid æquè

a Aut. quib. mod. nat. sui. in princ.

b s. discretis. d. Auth.

æquè prima fronte obscurum & implicitum, nostra hæc Iuris scientia contineat. Nos tamè aliorum difficultatib. minimè deterriti, quos alij fluctus trajcere nõ poterunt, *a* facile Deo duce evadere posse speramus, si tamen æquus nobis iudex lectorq; contingat. Diximus supra Iure veteri, naturales à patribus hæredes institui semper potuisse. Nunc illud addimus, rectè id etiam se habere, quod Iustinianus *b* dicit, *b* Naturalium nomen Romanis legibus usque ad Constantinum ignotum omninò fuisse, eumq; primùm de ijs in Constitutionib. suis mentionem fecisse.

Ego enim sic hæc interpretor, Romanorum legibus nihil unquam usq; ad Constantinũ de naturalium successione cautum fuisse, nec in eorum honorem, nec in contumeliam, propterea quòd illi tunc temporis, ut novi quidam homines extraneorum numero habebantur. Vnde necesse visum non fuerat, quicquam de ijs legibus constituere, prout nec de cæteris, qui alieni erant, & nobis non coniuncti. Interim verò nihil prohibebat, quominus hæredes instituerentur, nam sicuti extraneis, sic & ijs, quiduis legari licebat. Ab intestato ergo non quidem admittebantur, quoniam de ijs nihil lex statuerat, & hoc est quod Iustinianus ait, *c*

a Alex. Ias. Ripa. l. Luci. de vulg. & pu. pill.

b in d. Auth. in princ.

c d. Auth. in princ.

a l. lege ob-
uenire, de ver
bo. ugn.

Naturalium nomen Romanorum legib.
vsque ad Constantini tempus neglectum
fuisse. Nam quæ ab intestato nobis defe-
runtur hæreditates, illæ ex lege proprie
obuenire dicuntur, *a* at in testamentis
hominum potius studium versatur, idè
ex testamento rectè capere poterant, id e-
nim lege nō erat interdictum, & huc per-
tinent omnia ea exempla, aliàs à nobis re-
lata, quæ ostendunt & institui, & ijs le-
gari, & per fideicommissum relinqui li-
cuisse. Hæc tamen, quo ad patris succes-
sionem tantum locum habebant, cuius ra-
tione ij non filij ab intestato, sed alieni cē-
sebantur, & quo ad hanc partem à legibus
non nominabantur. Ast quo ad matrem
pertinebat, ut filios olim etiam à legibus
agnitos credo, cum illi ab intestato hære-
des esse possent, *b* & Senat. cōsulta eos ad
successionem expressè vocarent, *c* quod
quidem potuit ita fortassè admitti, quod
mater semper certa erat, *d* & cognationis
iura cum illo retinebat, pater non æquè,
nam & ἀπάτορες quo ad eum ij vide-
bantur, nisi quatenus ipsemet, non legis
vinculo, sed spontè & volens se illis pa-
rentem exhibuisset. Leges igitur illos ut
terræ filios quo ad patrem negligebant,
nec vlla fuerant mentione dignati, illis
nec successionem deferendo, nec etiam
in-

b l. 2. vnde
cog.
c l. 1. §. sed
vulgo. ad Ter
tyl.
d l. quia fem
per, de in ius
voc.

a l. naturali,
de confir. tut.

interdicendo, *a* quæ ita se vsque ad Con-
stantinum habuere. Constantinus verò,
qui ut rerum potitus est, animum statim
ad multa veterum moderanda, aliàs de
novo constituenda adiecit. Cum leges se-
uerissimas quàm plures tulisset, ut Eutro-
pius, Victor, Sabellicusq; referunt, dici-
tur is quoque primus de naturalium suc-
cessione, de qua nihil à legislatoribus eo-
usque fuerat sancitum, constituisse. Cum
enim tunc omnibus passim liceret paren-
tibus, in naturales filios, quæ vellent bo-
na conferre, edidit duas ille leges: alterā,
qua senatorum & virorum illustriū cum
infimis personis connubia damnauit, eo-
rumq; filios exclusit, quæ & adhuc extat:
b alteram, qua naturales filios quicquam
ex patrum, seu testatorum seu intestatorū
hæreditate consequi prohibuit, hocq; mo-
do primus de naturalibus sanxisse dici-
tur, eò quod expressè patribus interdixit,
ne quid ijs relinqueret, quod antea ut ex-
traneis licebat. *c* Et hæc deinde multis
post annis vsque ad Valentis & Valentin.
imperium sic seruata sunt. Postquàm ve-
rò ad imperij fastigium hi fuerunt euecti,
tunc coeptum est cum naturalibus multò
mitiùs agi, quàm antea per Constan. leges
liceret. Quapropter posterior eius consti-
tutio, qua naturales filij expellebantur,

b l. 1. C. de
nat. lib.

c facit l. ff. C.
eo. verb. quasi
sacris.

a In Nouell.
Mar. tit. de
matrim. sen.
§. in.

abrogata statim est, ex aliarumque legum albo penitus deleta, unde nec hodie vlla amplius eius extant vestigia, nisi quatenus de ea ab alijs Imp. fit mentio. a Consi- ruerunt igitur hi, vt naturalibus filijs, vbi legitimi alij non superessent, tres vnciæ à patre relinqui possent, vbi & alij legitimi extarent, vncia tantum. Quæ constitutio integra adhuc in Cod. Theod. legitur, cuius verba hinc etiam volui adscribere, vt ex his, vnusquisque cognoscat, vera esse quæ modò diximus, videlicet Constantin. naturales filios penitus exclusisse, primosque Valent. & Valentin. illos ad successionis partem inuitasse. Ait enim Valens: b

b in l. i. de
nat. lib. in C.
Theodo.

Placuit manentibus cæteris, quæ de naturalibus liberis Constantinianis legibus cauta sunt, hæc tantummodò temperare, vt is qui hæredem hæredisue filios ex legitimo matrimonio, vel nepotes, qui filiorum loco habiti sunt, patrem quoque matræmue dimittit, si ex cõsortio cuiuslibet mulieris naturales suscepit, vnã tantum bonorũ suorum, & hæreditatis vnciam naturalibus vel mulieri donandi, aut relinquendi habeat facultatem. Si quis verò nullo ex his quos excepimus, superstitemoriatur, atque ex muliere, quam sibi adiun-

adiunxerat, naturalem, plurisue dimittat, vsque ad tres tantum vncias, tam in mulierem, quam in naturales, quo maluerit, iure transcribat. Dat. Grat. & Probo C O S S.

Hac lege lata, postea Arcadius & Honorius idem quoque statuerunt, paucis tamen adiectis, quæ in Valentin. lege non continebantur, quæ & hodie in Codice nostro extant. a Tandemque & Theodosius Iunior, noua constitutione prædicta omnia confirmavit, vt in Theodos. Codice legitur, cuius verba hæc sunt: b

a l. matre. C.
de nat. lib.

b l. 2. C. de
na. lib. in C.
Theodos.

Naturales liberi, eorumque matres, nec parætorum arbitrio in successione, cæterisque modis, quibus rei mobilis & immobilis dominiũ confirmatur, passim & sine legis distinctione congrua permittantur, nec tamen legis quæ nuper lata est, asperitate premantur, cum satis sit secundum priorem constitutionem, aut extantibus iustis liberis, aut etiam non extantibus, id tantum consequi, si patris deferatur arbitrio, quod per eam iusta moderatione decretum est, cæteris quæ de eorũ matribus, libertis libertinisque nouam constitutionem decreta sunt, in sua manentibus firmitate. Dat. Tauro & Felice C O S S.
Meminit & huius Constantini asperitatis,

7 ^{a §. illi etiam parti. In No- uell. The. tit. de bo. decur. & nat. fil.} tis, contra naturales, Theodosius in No- uellis suis. ^a Ex quibus omnibus intelli- gimus, quæ antea adeò difficilia, & inter se contraria videbantur, satis nunc plana, & simul composita reddi, nec vllum ampliùs scrupulum in his reliquum esse: cum verum primò sit, De Naturalium suc- cessione vsque ad Constantinū nihil legi- bus cautum fuisse. Verùm illud etiam Va- lentem & Valentin. primos naturalibus indulgere cœpisse. Falsum illud verò, si- ⁸ cuti multa alia, quod Alciatus dixit, ^b Constantinianam legem à Valentiniano restringi, cum immo ex ea naturales cœ- pti sint adiuuari, exclusaq; Constantini seueritate, magnum naturalibus ob hanc commodum fuerit impartitum.

^b parerg. lib. 4. cap. 5.

VERA ET NOVA DECLARATIO I. Lucius, de vulg. & pupilla.

- 1 *An substitui naturalis legitimo possit pu- pillariter, aut vulgariter.*
- 2 *Error omnium interpretum in hoc ver- bo naturales.*
- 3 *Naturalis pro filio vero & iusto.*
- 4 *Filio naturali non fit pupill. substitu- tio.*

C A P.

C A P. X X X V I I.



VM suprâ statuerimus Iu- re veteri naturales ex testa- mento patri succedere po- tuisse, quod pluribus ex lo- cis constat: iam id sequi- tur, vt intelligamus, cer- tâne esset in hac re determinata portio, ad quam admitti possent, an verò in libero parentum arbitratu positum, qua liberet eos benignitate promereri. Qua in re ex- plicanda offert se nobis in primis Pauli responsum quoddam enucleandum, vn- de Doct nostri hanc quæstionem collige- re solent, ^a in quo tamen percipiendo, ^{ij} tam procul à recta aberrarunt, vt nedum ^{a I. Lucius, de vulg. & pu- pil.} in re proposita valdè sint decepti, verùm & in multos alios deinceps errores gra- uissimos inciderint, quos recentiores quidam subodorati, cum nec tamen ipsi loci asperitatem euadere satis commodè nossent, necessarium esse aliquid in hac re diuinare professi sunt. ^b Res autem sic se ^{b Ripa. d. l. Lucius. nu. 3. in fin.} habet, Nam dum quærimus, quænam o- lim naturalibus filijs bona possent relin- qui, vix possunt Docto. nec multis cum cauillationibus, & coniecturis inter se conuenire, idq; in causa est, quod traditū quandoque dicunt, naturalem filium à patre

patre substitui non potuisse, alteri legitimo filio intra pubertatis annos, ita ut ex pupillari illa substitutione, & pupilli & paterna omnia bona simul consequeretur, propterea quod illum lex integrâ parentis hæreditatem cernere prohiberet. *a* Alibi verò à Paulo responsum, naturalem filium cum legitimo à patre institutum, & ei vulgariter potuisse substitui, *b* quæ planè cōtraria apparent, quin cōtrarij ratione, eò quod si in naturali filio vulgaris admittitur substitutio, cur nō & magis pupillaris, cum per illâ directo quis testatori, per hanc ipsi pupillo quis hæres existat? *c* Quamvisq; nonnullas huius rei rationes afferre conati sint, *d* non sunt tamè illæ satis dignæ quæ referantur, tam facile omnes reiici possunt, quod & nonnulli absque magno labore fecerunt. *e* Huius igitur rei difficultas omnis ab hoc Pauli responso pendet, quod usque ad hæc tempora tam perperam ab omnibus acceptum est, ut nihil tam alienum ab eius mente dici possit, quàm id quod interpretes nostri cogitarunt, vel potius somniarunt. Cum enim in eo de naturali filio mētio fiat, tum statim sibi Doctores omnes persuasissimū habuerunt, de illo naturali intelligendū, qui ex cōcubinato susceptus est, superq; eo variâs quæstiones

a l. si is qui de vulg.

b d.l. Lucius.

c Inst. de pupil. in princ.
d Bal. Ang. d. l. Lucius. Alexan. Cast. d. l. si is qui.
e Rip. d. l. Lucius.

nes struentes, tum omnia deinde veluti super labanti & arenoso posita fundamentum, vitium facere cœperunt. Error igitur ille fuit, quod ibi naturalis pro vero & iusto filio accipiendus fuit, id est, pro naturali & legitimo simul, non naturali tantum, quod & apud bonos Latinos auctores sæpissimè in hac significatione reperitur, *a* ut cum Suetonius in Tiberio inquit, filiorum neq; naturalem Drusum, neq; adoptivum Germanicum patria charitate dilexit. Et in Iure etiam extat hoc eodem sensu, *b* sicuti & naturalis pater pro vero & legitimo parente. *c* Maximè autem cum leges de adoptivis, qui legitimi tantum vocantur, & alijs iustis filijs loqui volunt, semper ferè animadvertas, hos naturales simpliciter appellari, *d* quod propriè & in præsentī lege contingit. Hanc autem germanam esse illius interpretationem, loquiq; proculdubio Paulum de vero filio, nō naturali tantum, inde apertè patet, quod in fine responsi ait, liberos eos, si eiusdè ætatis fuissent, nedū vulgariter, sed & pupillariter intelligi substitutos. Quomodo verò pupillaris filio naturali tantum fieri potuit, cum eos quibus ita substituímus, in potestate esse necesse sit? *e* naturalis aut initio sui iuris natus in patris nunquam sit potestate, eiq;

a diximus c. 18.

b Gl. l. quoties. idem de reg. iur.

c l. si paterna naturalis, de adopt. & §. athi. Insti. de hæres. que ab intest. & §. sed hodie, de adopt. d. l. non potest de adopt. l. §. suos, de suis & legi. l. i. in princ. de bon. poss. contra ab. & Inst. de hæres. que ab intest. §. minus.

e l. 2. in princ. de vulg.

a Inst. de pa.
pot.

b Bart. l. 2. de
vulg. num. 2.

a eiq; hoc genus substitutionis minimè
conuenire omnes alibi fateantur? Sed
rem clarissimam pluribus demonstrare
operæ precium non est. Planè ita tollun-
tur omnes Doctortum scrupuli, sic faci-
le nodi omnes, ab his compositi, dissol-
uuntur.

NATVRALES FILII QVO-
modo olim, quomodo hodie
succedant.

- 1 *Naturales olim extraneorum numero à
legibus habebantur.*
- 2 *Leges loquentes de eo qui solidum capere
non potest, quomodo sint declaran-
de.*
- 3 *Quid Constantin. Valentin. Theodos.
de naturalium successione constitue-
rint.*
- 4 *Naturalis, cui pater unciam reliquit,
an præter eam alimenta possit pe-
tere.*
- 5 *Quomodo naturales ab intestato succe-
dant.*
- 6 *Naturales matri succedunt, perinde ac
legitimi.*
- 7 *Naturales præteriti à patre in testamen-
to, an possint id impugnare.*

8 In

- 8 *In successione naturalium, an seruetur
fusus Canon. aut civile.*
- 9 *Naturales ex serui consortio, quomo-
do succedant hodie.*
- 10 *Cur fauorabiliore aly videantur.*

C A P. X X X V I I I.



Ropositum paulò ante id
nobis fuerat, vt ageremus
de naturalium filiorū suc-
cessione, quod negotium
cū iam aggredi vellemus,
multa se nobis in ipso vesti-
bulo obtulere, quæ aditum quasi præstru-
xere, proptereaq; maiore apparatu neces-
sarium fuit, & prius à recto itinere paulò
diuertere. Nunc verò semitā repetimus,
& quod suprā admonuimus, hoc quoq;
loco asseueramus, nihil quod memine-
rim, Iure veteri, de naturalium successio-
ne in paternis bonis cautū fuisse, eò quia,
quo ad hanc partem, extraneorum nume-
ro à legibus censebantur, a Quo fiebat, vt
si pater non alios legitimos habuisset libe-
ros, liceret ei, vtique in vniuersum illos
hæredes sibi relinquere, b quòd si &
legitimos suscepisset, tunc & naturalibus
aliquid quidem relinquere potuisset, vulgò
aiunt, c cæterum essetne in eo certus mo-
dus,

a facit l. na-
turali, de cõ-
tu.

b l. omnes. f.
Lucius. quæ
in fr. cred. l. f.
de iur. delik.
c Doct. l. Lu-
cius, de vulg.

dus, aut lex præfinita, quantum ij capere possent, in hoc multi dubitauerunt. Ego ita existimo, cum nihil de ijs veteres leges sanxissent, potuisse eos extraneorum exemplo, reseruata iustis filiis legitima portione, in reliquū deinde rectè à patre institui. Quod. n. prohibitum expressè nõ reperimus, cur nõ permissum potiùs censeamus? præsertim verò in naturalibus filiis, quos lex vetus, & si non vocauit, non improbauit tamen. *l* Quoniam verò huic sententiæ contrarium quoddam responsum adduci solet, *c* quod in ore est omnium, & Doctores valdè fatigauit, ex quo colligunt, certos olim ac lege constitutos fuisse successionis horum naturalium modos. Ego ad hoc, & si qua huiusmodi reperiuntur, respondeo, Vbi lex, de eo qui solidum capere non potest, loquitur, *d* id non in naturali filio intelligendum dico, prout Doctores aiunt, nam nec lex hoc inquit. nec de eo accipi potest. Verùm damnato in metallum, deportato, aut peregrino talia verba conueniunt, quibus præter alimenta nihil licuit relinqui, *e* aut saltem alijs exemplis ea declaranda puto, quæ passim in Iure occurrunt, *f* cum specialiter de naturalibus nihil exprimit. Sed hæc olim. Constantinus autem, qui in naturales summa, vt diximus,

a l. cum queritur. l. pa. entib. C. de inoff. test.

b l. 3. vt i Bar. de concub.

c l. si is qui ex bon. de vulg.

d vt in l. exta. eto. §. fin. de vulg. l. cogi. §. hi qui ad Trebell. l. si is q. de her. infi. *e* l. 3. de his quæ pro non fer. l. pen. de cap. d. minu. *f* l. i. C. de senup. Aut. præterea. C. vnd. vir. xv. c. l. i. & si. de bo. dā. l. 3. de interd. & relig.

ximus, *a* vsus est acerbitate, cum primis deinde sanxisset, ne cui naturales non solum ab intestato legitimi non essent hæredes, verùm nec ex testamento quicquam possent capere, propterea intra id tempus nunquam alicui hi naturales vllatenus successisse leguntur. Secuta sunt Valentis & Valentiniani tempora, qui mitius cum naturalibus agere cœperunt, patrisq. permiserunt, vt si non alios legitimos suscepisset filios, & vtroque esset parente orbatus, tres vncias naturalibus, cum eorum matre communicandas ei liceret relinquere, alioquin vnciam tantum, vel soli concubinæ semiunciam. *b* Et cõstitutionem hanc Arcadius & Honorius, *c* inde Theodos. & Valentinian. confirmauere. *d* Iustinianus autem horum omnium multò humanior, primùm quidem sex vncias, legitimis nullis liberis extantibus, eos consequi posse permisit, *e* pòst etiam, rem omnem à veteri illa seueritate ad summam mansuetudinem traduxit. Sanxit enim, vbi quis sine legitima prole decederet, eum naturalibus filiis, omnia bona sua, vel viuentem largiri, vel in testamēto posse relinquere, excepta ea portione, quæ superstitionibus paribus debetur. Vbi verò cum naturalibus & alijs iusti filij adessent, tunc naturales

a cap. 36.

b §. discret. Aut. qui. mo. su. & l. i. dena. li. in C. Theodof.

c l. 2. C. de nat. lib.

d l. 2. in C. Thaod. de na. lib.

e l. huma. C. cod.

a §. nos igitur. Aut. qui. mod. sui.

b l. communium. §. fi. C. de nat. lib.

c Auth. licet. C. eod.

d §. pen. cum Gl. Auth. qui. mod. nat. sui.

e arg. l. si cū dotem. §. si pater. sol. mat. l. huiusmodi.

f §. cum pater. de leg. i.

g arg. no. per Dec. Aut. preterea. C. vn.

h vir. & vx. nu. ii. Alex. d. §. si pater nu. 4.

i Barto. l. libertis. 2. §. i. de ali. & cib. leg.

rales ad vnciam tantum vocari concessit, ceterum quod ultra id esset, legitimis deferri. *a* Vnum tantum excepit casum, quo nec vncia naturalibus legari posset, vbi scilicet legitimus filius minus quam vnciam a patre adeptus esset, noluit enim legitimos vlla in re naturalibus inferiores haberi. *b* Quod si pater nec vnciam eis reliquisset, nec vllam de ijs mentionem in testamento fecisset, iussit nihilominus eos ab hæredibus ali, *c* quæ & hodie in vsu sunt. Sed oritur dubitatio. Pater in testamento hæredes sibi legitimos filios suos instituit, naturali vnciam tantum legat: naturalis præter vnciam, & alimenta sibi ab hæredibus decerni postulat. An hæc Iure debentur? Et sanè non puto, nam cum pater naturales filios omnino alere teneretur, *d* nunc quam eis vnciam in testamento reliquit, videtur compensandi potius animo legasse, *e* ex quo alimenta illa necessariò legis vinculo ijs debebantur, *f* tum etiam quia non aliter hoc alendi onus patri, & consequenter eius hæredibus incumbit, nisi quatenus aliunde se nequeunt filij sustinere, *g* Cum ergo vnciam sint habituri, omnium bonorum, quæ est necessitas, vt illis adhuc alimenta constituentur. Et sanè Iure civili hæc alimenta petere non possunt,

funt, cum immò lex id prohibeat, *a* minus quoque Iure Canon. hæc exposcent, cum iam victui necessaria sint consecuti. Reliquum est igitur, vt sola ea vncia contenti esse debeant. Sed hæc testamento facto ita se habent. Cum verò intestatus pater moritur, nullis alijs relictis liberis, tunc ad duas hæreditaris vncias & alimenta etiam, naturales hodie, vocari solent. *b* Ast vbi alij iusti filij patri extarent, aut adoptiui etiam, *c* aut sola legitima coniunx, his casibus, naturales nihil ex paternis bonis præter alimenta consequuntur. *d* Vsq; eadè, vt etsi iusti filij eam hæreditatem repudiarent, adhuc superstes vxor, naturales filios repellat, quod ita in vxoriæ dignitatis honorem fuit institutum. *e* Nepotes autem ex naturali filio nati, nunquam ab intestato, seu extantibus, seu minus, alijs legitimis liberis, ad vllam portionem admittuntur, *f* exceptis alimentis, quæ his perinde ac naturalibus filijs debentur. *g* Atq; hæc de naturalium successione in paternis bonis sunt intelligenda: quod enim ad matrem spectat, aliud est, cum ei in vniuersum ab intestato succedant, *h* & inofficiosum etiam illius testamentum dicere possint, *i* atque à legitimis nihil prorsus differant, ita vt ijs quoque extantibus, ad-

a §. ne igitur. Aut. qui. mo. nat. sui.

b §. si quis autem. cum Gl. ver. vncias. & Bar. §. considerem.

c Aut. de rrien. & semif.

d Ang. §. fin. Aut. qui. mo. nat. sui.

e Aut. licet. C. de nat. lib.

f Imo. Rip. l. Lucius. nu. 6. de vulg. & pu.

g l. fi. in fi. C. de nat. lib. Angel. d. §. fi. nu. 16.

h diximus c. 47.

i §. pen. Inst. de suc. cog.

j l. si suspecta. §. i. de inoff. test.

a l. pen. in fi. C. ad Orfi. vbi Bald. Cor. & Cagno. nu. 34. 42.
 b d. l. pe. in fi. c Garz. tract. de vlt. fin. iur. Cano. nu. 125.
 d l. fin. C. de nat. lib.
 e Gl. 1. i. verf. naturales, & Bar. de contratab. Tiraq. l. si vnquam. C. de reu. do. ver. fufceperit. nu. 47.
 f c. nemo. 32. q. 4.
 g c. fi. i. dist. h Abb. c. tanta, qui fil. leg. nu. 12. Rip. l. si vnquam. C. de reuo. don. num. 72.
 i fuprà c. 13. 14.

huc tamē naturales cum alijs æquē in hereditate materna cōcurrant, *a* quod cū iure ciuili apertiffimè fit constitutum, *b* sunt tamen qui hoc minùs rectè aut iustè fancitum, temerè audeant clamare. *c* Pater autem ipse necesse non habet, vltimam de illis in testamento mentionem facere, *d* cū nec his legitima debeat, nec præteriti tale rumpant testamentum, *e* verūm quod ab eo proficiscitur, id totum meræ eius beneficentiæ acceptum ferendum est. Quæ sanè omnia, & hodie iure Pont. firma esse sciendum est, quamuis id, tales concubinarum cōsuetudines valde damnare videatur, *f* verūm cū successio-
 num materia propria sit legum ciuiliū, *g* non dubitamus ius quoque Pontificium ad eas redigere, & secundum ciuiles constitutiones interpretari, *h* vnde naturales vtroque iure ad parentum bona iuxta prædictas distinctiones vocabuntur. Obseruandum tamen id est, non in omnibus passim naturalibus hæc ita se habere, sed in ijs tantūm, qui ex libero & libera concubina geniti sunt. At qui ex feruorum consortijs prodiere, siue ex patre libero, & matre ancilla, siue ex vtroque seruo, aut matre libera, patre verò seruo, licet hi quoq; naturales appellentur, *i* si tamen simul cum parētibus libertatem fuerint

fuerint consecuti, hodie Iustiniani constitutione, tam soli, quàm si cum alijs legitimis concurrant, ad parentum successiones, agnationes, tutelasq; vocantur, ac in omnibus legitimorum iura adipiscuntur. *a* His etenim lex idèd magis quàm cæteris naturalibus fauere voluit, idèd quod probabile est, hos verum matrimonium si licuisset, fuisse contracturos, ast illos voluntas sola à iustis nuptijs celebrandis cohibuit. Meritò lex necessitatem, vt maiori dignam humanitate, mitiùs etiam profecuta est. *b*

a Instit. de feru. cog. in princ.

b arg. l. i. §. merito de pos.

DE PARENTVM ET TRANSVERSALIUM SUCCESSIONE IN BONIS NATURALIBUS.

- 1 *Mutua successio inter parentes & filios naturales.*
- 2 *Pater qui legitimos filios habet, an possit naturalibus succedere.*
- 3 *Vicissitudo in success. quomodo consideranda.*
- 4 *Naturales nullos habet agnatos, sed cognatos.*
- 5 *Naturales inter se quando succedant.*
- 6 *De naturali vtrinq; coniuncto, & uterino tantūm.*

- 7 *In feudi successione, utrinque coniunctus non semper alijs preferitur.*
- 8 *Naturalis succedit fratri uterino aequè cum matre.*
- 9 *Differentia agnationis & cognationis, an sit, quo ad naturales filios, sublata.*

C A P. X X X I X.



SED quæ modò diximus, naturalium tantùm respiciunt successionem in paterna hæreditate. Agendum nunc est, quemadmodum contra parètes, atq; ex trã-

^a l. r. de h's qui sui sunt.

^b §. de nepoti bus. Auth. qb. mo. sui. Dec. cõf. 311. i prin. c Inst ad Ter tyl. §. fi. & Authen. licet. C. de nat. lib. d Mathes. de suc. ab intef. 2 mēb. 2. ar. n. 9. Vbald. 2. part. nu. 23. Ang. §. preferuntur. Inst. ad Ter tyl. num. 17.

¹ uerso latere iuncti, ad illorum bona uocentur. Et quoniam scimus, contraria omnia eadem ratione dijudicari, ^a sicuti tradidimus naturales in duabus tantùm vncijs patri intestato hæredes esse, ita & parentes ad filiorum suorum bona pro eadem portione admitti debēt, ^b eodemque argumento & mater, patre non extāte totam hæreditatem filij consequetur, extante patre, illa decē vncias, pater duas legitimo iure capiet. ^c Hincq; existimantur multi, ^d patrem qui legitimos filios susceperit, nullum ampliùs ius in naturalium filiorum bonis ab intestato habere, propte-

propterea quòd nec sibi, ijdem naturales, extantibus alijs legitimis queāt succedere. Quin patrem faciliùs ab eorum hæreditate repellendum, quò magis ipse in culpa fuit, cùm omnia hæc patris, non filiorum vitio, criminèue contigerint. ^a

^a Aut. de inc. nup. in princ.

³ Sed ego contra : Nam in successioneibus admitto quidem, vicissitudinem esse seruandam, ea tamen ab initio in genere, nò ex euentu spectanda est. Ait lex, Vbi pater absque legitimis liberis decesserit, naturalis succedat. Ergò contrà, vbi naturalis sine filijs obierit, pater vocari debet, hæc enim est vicissitudo, vt spectemus eū qui prior defūctus est, an liberos ex se superstitites reliquerit, an minùs. In eo verò qui successurus est, cur id inspiciatur, cùm ita sequeretur, nunquam alteri alterius hæreditatē obuenire posse. Finge etenim iam prædecessisse patrem, planè sicut ex euentu hoc constat, eum non ampliùs filio hæredem futurum, sic & ea ratione dicendū esset, nec filium illi succedere debere, si euentum hunc, qui in persona successoris contingit, respicere vellemus. Sic & cùm frater fratri nullis extantibus descendētib; aut ascendētib; succedat, ^b sequeretur quoque, vt si alter eorum liberos suscepisset, ampliùs alteri sine lib. cedenti nò posset succedere, eò quòd cùm

^b Aut. itaq; C. com. de inc.

Q 5 ipse

a Aut. in suc-
cessione. C.
de suis & leg.

ipse filios haberet, fratrem iam omni si-
bi succedendi spe exclusisset, cum filij sui
ante alios ab intestato vocentur, a quæ ta-
men omnia quàm absurda sint, nemo est
qui nō videat. Hoc igitur & casu filij qui-
dem legitimi, patri in eo proderūt, vt eius
hæreditas ad naturales non perueniat,
non oberunt verò, quo minùs is, illis na-
turalibus sine liberis decedentibus succe-
dat, nam hoc tantùm in eorum gratiam
fuit constitutum, vt satis notum est, quod
ita potius in odium conuerteretur. Quo-
tiescunq; igitur naturales absque filijs de-
cesserint pater etsi alios legitimos habeat,
quomodocunq; semper duas vncias ca-
piet, reliquum ad matrem Iure legitimo
pertinebit: b quod etsi pater prior obie-
rit, tunc dubitandum non est, quin in so-
lidum mater exclusis legitimis filijs sit hæ-
res, cum naturali ipsi, cum agnatis patris
nulla intercedat coniunctio, existimetur.
que quo ad illos in successione prorsus
extraneus, c adeò vt etsi mater superstes
non sit, in eius tamen hæreditate, hi qui
per lineam maternam proximiores sunt,
semper cæteris quibuscunq; à patre agna-
tis præferantur, nec illi vllò vnquam casu
admittantur. d Quin & matre mortua,
patre verò superstitite crediderim eadem
ratione patri duas tantùm vncias reserua-
ri, cæ-

b d. Auth. li-
cet. & l. pe. C.
ad Orfic.

c §. filium.
Aut. qui. mo.
nat. eis. sui.

d l. si Spurius.
Vnde cogn.

ri, cæterùm proximioribus per lineã ma-
ternam cognatis deferri. Naturales autē
inter se siquidem ex patris latere tantùm
iuncti fuerint, nulla se omninò necessitu-
dine attingunt, cum tunc liberi patrem &
eius agnationem sequantur, cum legiti-
mè nuptiæ intercesserūt, a hi verò omni
agnationis Iure carere dicuntur, b ideoq;
nullo proximitatis nomine ad mutuam
successionem possunt vocari. c Quòd si
ambo ex eadem matre editi fuerint, reti-
nent tunc cognationis iura, quæ à matre
proficiscuntur, d rectèq; vt cognati inter
se atq; alijs eodem ex fonte prodeuntibus
succedere possunt, e quod & multò ma-
gis esset a firmadum, si vtrinq; tam ex pa-
tris quàm matris latere essent coniuncti,
licet semper vt cognati, tantùm, non vt a-
gnati veniant. Atq; idcirco cum Mæuius,
qui alterum fratrem vtrinq; cõiunctum,
alterum vterinum tantùm, sed naturales
ambos habebat, decessisset, censebant o-
mnes f ex cõmunib. Iuris regulis, vtroq;
latere iunctum vterino esse præferendum,
g cum duplici nexu quis arctius, quàm
simplici tantùm vinciat. A qua tamen
sententia ego lógissimè absum, cum, vt su-
prà diximus, in his naturalib. nulla pror-
sus agnationis habeatur ratio, & nec mi-
nimum quidem cum patre vel eius cõsan-

a l. cum legi-
timæ, de sta.
hom.
b d. §. filium.
c Gl. l. 2. Vn-
de cog.

d §. si. Inst. de
succ. cogn.

e l. si spurius.
l. 2. Vnde cog.

f Mathes. de
succ. ab inte.
in 2. mem. 3.
artic. prin. nu-
me. 11. & seq.
g Aut. cessan-
te. C. de leg.
hære. §. si igi-
tur. Aut. de
hære. quæ ab
intest.

guineis

7 guineis commune habeant aut annexū.
 a d.l. cum legitimo d. §. filium.
 a Tantum igitur matris attenditur vinculum, quoniam alterum nihil ad rem facit, estque alienissimum, sicuti in feudo, utrinque coniunctus, alijs ex latere tantum patris consanguineis non præfertur, quoniam in eo agnatio sola spectatur, cognatio negligitur. b Qua ratione & nunc vterinus tantum, æquè cum alijs utrinque coniunctis succedet, quoniam naturalis qui decedit, pari omnibus necessitudinis nexu deinctus est, idè & æquas omnibus deferet portiones. c Et hoc argumento infinitas propè opiniones à Doctoribus communiter receptas infirmari posse putato, d veluti cum filium naturalem superstitite matre à fratris vterini præmortui successione excludunt, è quòd lex fratres tantum utroque latere iunctos defuncto, simul cum parentibus æquè ad successionem vocet, non qui altero tantum sunt connexi. e Illud enim eo casu ita à lege constitutum nemo non videt, quòd scilicet parens, tanquam frater utrinque coniunctus habeatur, qui semper quocunque fratre vno tantum capite adiuncto, potior erit. f At nos matrè naturalibus filijs solo cognationis vinculo affinem esse affirmamus, pari que gradu & naturalem illi coniunctum esse, g meritoque

b Bald. c. 1. §. his verò, de success. frat. Ripa. l. re coniuncti. nu. 13.
 c arg. Auth. post fra. C. de legit. hæred. d Vbald. de suc. ab intest. in 2. par. n. 24.
 e §. consequens. §. si vero. Aut. de hæred. quæ ab intest.
 f Bald. Auth. defuncto. C. ad Terry. n. 8.
 g Inst. de suc. cogn. §. fin.

ritoque neutrum alteri præponendum. Ut & licet eodem in concubinato, iisdem ex parentibus uterque filius sit procreatus, semper tamen unicum cognationis ius, non duplex coniunctio consideretur. Plane mater quæ filios, alterum naturalem, alterum naturalem & legitimum suscipit: si legitimus decedat, sola tunc naturali ex claso, filio suo legitimo succedet, quoniam tunc duplex adest vinculum, civile & naturale, a atque ita communi sententiæ locus esse poterit. b

9 Quid verò si quis dicat, hodie æquè patri ac matri naturales filios debere succedere, cum omnis agnationis & cognationis differentia in successione iam sit sublata, c & sola naturalis causa nunc inspiciatur? d atque ita prædicta omnia que supra relata sunt iam cessare, cum naturalis, qui iura cognationis cum matre retinebat, ob æquiparationem factam, & differentiam sublata, idem & veluti agnatus patri à legibus agnosci debeat? Quid respondendum erit? Ego sanè dicerem, eum qui ita existimet, longè falli: Sic enim fieret, ut hodie naturalis filius, sicut legitimus, patri suo succederet, & cum legitimo æquè concurreret in hæreditate. Sic & iura nouissima Iustiniani, ubi de naturalibus sanxit e iam omnia correctae

a Aut. defuncto. C. ad Tertul.

b Ang. §. fin. Aut. qui. mort. nat. eff. sui.

c §. fin. Auth. de hæred. quæ ab int.

d Aut. in suc. C. de suis & legit.

e Aut. licet. C. de na. lib. & §. pen. & §. discr. Au h. quib. mort. nat. sui.

essent,

essent, omnia immutata, quod vel dubitare, maximè ineptum & ridiculum esse ceseo. Quod ergo cōstituit Iustinianus, ut nulla hodiè inter agnatos & cognatos differètia seruetur, id in legitimè natis tantùm procedit, qui poterant ab intestato succedere. Ad naturales autem non pertinet, quòd hi in minima vix parte vnquam succedūt patri, idq; potiùs pietatis cuiusdam causa olimq; cognati illi poterant & alijs agnati esse. Ast hi nullos profus agnatos vnquam habere intelliguntur. Meritò ea constitutio de his illegitimè natis, nunquam accipietur, quod & ingeniosissimus Faber in commentarijs suis tradidit. *a*

a Fab. Inf. de seru. cog. nu. 5. Caccia. si qua illustris. col. 23. C. ad Orfic.

AN SPVRII A PATRE
institui in testamen.
possint.

- 1 *Ex quolibet illegitimo congressu spurij oriuntur.*
- 2 *Spuriorum duo genera.*
- 3 *Mulieres quibuscum impunè licet rem habere. & num. 6.*
- 4 *Spurij quidam à patre institui possunt, alij non possunt.*
- 5 *Quare spurij patri intestato non succedant.*

Damna-

- 6 *Damnatus coitus quis dicatur.*
- 7 *Triagenera filiorum.*

C A P. X L.



Vantùm inter se differant naturales & spurij, licet ad huc sapiùs ostenderit, hoc vno tamen ex loco facile est intelligere, quòd naturales quandoque patri hæredes esse possunt, spurij semper paterna indigni successione habentur. *a* *a* Aut. licet. C. de na. lib. Eo verò spuriorum nomine cùm omnes *ij* contineantur, qui ex illegitimis quomodocunque nuptijs sunt procreati, *b* *b* I vulgò. de stat. hom. crediderunt etiam Doctores nostri generaliter spurios cunctos à patris siue testati, siue intestati bonis arceri, *c* propterea *c* Bart. l. fin. de his qui. vt indi. r. col. Al ber. Rub. C. de nat. lib. que & eos qui ex scortis, ancillis, aut infimis huius generis fœminis suscipiuntur, nihil ex patris testamento capere posse, eò quòd vbi non iustæ concubinæ loco nobis mulier iuncta fuit, filij semper spurij, non naturales solent appellari. *d* *d* Old. conf. 196. Bald. 129. in sec. & 206. in 3. Colliguntque hoc Doctores, & ex Iustiani nonnullis constitutionib. *e* in quibus cùm de Nothorum successione, siue ex testamèto, siue ab intestato plura agat, *e* Aut. de Nothis, alias qb. mod. nat. iui. attestatur is deinde sapiùs, hæc se tantùm

tum de naturalibus filiis sanxisse, nec id beneficium villo pacto ad alios velle pertinere. *a* Itaque spurios omnes penitus à paterna successione exterminatos voluit, cum nec dignos quidem putarit, quibus alimenta relinquatur, *b* vnde & tam sæpè in Iure legimus, spurios nihil cum bonis patris habere commune, *c* nec illi aut agnatos, aut consanguineos esse. *d* Quæ sententia communi Doctorum omnium calculo ita est confirmata, *e* vt vix videatur effugere posse temeritatis notam, qui non pedibus, manibusq; in eam contendat. Sed Dij boni, quàm procul ab omni abest veritate & æquitate? Ego planè contrarium audacter affirmare nihil vereor, quod & recentiores quosdam sanè acutè notasse video. Sed hi obiter tantùm, & leui, quod aiunt, brachio, id attigere. *f* Existimo namq; non spurij omnibus interdicitum, ne omninò patri succedant: sed quosdam tam ex testamento, quàm ab intestato quidem patri hæredes esse nò posse, quosdam si instituantur, tunc ex testamento succedere patri non prohiberi. Sciendum enim in primis est, spuriorum duo esse genera, *g* alios quidem ex concubitu profectos, qui Iure ciuili accusari, grauiterq; vindicari solet, veluti adulterium, stuprum, incestum. *h* Alios non

a Aut. de trien. & fem. §. considerem? & §. fi. qui. mo. sui.
b Aut. ex cōplexu. C. de incest. nupt. c. l. si spurius. vn. cog.
d Inst. de suc. cog. §. fin.
e Oldr. conf. 196. Azo. in sum. C. de ince. nupt. in fi. Bart. l. fin. de his qui. vt in dig. Goz. cōf. 21. nu. 23. Angel. in §. fin. Aut. qui. mo. na. sui. Bal. l. perpetuo, de cōdi. ob turp. cau. Afflict. Decif. 203.
f Alciat. parerg. 4. ca. 5. in fin.
g Gl. l. pe. C. ad Orfi. Alex. conf. 174. in §. & Bart. l. fi. de his qb. vt ind.
h §. item lex Iulia. Inst. de pu. ind.

adeò infames, vt qui ex vulgo prostitutis mulieribus suscipiuntur, quarum congressus nulla pœna mulctatur, *a* quales sunt & hi, qui ex abiectis quibusdam & vulgarib. fœminis, *b* vt ancillis, oriuntur, in quas propter generis obscuritatem, nec stuprum, aut adulterium, aut quid legibus prohibitum cadere potest. *c* Cùm vero in his minorum, vt ita dixerim, gentiũ spurij, multò minus, quàm in cæteris vitium notetur, cùm illorum parentes, ijs dando operam, nullam legibus pœnam fuerint promeriti. An nò æquum est etiã cùm ijs mitiùs multò quàm cum cæteris agere, vt delicto æqualis pœna vbiq; commiseretur? *d* Equidem sic ipse sentio, si cuti odiosiores illi spurij, à bonis paternis quomodocunq; semper excluduntur, eò quòd ex damnato coitu sunt progeneriti, ita hos qui ex congressu permisso prodierunt, saltem in testamento à patre agnosci posse, in hocq; æquali cum cæteris Iure non vti. Quæ opinio & ratione legis, & Iustiniani verbis, & alijs pluribus suaderi potest argumentis. Videmus spurios cuiuscunq; generis, à patris intestati successione, duabus maximè de causis repelli, vel quia ex nefarijs nuptijs fuerint concepti, quas maximè lex odio habet, idcircoq; hoc exemplo patrem voluit coërcere, vel

a l. si ea. C. de adult.
b Crauet. cōfil. 166. nu. 6.
c l. que adul. C. de adul. Azo. in sum. C. de concub. Bart. Ang. l. si vxor, de adul.

d c. non afferamus. 24. q. 1

R re, vel

re, vel quia cum quis legitimè natus non est, is & incerto patre, ac vulgò quæsitus existimatur, vnde non tam facilè eum ad alicuius successione[m] ab intestato vocavit, ut quem incertum esset, filij ne loco eum pater habuerit, sitne proprius an alienus, adsitne an repugnet in ea re defuncti voluntas. *a* Sed hæc duo in proposito quæstione nostra cessant, nam nec ex damnato eum concubitu ortum præsupponimus, minùs etiam, incertum nunc patrè esse, cum ipse semet parentem illius declarauerit, certatq; eius ex testamèto sit mens. Cur ergo capere ex eodem testamèto prohibeatur, cum hîc nulla legis ratio repugnet? Animaduertimus etiam, cum de horum successione loquitur Imperator, de intestato tantum patre mentionem facere. *b* Rursus cum modos præscribit ex testamento succedendi nusquam tam legitimam concubinam, adeoq; certos filios requirere, *c* quasi hoc aperte ipse nobis declarauerit, longè diuersam esse in hac re testati ab intestato causam. Probant & hoc idem supra in contrarium citata illius verba, *d* qui natos tantum ex nefarijs congressibus, aut damnato coitu, quomodocunq; succedere vetat, quibus quidem verbis spurios hos, de quibus nos in præsentia agimus, non comprehendendi

a Aut. de trien. & sem. §. considerem? vers. nam si hæc, circa fi.

b Aut. quib. mod. sui. §. si quis autem. & d. §. confideremus. *c* §. ne igitur. Aut. qui. mo. sui.

d d. Aut. §. fi.

6 hendi sat manifestum est. Cum enim damnatus tantum concubitus propriè indicatur, in quem & criminalis accusatio intentari, & seuera etiam poena infligi possit. *a* Iam scimus spurios, qui ex meretricibus, aut humiliorib. hisce fœminis suscipiuntur, nec vlli poenæ affines esse, *b* & talè congressum verè damnatum non dici, *c* sequitur ergo Iustinianum de his in vltima parte minimè locutum, nec hos exclusos esse! Quin cum ille filiorum tria genera distinxerit, legitimos, naturales, dñatos, ac damnatis quidem omnem penitus successione[m] interdixerit, hiq; vt modò ostendimus, damnati propriè non sint, cæteris verò ex testamento capere permiserit, credendum est potius hos in naturaliū ordine contineri voluisse, cum & ij largè naturales nominari queat, tametsi ex furtiuo quodam coitu sint procreati. *d* Nam cum euidentissimum sit, hos nec legitimos, nec damnatos esse, dicatq; Iustinianus se perfectè omnes filiorum species numerasse, *e* nonne necessariū ferè est, hos in naturalium numero referre, cum alium non possunt locū obtinere? Adiuuat hoc & exemplaris Græci authoritas, vbi de Nothis fit mentio, *f* quod verbum nedum naturales, sed & spurios complecti posse, aliàs latius explicauimus. Censeo igitur spu-

a Soz. confi. 148. & Bal. ibi in subscr. Sali cet. Auth. ex complexu. Seueri. & Cagno. l. pen. C. ad Orfi. nu. 13 *b* Bar. Ang. l. si vxor, de adult. *c* Dec. confi. 306. & 311. Alex. 139. in 1. Soz. 148. & l. Gallus. §. qd si. num. 5.

d Dec. confi. 155. l. col. Abb. c. per venera. qui fil. leg. nume. 31. *e* d. Aut. in fi.

f Auth. Græ. de Nothis.

rios hos à patre rectè institui in testamento posse, tum rationibus prædictis, tum maximè, quòd eorum natales, seu parentum concubitus, nulla à legibus pœna mulctatur, quod argumentum est, eos non vsquequaque iuri odiosos esse, & ita etiam alios insignes Doctores sensisse reperio. *a* Quæ si vera sunt, ea tamen semper obseruanda duco, cum pater eis quid vult relinquere, quæ suprâ de naturalibus tradidimus, an scilicet alios pater legitimos habeat filios, an vxorem, an cætera, quæ antea copiosius relata fuerunt.

a Salic. Aut. ex complexu. Alcia. parerg. 4. c. 5. in fin. Crauet. conf. 166. num. 11. Boër. Decif. 127. num. 6.

NATI EX PLVRIBVS CONCUBINIS POSSINT NE À PATRE INSTITUI, & SPURIJ QUOMODO SUCCEDANT MATRI.

- 1 *Sitne damnatus concubitus cum pluribus concubinis.*
- 2 *Naturales patrem in ius sine venia non vocant.*
- 3 *Qui spurij succedant matri, & cognatis.*
- 4 *Qui succedant spurio, ubi nullos cognatos habet.*

C A P.

C A P. X L I.



VM dicat Iustin. eos qui ex pluribus concubinis nati sunt, cum quibus pater eodem tempore consuetudinem haberet, legibus odiosos esse, & à sua constitutione procul excludendos. *a* Hinc quoque nostra distinctio confutari videtur, quam modò de spurijs retulimus. Voluimus siquidem eos spurios ex testamento vocari posse à patre, quos ipse ex congressu non damnato suscepisset. Sed cum hoc ipsum cum pluribus concubinis commercium, ad fornicationis accedat speciem, *b* quæ legibus impunita est, *c* Cur negat deinde Imper. quicquam talium concubinarum filijs benignitatis esse impartendum? Ego vt obicem hunc amoueam, id diligenter puto considerandum, sitne hæc libidinis species, de qua agimus, inter damnatos coitus referenda. Mihi enim vt plurimum sanè videtur referenda, cum perspiciam Iure ciuili, ad ineundum cum honesta muliere concubinatum, protestationem, vt euitetur legis Iulix pœna, esse necessariã. *d* Quòd si cum pluribus quis versari incipiat, difficillimum est hunc vel stupri, vel adulterij crimen posse eua-

a §. si verò ef. fusa. Aut. qui. mod. nat. sui.

b d. §. si verò. *c* Abb. c. inter opera, de sponsal.

d d. 1. 3. de cõ cub.

R 3 dere,

dere, ex quo Ius ciuile vnus tantum concubine consuetudinem admittit, eamque cum denunciatione, quæ cum vni semel facta est, iam cæteris nihil potest inferui-
 re. *a* Ideoq; nil mirum est, si tales liberos, vt ex damnato nato coitu expulit Iustin. quod cum præcedenti capite nostro consentit. Si tamen tales essent hæ concubinae aut potius meretrices, adeo obscuræ & fordide, vt ijs nulla stupri nota impingi posset, *b* tunc dicerent Iustiniani verba nequaquam in his esse intelligenda, propterea quod illarum congressus extra legis poenam sit, vt aliàs tradidimus, aut etiam generaliter fortè id affirmarem, qualescunque essent hæ concubinae, illarum tamen filios à testamento patris non excludi, cum ab intestato tantum reiiciat eos Imperat. ob incertam fortè prolem & indiscretam, *c* non quotiens ex certo patris iudicio, quid ad eos esset peruenturum. Mouetque me maxime, quod ijdem matri legitimi successores approbantur, *d* patrem etiam in ius sine venia vocare non possunt, *e* quæ res sanè demonstrant, illos non omnino nefarios habendos, nec cæteris ex punito concubitu prodeuntibus æquiparandos. *f* Et hæc sanè distinctio, vt confideremus, quales sint spurij, vulgares
 ne

a Bal. l. eam, quam. C. de fideicō. nu. 35.

b l. quæ adulteriū. l. si ea. C. de adult.

c ver. & hoc dicimus. ver. nam si hoc nõ fanciuerim. d. Auth.

d Bart. l. si de his qui. vt indi. num. 4.
e Imo. §. si q. rogat. col. 4.

f Alex. l. 2. in prin. nu. 13. de in ius vocan.

ne quidam, an ex damnatis nuptijs suscepti, vt primi ex testamento tantum agnosci possint, ab intestato repellantur, *3* cæteri vtroque remedio prorsus careant, sicuti patris ratione videtur æquissima, ita quo ad materna bona nullam habet dubitationem, siquidem fatentur omnes, spurium & vulgò quæsitum filium semper matri succedere posse, nedum ex testamento, sed & ab intestato, dum tamen ex eo complexu ortus non sit, qui accusari iure possit, *a* hincque tam frequenter comperimus, illos legitimos matri, aut per eam lineam cognatis hæredes fieri, *b* ab eaque eadem ratione esse educandos. *c* Recipit tamen hæc regula declarationem, si enim mater illustris fuerit, & filios iustos susceperit, spurij à legitimis in successione excluduntur, ita vt nec testamento, nec donatione quicquam ab ea capere possint. *d* Quod si soli spurij matri illustri adsint, aut etiam cum legitimis, sed matri non illustri concurrant, vtroque casu contra Accursij sententiam, *e* eos matri succedere & verius & receptius est. *f* Et hæc omnia pari ratione seruanda erunt, si de succedendo ipsi spurio agatur, *g* quoniam traditum est mutuas esse in hac re successione causas, *h* quamuis aliter in

a Glo. §. pen. Inst. ad Orfic. & in l. pen. C. eod. Ang. §. si. Aut. qui. mo. nat. sui. Bart. l. fin. de his qui. vt indi.

b l. si spurij. l. 2. l. Modesti nus. nu. cog. l. siue ing. ad Tertyl.

c l. si quis à liberis. §. i. de lib. agnos.

d l. pe. C. ad Orfic.

e Glof. §. fin. Inst. ad Tertyl.

f Ang. d. §. si. & d. Aut. §. si.

g §. de nepotibus. d. Aut.

h Dec. consil. 311. l. co. Alex.

174. in 2. & 150 in 2.

a Dec. c. at fi
clerici. §. de
adult. nu. 18.
de Iudic.
b Capr. conf.
i. Quod vide-
tur contra §.
de nepotib.
in d. Auth.
c Bald. d. l.
pe. C. ad Orfi.
d l. quo tute-
la. vbi Glo. de
reg. iur.
e Bald. Ang.
Cast. l. nutri-
toribus. C.
com. de succ.
f l. i. C. de
bo. vac. lib. 10
& Crauet. cō-
fil. 138.
g Dec. conf.
311.
h cap. 43.

dispensatione, quæ strictissimè accipitur,
nec ob maiorem etiam rationem ad aliū
casum extenditur, *a* non ineptè quibus-
dam visum sit, *b* deficientibus autem o-
mnibus per lineam maternā coniunctis,
vxor spurio hæres erit, *c* inde ad tutorē,
iure suscepti muneris hæreditas pertine-
bit, *d* dum tamē spurij intra decimum-
quartum annum, quo tempore sub tute-
la est, moriatur, *e* alioquin semper dein-
de fiscus bona ea vti vacantia occupabit. *f*
Quæ tamen intelligenda sunt, vbi propria
essent ea spurij bona, id est, non à patre
quæsitā, alioquin si constaret id quod spu-
rius detinebat, olim paternum fuisse, tūc
eo mortuo, totum hæredibus legitimis pa-
tris esset restituendum, *g* nisi fortassè id
à patre in fraudem legis factum esset, se-
cundum Distinctionem alibi à nobis tra-
ditam. *h*

SPURII NATI EX CON-
iugato & soluta, an parentibus suc-
cedere prohibean-
tur.

- 1 *Adulterium Iure civili quod dica-
tur.*
- 2 *Vxor maritum suum nec adulterū, nec
stupri accusare potest.*

3 In-

- 3 *Intell. l. 2. C. de adulter.*
- 4 *Maritus cum alia foemina, non uxore
congradiens, quando accusari possit.*
- 5 *Nati ex coniugato & soluta, non sem-
per ex damnato coitu orti intelligun-
tur.*
- 6 *Constante matrimonio, concubinam ha-
bere non licet.*
- 7 *Non omnia quæ prohibentur, pœnam
habent constitutam.*
- 8 *Adulterium Iure Canon. etiam ex par-
te viri indicatur.*
- 9 *Pœna incestarum nuptiarum, an Iure
Canon. locum habeat.*
- 10 *Adulterium Iure Canon. vocatur qui-
libet illicitus concubitus.*
- 11 *Damnatus coitus, aliter Iure Cano. ali-
ter Iure civili sumitur.*
- 12 *In successione Iura civilia servantur,
etiam Iure Canon.*

C A P. X L I I.



ST ergo illud, ni fallor, sa-
tis probatum, spurios qui
ex damnato coitu orti non
sunt, hæredes matri, quan-
doque & patri esse posse.
Verum incidunt quando-

R 5 que

que quæstiones de varijs coniunctionum generibus, quas, sintne damnatæ, aut minus, ignoramus, cum eas certo loco constitutas non reperiamus. Vnde filij quæque possintne succedere, meritò dubitamus. Exempli causa, si maritus quispian ex soluta aliqua muliere prolem susceperit, incertum videtur filij ne illius hæreditatis capaces censeantur. Sozinius & Baldus eos succedere matri pos-

¹ se dixerunt, *a* eò quòd adulterium Iure civili id non dicatur, vbi cum soluta muliere nobis est negotium. *b* Nam tunc alterius torum non lædimus, vnde adulterium dictum volunt, *c* propterea nec damnatum hunc concubitum esse aiunt, qui filij successionem debeat prohibere. Quæ Sozini ratio, si vera est, quamuis ipse de matris disputet hæreditate, idè tamen de paternis bonis dicendum esse sequeretur, vbi pater in testamento aliquid his relinqueret, vt supra differuimus. Contrà verò integro consilio respondit Decius, *d* qui voluit damnatum hunc concubitum omninò dici, quòd pœna illi Iure constituta sit, non quidem adulterij, sed stupri, vt & Imperatoria constitutione expressum ait, *e* & multi alij Doctores tradiderunt. *f* Ego verò, si credidit Decius vxori ius esse maritū suum cum alia
fœmi-

a Sozi. conf. 148. Bal. Nou. ibi in subscr.
b l. i. C. de adult.
c c. lex. §. 1. 36 q. i. l. inter. §. 2. de adult.
d Dec. conf. 306. quamuis. conf. 311. nu. 2. id deinde non fir. mar.
e d. l. i. C. de adult.
f Sal. l. i. C. de concu. Anch. confil. 335. in prin. Goz. cõfil. 21. col. pe. Alex. conf. 60 in 2. num. 32. Caccial. late in l. pe. C. ad Orfi. col. 11. 12

fœmina congregientem, stupri accersire, aut quicquam simile ea constitutione caueri, longè quidem illum falli existimo, excludit enim ille textus mulierem ab omni prorsus accusatione, nedū adulterij, sed stupri. Nam cum lex Iulia de adulterio æquè, ac de stupro loquatur, *a* hæcq; publica crimina sint, *b* sequitur etiam eorum actiones fœminis esse interdictas. *c* Vnde miror satis quomodo eam legem in opinionem suam attulerit Decius, cum ibi de stupro nihil agatur, siue ab vxore, siue à quocunque alio accusato proponatur. Quin hoc solum ait ille text. mulieres, quamuis matrimonium suum à marito violatum velint expostulare, accusationem tamen contra eum instituere haud posse, Id est, quamuis eius rei multas haberent probationes, quibus maritū tori fidem non seruasse vellent docere, adhuc tamè nullum ius publico iudicio aduersus maritum posse exercere, eò quòd marito tantum hæc accusandi facultas lege concessa sit, non vxori. Quæ res & verbis Gellij in Noct. attic. conuenit, quia ita veteri Iure scriptum ex Marci Cat. oratione refert. In adulterio vxorè tuam si præhendisses, sine iudicio impunè necares. Illa te si adulterares digito non auderet contingere, neque ius est. Et Syra apud Plau-

a §. item lex Iulia. Inst. de publ. ind.
b l. i. de pub. iudi. & d. §. item.
c l. de crimine. C. qui accus. non poss.

Plautum in Mercatore conqueritur mulierum conditionem, his verbis :

*E castor lege dura viuunt mulieres,
Multoq; iniquiore misera quam viri.
Nam si vir scortum duxit clam uxorem
suam,
Id si rescivit uxor, impune est viro.
Uxor viro si clam domo egressa est foras,
Viro sit causa, exigitur matrimonio.
Vtinam lex esset eadem qua uxori est,
viro.*

Non ideo ego tamen Decij opinionem vnde quaque falsam dico, sed prout nec illi, 4 sic nec Sozino omnino in hac re haerendum esse existimo. Sic enim credo maritum, qui cum alia foemina rem habeat Iure, civili stupri quandoq; accusari posse, quandoque non posse. Nam si obscura sit, vilisque admodum ea mulier, quam maritus praeter uxorem cognouerit, omne in eo stupri crimen cessare puto: cum tale concubitum extranei quidem accusare nequeant, vt qui publice impunitus dicitur, a minus uxor, cum ipsa nullam aduersus maritum eo nomine actionem habeat, b nisi fortasse iniuriarum, c quod & ipsum dubium puto, si vera sunt, quae Marcus Cato in sua illa oratione scripta reli-

a l. qua adulterium. C. de adul. Ang. l. si uxor, de adul. Bar. l. verum. de furtis.
b c. apud. 32. q. 1. §. publico.
c Bal. d. l. 1. C. de adult.

reliquit, Quod si paulo honestior decentiorq; foemina sit, & tunc cum Decio sententiam, maritum cum ea impudice versantem, quamuis non adulterij, attamen stupri crimine condemnari posse, non quidem uxore id ei obijciente, nam uxori non licet, sed alijs forte accusantibus, nec enim aequum est eum impune ab hoc crimine dimitti. 5 Vnde quod ad filios attinet, de quibus in praesenti disputamus, si ex concubitu non vilissimae & improbissimae foeminae orti fuerint, quamuis soluta esset, crederem damnatum hanc coniunctionem dici, nec filios parentibus posse succedere, secundum supradicta. Quod si abiecta fuerit conditio illa foemina, tunc secus putarem, & hoc casu Sozini sententiae vt veriori locum concederem. Quod si quis vrgeret adhuc ea ratione, quod expressè prohibitum sit, ne cui constante matrimonio concubinam habere liceat, a ita vt nec domino, cui uxor adsit, amplius concubitus cum ancilla sua permittatur, b nec distingui his casibus, qualis sit ea mulier, cum qua iungit se maritus, vilisne an honestae conditionis, quasi leges id vnum tantum spectent, an maritus postergata legitima uxore sua, alterius mulieris familiaritatem sequatur, hancq; solum indignitatem grauius ferat, ob idq; eum

a l. 1. C. de concub.

b l. fin. in fi. C. commu. de manu.

a Bal. l. 2. C. de incest. nupti. Dec. consil. 330.

eum etiam ignominia plectant. *a* Responderem primò, non loqui nos de marito, qui præter vxorem detineat etiam apud se perpetuò concubinam, prout Doct. illi videntur intelligere, sed de eo, qui præter legitimum torum, furtiuos etiam cum alijs concubitus quando que non aspernatur, vt multis contingere videmus. Aut tandem exemplo me Diui Marci protegerem, qui rescripsit eum hæredem, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non rectè facere, pœnam tamen

b l. at si quis. §. diuus, de relig. & sum. fu.

7 in eum statutam non esse. *b* Sic concedam & ego maritum quidem minùs honestè decenterque facere, ex quo tamen pœna illi ob hoc nulla indicta est, propterea & concubitum illum damnatum non fore appellandum, filiosque

c c. nemo. 32. q. 4. Abb. ca. transmissæ, de eo qui cog. con. vxo. d. Gl. c. Posses. for. de reg. iu. in 6.

8 ad successionem admitti posse. Quæ quidem Iure ciuili ita se habent. Hodie verò cum Iure Pontif. adulterium idæquè dicatur, cum vxor alterius vitatur, ac vbi coniugatus vir se solutæ mulieri immiscuerit, *c* dubia magis nunc quoque ista omnia redduntur. Cùm enim in materia peccati, qualis hæc est, leges semper cedant Canoni. *d* Canon verò adulterium hoc appellet, de quo nos agimus. Iam sequitur vt & damnatus hic concubitus hodie rectè sit vocandus, cùm adulteriū criminali

minimali supplicio plectatur, sicuti aliàs damnatum diffiniuimus. *a* Nam cùm ali- quid certò delicti nomine lex demòstrat, pœnam quoque eandem ac nomen illud meretur, illi crimini constituisse existimatur. *b* Sic videmus pœnam Iure ciuili incestis nuptijs impositam, *c* in ijs quoque nuptijs locum habere, quas hodie incestas dici Ius Canon. statuit. *d* Sic & cùm matrimonium intra quartum gradum contrahi lege municipali sub pœna prohibetur, gradus isti secundum canones, nõ leges accipiuntur, *e* eò quòd materia hæc propria est magis Iuris Pontificij, *f* quod & alijs exemplis liceret comprobare. *g* Qua ratione & huiusmodi filij ex adulterio nati, & consequenter ex damnato concubitu vocandi omninò hodiè videntur, ob idque incapaces hæreditatis parentum cèsendi, cùm ita Ius Pontificium declaret, cui in huiusmodi materia hærendum est, prout & grauissimo Delphinalis conuentus Iudicio hodie decisum extat.

10 *b* Me tamen ista parum sanè mouent, contraque firmiter sentio. Nam video Iure Pont. omnem illicitum concubitum etiã cum meretricibus, adulterium vocari, *i* i ex quo sequeretur, pro qualibet fornicatione hodie adulterij pœnam esse imponendã, quod tamen secus est. Quin & cùm concu-

a supra c. 40.

b l. r. §. r. ad Turpil.

c Aut. Incestas. C. de incest. nupt.

d Abb. c. r. & si. de don. inter vir. & vxo. Dec. consil. 153.

e Alex. Dec. l. si Auiz, in fin. C. de succ. ed.

f c. pe. de sec. nupt.

g Dec. consil. 155.

h Gui. Papa. decis. 280. Titius.

i c. Nemo meretrices. 32.

q. 4.

a d.c. nemo.
in princ.

b Ripa. §. si
quis rogatus.
ad Trebel. nu.
21. & in l. si vn
quam. C. de
reuoc. do. q.
28.
c cap. 16. 40.

d Bart. l. 3. de
conc. in prin.
& Soz. in con
sil. 148. col. 3.
verf. nec etiã.

concupinatus eodem Iure adulterium di-
catur, quia quicquid in ea, quæ legitima
vxor non fit, committitur, adulterij cri-
mine venit, a sic fieret etiam, vt hodie
præter vxorium cæteri cõcubitus omnes
semper damnati dicerentur. Vnde nec na-
rurales filij vnquam succedere deberent,
quia secundum ius istud ex damnata con-
iunctione geniti sunt, quod tamen aduer-
sus communes interpretũ sententias est,
b & spuriorum illa distinctio, de qua su-
prã, c hodie non ampliùs esset obseruãda,
& quicquid Iure ciuili de naturaliũ, aut
spuriorum successione cautum est, id in
vniuersum nunc immutatum & corre-
ctum esset, quod ego nunquam admise-
rim, & eruditus viris absurdũ videri de-
bere semper crediderim. Non igitur hoc
Iure, quod de adulterio & damnata copu-
latione dicitur, eodem quo apud leges ci-
uiles sensu accipiẽdum est. Si quidem ibi
damnata coniunctio ea est tantũ, vt alias
diximus, quæ criminali pœna potest mul-
ctari, hinc de alterius generis pœna intelli-
gitur, ea scilicet, quæ solutis humani cor-
poris vinculis ad cœleste summi Dei tri-
bunal sit exoluenda. d Quæ ergo in con-
trarium supra adducta fuere, aut huic ca-
sui nostro non sunt similia, si quis ea sub-
tiliter animaduertat, aut si etiã sunt, ego
de his

de his plurimũ dubitarem, cũm pœna-
les sanctiones mihi nisi ijs casibus recipiẽ-
dæ videantur, qui expressè legibus cauti
sunt. a Aut quicquid de ijs dici possit,
ipse in hac materia, vbi de successione a-
gitur, à Iuris ciuilibus regulis nunquam di-
scedendum putarem, quæ & Iure Cano-
nico, quantum ad hanc rem pertinet, ser-
uantur, vt & Doctores omnes sæpè atte-
stantur. b Et ita secundũ supradictam Iu-
ris ciuilibus distinctionem, hæc hodie quo-
que locum habere affirmarem.

a l. At si qui.
§. diuus. de re
lig. & sumpt.
fune. Abb. c. 1.
de post. præl.
num. 32. Iaf. l.
cũm quidam.
nu. 11. 12. deli.
& posthu.
b Tiraq. in l.
si vnquam. C.
de reuo. don.
ver. suscepit
libe. nu. 51.

DE SPVRIIS EX DAMNA-
to coitu, & si quid illis in frau-
dem fuerit reli-
ctum.

- 1 Spurij ex damnato coitu, nihil à patri-
bus capere possunt, & quæ sit ratio.
- 2 fidem nec ullis coniunctis, nec inter se
ab intestato succedunt.
- 3 Differentia an relinquatur aliquid spu-
rio a patre palam, vel tacitè.
- 4 Tacitum fideicommissum quomodo co-
gnoscatnr.
- 5 Qui tacitè fidem dedit, de restituendo
aliquid spurio, an ideo tota hære pri-
uetur.

S 6 Em-

- 6 *Emphyteota alienans partem rei, an toto iure cadat.*
 7 *Pater spurium non potest adoptare.*
 8 *Qua possit pater erga filium spurium facere.*
 9 *Quomodo dolus probetur, ubi dubitamus spurium a patre aliquid consecutum.*
 10 *Actus insoliti præbet causam suspicionis.*
 11 *Heres cogitur respondere positionibus, an cum testatore colluserit.*

C A P. X L I I I.



a §. item lex Julia. Inst. de pu. iud.

Nunc ad alios spurios descendamus, quos ex damnatis nuptiis prodijisse omninò constat, veluti adulterio, stupro, incestu, *a* & hi cum nec filij nomē mereantur, *b* tantū abest, ut ad patris siue matris bona, *c* villo casu possint aspirare, *c* ut nec alimēta quidem ijs iure ciuili debeantur. *d* Quod circa nec eo colore possint adiuuari, quasi ut extraneis liceat eis quod in testamento relictum fuerit, consequi, *e* hi enim præter extranei causam, & paternum delictū habent coniunctū, quòd meritò illos bonorum parentum reddit expertes. *f* Repellit & eos publicæ honestatis iustitia, ne
in

in tam graui crimine grassandi hominibus impunitas permittatur, *a* cum ita facilius paterna libido coërceri posse censeatur. *b* Sunt igitur omnis successione siue paternæ, seu maternæ, tam ex testamento, quàm ab intestato penitus incapaces, *c* nec ius vllum agnationis aut cognationis cum patre matræue, nec inter seipfos seruant, *d* ita ut nunquã sibi inuicem ab intestato succedant, *e* tametsi olim in Regia curia aliter (& malè fortè) iudicatum fuerit. *f* Quod quidè in alijs spurijs, qui ex damnato cõcubitu orti non sunt, secus est, retinent enim ij cum matre, & inter se ipsos iura omnia cognationis, licet non consanguinitatis. *g* His ergo si à parentibus aliquid palàm relictum proponatur, nec ipsi illud cõsequi, nec parètes ampliùs id repetere possunt, *h* sed scriptis hæredibus, aut venientibus ab intestato solet applicari, *i* quoniã cum spurij hæreditate illa indigni non proprio, sed alieno delicto videantur, *k* transmittunt relictam sibi portionem, veluti pro non scripto ad legitimos hæredes. *l* Sin tacitè relictum sit, ut quod hæredis fidè testator fuerit secutus, tunc quia fraudem legi hæres facere voluit, *m* omnia ad fiscum statim deuoluuntur. *n* Quandoque tamen euenit, ut & id quod palàm legatum est, oc

a Bald. l. i. C. de iur. aur. an. nu. 3.

b l. fin. C. de nat. lib.

c §. fi. vbi Angel. Aut. qui. mod. nat. sui. Cag. l. pen. C. ad Orf. nu. 45.

d Alex. conf. 174. in 5.

e Dec. confi. 311. Crauett.

138. ver. 4. probatur. Cag. d. l. pen. nu. 46.

f Afflict. Decif. 96. nu. 11.

g l. 2. l. si spurij. Vnd. cog.

h Bald. l. perpetuo, de cõdi. ob. turp. cau.

i l. non intelligitur. de iur. fic. Bar. l. fin.

de his quib. ut ind.

k l. legem. C. de nat. lib.

l l. pater. l. nec apud. C. de hẽ. inst. no.

in l. auferrur, in prin. de iur. fic.

m d. l. nõ intelligitur.

n Bar. l. Luc. §. itest. de le. r

& conf. 119. dominus Doni.

a Bald. l. cer-
u. C. vnd. le.
n. 17. & l. i. C.
de na. lib. Cra
uet. conf. 166.
num. 15.

b Iux. l. si qd
incest. C. de
inc. nupt.

c no. Bart. l.
hæreditas. C.
de his quib.
vt ind. i. col.

d Cap. caut.
38. in 6.

e Alex. conf.
202. in 6.

f Dec. confi.
311. in fi. Bart.
l. nō intelli-
gitur. de iur.
fisc. Alex. d.
confi. 202.

g Bald. l. in
tacitis. de le-
gat. i.

cupet fiscus, nō agnati. Quid enim si cum spurio colludat agnati, alijq; legitimi hæredes, vsque ad decimum gradum, interimq; bimestre labatur spacium, antequam bona ea à spurio vindicent? *a* Quid si ex incesto natus sit filius, nec adsint personæ ab Imper. præfinitæ ad successio- nem? *b* Quid si specialis quis casus con- iunctos reijciat, fiscum admittat? *c* Sic quoque ex contrario, cum tacitum est fi- deicommissum, nō semper tamen potior est fiscus cæteris cōsanguineis: Quid enim si extraneus quis ea de re clam rogetur, qui hæreditatem capere non poterat? *d* Quid si testator verborum tantum in- uolucris vsus fuerit, aliumq; circumscri- pto nomine spurij loco appellauerit, cum spurio tamē bona illa restituenda omnes intelligerent? *e* Non enim sat hoc est ad tacitum fideicommissum inducendum, bonaq; ab hærede scripto auferenda, sed id in primis spectandum est, tacitene hæ- res cum testatore de hac re conuenerit, il- liusq; fidem testator secretò sit securus, *f* cum nec nudis tantum pollicitationi- bus, sed vera & efficaci obligatione, cum oporteat esse astrictū. *g* Existimauit au- tem Bald. etsi de minimo nummo in spu- rium transferendo inter testatorem & hæredē tacitē actum fuerit, totam tamen hæ-

hæreditatem ob id ab hærede auferen- dam, *a* Sed hoc seuerum nimis & ini- quum est, cum pœna delicto par esse de- beat, *b* satisq; fit in ea quem parte mul- ctari, in qua deliquit. *c* Nam & alibi qui tacitē fidem testatori præstiterat, de resti- tuendis indigno bonis quibusdam, non idcirco pupillaris substitutionis auxilio priuandus fuit. *d* Et qui hæreditatem alienare prohibitus est, partem manci- pando, ab alijs bonis non excluditur. *e* Et emphyteuta, qui partem rei sibi locatæ vendidit, solū eius ratione pœnas susti- nere, non toto iure cadere debet. *f* Quod ego fiduciarij clientis, & usufructuarij exemplo, *g* verissimum esse cum Soci- no *h* putarem: Pœna enim à lege consti- tuta delicti fines excedere nequaquam debet, *i* potiusq; si in alterutram par- tem sit peccandum, interpretatione mol- lienda quàm exasperanda erit. *k* Aded verò sanè spurij isti à paternis eiiciuntur bonis, vt quoquo modo constet patrem ijs aliquid relinquere voluisse, nunquam hoc ad eos vlla possit ratione peruenire, nec per imaginariam emptionem, nec ta- cita agnatorum dissimulatione, aut alia quauis causa, *l* cum quod pater ipse non potest, ei nec per mediam liceat perso- nam, *m* ita, vt nec eos etiam ob eandem

a Bal. l. etiā.
pen. q. C. ad l.
Falcid.

b l. rescriptū.
de his quib.
vt indig.

c l. heres qui.
eo. tit. l. om-
nes. in fin. C.

d l. ex facto.
§. fi. de vul. &
pu.

e Ias. l. ait
prætor. 2. nu.
5. de iureiur.

f Alciat. l. sti-
chum. 15. lim.
de leg. 1.

g Ias. l. fin. C.
de iur. emph.
nu. 125. & d. l.

h d. c. i. de
vul. qui cont.
Loth.

i Soz. §. Ca-
to. num. 20.

k Bald. confi.
337. in 1.

l l. interpre-
tatione, de
pœnis.

m Dec. confi.
311. num. 3.

n l. i. §. siue
itaque. C. de
nat. lib.

7 rationem sibi vt filios valeat adoptare. *a*
 Quòd si quidem de hac paterna volunta-
 te nihil appareret, cessaretq; omnis fraudis
 suspitio, tunc non prohibentur alij quod-
 cunq; voluerint liberalitatis genus in spu-
 rios conferre. *b* Atque ex his manifestè
 colligi potest, supradicta omnia in ijs tan-
 tum bonis locum habere, quæ ex patris iu-
 dicio spurij essent cõsecuturi, quod idcir-
 cò irritum esse lex iussit, vt eius nefaria
 libido cohiberetur. *c* Cæterùm nihil
 8 prohibet, quin pater spurium filium, bo-
 norum suorum executorem in testamen-
 to relinquat, cùm tunc nihil ex eis sibi re-
 tinere, sed omnia, prout iussit testator, in
 alios debeat distribuere, fide etiam iudici
 facta de ea re, vt omnis fraudis suspitio a-
 moueatur. *d* Quin poterit pater spu-
 rium eundem non in proprijs, sed alie-
 nis, vtputa pupillaribus bonis substituere.
e Hæcque ratione & fratri ex testa-
 mento succedere licebit, *f* & ab agnatis
 & extraneis quibuscunque quacunque
 ratione acquirere, *g* ita vt nec illi, cui
 pater res suas reliquerit, sit interdictum,
 spurium in ijsdem bonis sibi à patre per-
 uentis, hæredem instituere, *h* dum tamè,
 vt dixi, res omni dolo careat, qui quidem
 abesse in dubio præsumendus est. *i* So-
 let is autem tunc ea maximè ratione de-
 pre-

a l. legem. C. de na. li. §. & nos non. Aur. qui. mod. leg. Port. Inst. de adopt. in fin. Alex. l. itè de his q sui sunt. b l. ita fidei. §. fi. de iu. ff. Bar. Alex. l. i. eod. tit. Barr. Bal. l. si is, de vulg.

c l. fin. C. de nat. lib.

d Alex. l. cogi. §. hi qui. nu. 4. ad Trebell.

e l. si is, qui de vulg. secū. dum commu. nem intell. f Bald. conf. 5. in 1.

g Gl. 1. §. fin. Aut. qui. mo. sui. Bar. l. si. de his qui. vt in. h Bal. l. eam, quam. C. de fi. de ic. num. 54. Bar. Cas. d. l. si is.

i Alex. cõf. 51 in 2. Cor. con. fil. 236. in 2. li. tera B.

prehendi, cùm quis testamento, nec codi-
 cillis rogatus, sed domestica cautione,
 9 & Chirographo se obligauit, ad præstan-
 dum ei qui capere non potest. *a* Aut ipse
 idem qui tacitè rogatus est, id aliquibus
 confiteatur, *b* vel post mortem testatoris
 passus fuerit spurium illa bona posside-
 re. *c* Quibus & non dissimile est, si spu-
 rius omnia bona patris ab eius hærede e-
 merit, *d* aut per interpositam personam
 id effecerit, *e* aut statim, postquam ex-
 traneus ille earum rerum dominium na-
 ctus est, in spurium quocunq; titulo trās-
 tulerit, *f* vel si in emptione non vera nu-
 meratio, sed de precio fides habita fue-
 rit. *g* Et generaliter, quotienscunque
 actus aliquis insolitus & nonus interces-
 sit, iustam habemus suspicandi causam, *h*
 10 quales plures à Doctoribus varijs in locis
 referuntur. *i* Et his casibus, quicquid
 spurius ex bonis paternis possidere repe-
 ritur, id in fraudem ei acquisitum credi
 potest. *k* Ast his cessantibus, crediderim
 ego spurium à patre titulo oneroso, ab alijs
 verò etiam lucratiuo res paternas rectè ca-
 pere posse. *l* Et si fortassè adhuc de hære-
 dis collusionè dubitetur, nullæ tamen
 ex prædictis extent coniecturæ, tunc

a l. non intel-
 ligitur, i prin.
 de iur. ff. l. in
 tacitis, de le. 1
b Bar. d. l. fin.
 de his quib.
 vt ind.

c Imol. d. l. si
 is qui.

d Bart. l. 2. C.
 de repud. hæ.
 arg. l. omnes.
 §. Lucius. quæ
 in fr. cred.

e l. pupillus.
 §. pe. vbi Bal.
 de aut. rur.

f l. si ventri.
 §. fin. de priu.
 cred.

g l. sicut. §. su-
 peruacuum.
 quib. mod.

h pign. l. pen. &
 fin. C. mand.

i Cap. de si-
 mul. contr.

k præsumpt. 9.
 Bald. conf. 75.
 in 2.

l Bart. l. post
 contractum,
 de dona. Cap.

po. in d. trac.
 de sim. contr.

& num. 83.

S 4

quoq; *k* Bald. l. i. C.

de nat. lib. Barr. confil. 311. col. 1. in fi.
 l. Bald. Alex. d. l. si is qui.

quoque hæredem cogi posse, vt ad in-
terrogata respondeat, an tacitè testatori
fidem suam obligarit, a vt veritas omni-
nò eruat, tametsi cæteri crebriùs cõtrà
sentiant. b

a Auth. qui.
mo. na. sui. §.
nos igitur.
ver. poterant,
& ver. sic e-
nim nequa-
quam. & Bar.
d. conf. 194. &
l. 2. §. quod
obseruari. C.
de iureiur.
prop. cal.
b Curt. tract.
posit. nu. 45.

ROGATVS CVI VELIT
hæreditatem restituere, an possit testa-
toris filium spurium eligere, An e-
tiam suum ipsius Spu-
rium.

- 1 *Fraus in dubio non presumitur.*
- 2 *Qui cogitur aliquid dare, an dando libe-
ralis videri possit.*
- 3 *Quod sit alterius præcepto, ab eo id factũ
rectè videtur.*
- 4 *Executoris testamentarij munus.*
- 5 *Primò nostris, inde alyis subueniendum.*
- 6 *Clericus ex fructibus ecclesie, consan-
guineos suos pauperes alere potest.*

C A P. X L I I I.



Vnt quidam verò casus, in
quibus rectè dubites, fue-
ritne fraus adhibita, aut mi-
nùs, vt cùm quis à testato-
re rogatur, hæreditatè cui
velit, arbitrato suo restitue-
re. Nam

re. Nam si is spurium testatoris eiusdem
filium elegerit, censent pleriq; eum non
admittendum, a propterea quòd à testa-
tore ipso propter illa verba capere videat-
tur. b Ego aliàs contrà aiebam, eò quòd
fraus indicijs perspicuis probanda esset,
c nec in dubio hæres doli & criminis infi-
mulandus. d Nam & is cui aliquem in-
stituendo optio data est, indignum rectè
eligere potest, e quin nec necessitudo aut
sanguinis coniunctio vllam fraudis suspi-
tionem iniicere solet. f Quod eò magis
hïc affirmandum videbatur, quòd bona
ipsa, non rectà ex testatoris capiuntur vo-
luntate, sed potiùs hæredis. Siquidem te-
statoris præceptum, id solum facit, vt bo-
na illa necessariò ab hærede in aliquè sint
conferenda: verũ quòd huic potiùs quàm
illi tribuantur, in hoc hæredis voluntas
liberalitasq; agnoscitur, g qui hunc cæ-
teris omnibus quos eligere potuisset, præ-
fert. h Quam sententiam, Bartolum quã-
doque ac Baldum defendisse, i tandemq;
Cornæum integro responso pluribus ar-
gumētis comprobasse animaduertentem.
k Nunc tamen aliam sequor opinionem,
video enim testatoris præceptum, meram
necessitatem parere, nec vllum ferè pro-
priæ hæredis beneficentiæ locum relin-
quere. l Cùm verò quid ex necessitate

a Bart. l. fi. de
his quib. vt
ind. Cast. l.
Lucius. §. fin.
de legat. 1. Cæ-
pol. cau. 38.
b l. vnum ex
fa. §. 1. de le. 2.
c c. dolum. C.
de dolo.
d l. & meri-
to, pro socio.
e l. cum qui-
dam, de leg.
2.
f d. l. fin. in
princ. de his
quib. vt ind.
g Glo. c. rela-
tum, de præ-
ben. in fi. & c.
fi. de off. vica.
in 6.
h Sozi. l. 1. §.
denique, nu.
6. ad Trebell.
i Bart. l. Lu-
cius. §. fin. de
leg. 1. Bald. cõ-
fil. 242. in 2.
k Corn. con-
fil. 236. in 2.
l d. l. vnum
ex fam. §. 1. de
legat. 1.

geritur, hoc non ab eo, qui id tunc agit, sed ab eo, qui id ita faciendum præcepit, est agnoscendum. *a* Nudum tantum ver-
 satur in hac re hæredis ministerium, cæ-
 terum ius ipsum totum à testatore ori-
 tur, *b* exemplo fideicommissi, quo quis
 testatori, non hæredi succedere dicitur. *c*
 Hinc si Decuriones negotium Duumviris
 3 dederint, ut quem ipsi elegerint, eorū no-
 mine litem instituat, is ab ordine magis,
 quam à Duumviris ad id vocatus existi-
 mabitur. *d* Hinc si magistratus mandato
 populi aliquid constituerit, illud nō am-
 pliùs deleri poterit, eò quòd non magi-
 stratus, sed populus id verè sanxisse dici-
 tur, *e* quod & multis alijs exemplis Do-
 ctiores declararunt, ad rem nostram ma-
 ximè accommodatis, *f* ut intelligamus,
 quòd patri erga spurium recta via non li-
 cuit, nec id etiam hæredi huiusmodi colo-
 re permittendum, quod & Barto. ex facto
 aliàs respondit, *g* & Baldus etiam secu-
 tus est. *h* Quid verò si cui bona aliquot à
 testatore relinquerentur, ut ea in paupe-
 res aut pios usus distribueret, credimus
 ne licere illi, in filium proprium spurium
 ea conferre? Ego & hinc sanè subsisto, quic-
 quid alij sentiant, *i* non quidem supradi-
 ctis rationibus, nam illi huc non pertinet,
 sed quòd is, qui se filijs suis beneficū gra-
 tumq;

a Ias. l. si is q
 pro emptore,
 de vfuca. nu.
 352.

b Cast. d. l. v-
 nū ex familia
 c l. coheredi.
 §. cum filia,
 de vulg.

d l. item. §. si
 Decurion.
 quod cuiusq;
 vniu.

e Rom. conf.
 116.

f in d. l. vnū.

g Bart. conf.
 194.

h l. id quod
 pauper. C. de
 epif. & cle. nu
 me. 41.

i Anchar. cō-
 fil. 436. Ale. l.
 si is qui. de
 vulg. col. fi.

tumq; præbet, paterna magis affectione,
 quàm vera in Deū pietate mouetur, *a* vn-
 4 de testatoris non omninò satisfacit volun-
 tati, & quia is qui executor testamento re-
 lictus est, nihil ex ijs bonis in rem suam
 conuertere debet, sic enim expilator po-
 tiùs, quàm distributor bonorum dicere-
 tur, ut Baldus ait. *b* Non ergo spurij pro-
 prij à patre eligi posse videntur, nam cum
 eos alere antea ipse teneretur, nūc si inter
 illos hæc bona diuideret, statim se ipsum
 quoq; eo onere liberaret, cum ipsi ex his
 bonis sibi necessaria victui iā possent sup-
 peditare, vnde pater ad id ampliùs cogi
 non posset, *c* & consequenter ex hac di-
 stributione magnum sibi commodum &
 lucrum comparasset. Alij tamen contrà
 aiunt. Quocircà crederem sic rectè distin-
 gui posse, quòd si executor relictus verè
 pauper erat, euidēsq; erat eius inopia, pos-
 sit ille filio suo spurio, quantum sit ei sa-
 tis futurum, pro alimentis de bonis testa-
 toris elargiri, eò q; cum ille hæc de suo cō-
 modè non possit filio præbere, nunc cum
 oblata sit hæc ei occasio, qua debet aliorū
 5 egestatem & penuriam hisce bonis suble-
 uare, in culpa potiùs esset, si hoc casu ex-
 traneos suos anteferret, *d* cum prima cha-
 6 ritas incipiat à seipso, *e* & eadem ratione
 clericus ex proventibus ecclesie, spurium
 ale-

a arg. l. Ne-
 fennius, de
 neg. gest. De-
 cius conf. 120
 num. 4.

b Bal. Repet.
 l. i. C. de sacro
 fan. num. 48.

c l. 5. §. sed si
 filius, de lib.
 agnos.

d c. quisquis.
 12. q. 2. vbi Ge-
 min.
e l. præses. C.
 de seru. & aq.

a. Cur. de Iure patr. ver. honorificū, num. 12.
 b. c. est probā da. c. non fa- ris. c. domin^o. 86. dist. Bald. l. id quod. C. de epi. & cler. num. 41.
 c. Sozi. cōf. II. col. 2. Ripa- rra. de peste. c. deuenio. num. 164. & 174. Alciat. Reg. 1. prae- sumpt. 29. nu. 7. 8.
 d. Alex. l. di- uis. ad l. Fal. col. 2.

alere, & sorores pauperes dotare possit, a- dum tamen haec moderatē agantur, habi- ta ratione necessitatis tantū filij sui non vt eum ex his bonis locupletem reddat. *b* Quæ opinio maximorum Iuris interpre- tum fuit, *c* & vt mihi videtur, perquam probabilis. Quod si proprijs bonis satis pater afflueret, tunc contrarium sanè di- cendum esset, vt modò differebamus, pos- setq; fortè & haec eadem distinctio præce- denti quæstioni inseruire, vt Alex. sensit, *d* quamuis si quis subtiliùs vtranque in- spexerit, videat non nihil diuersitatis inter eas superesse.

**QVA RATIONE POSSINT
 spurij aliquid à parentibus
 consequi.**

- 1 *Spurius Iure societatis cum alio contra- cta, ad paterna bona quandoque ad- mittitur.*
- 2 *Spurius à patre institui potest, cum cape- re poterit.*
- 3 *Mortuo patre, quando spurij agnatis inuitis possit legitimari.*
- 4 *Cantela in fauorem spurij, vt statim de- nunciet bona fisco.*
- 5 *Spurius religionem ingressus, capax est pater-*

paternorum bonorum.

- 6 *Et statim legitimatus censetur.*
- 7 *Clericorum & monachorum idem vide- tur esse vitæ finis.*
- 8 *Hodie spurij alimenta relinquuntur.*
- 9 *Spurius grauari potest, ne alteri heredi- tatem restituat.*
- 10 *Hereditas à fideicommissario repudia- ta, an spurio acquiratur.*
- 11 *Pater qui non est soluendo, spurium in- stituere potest.*
- 12 *Ex causa remunerationis, pater spurio aliquid donare potest.*
- 13 *Legitimati aequè ac legitimi succedunt.*
- 14 *Mulier metu constuprata, filijs indena- tis omnia potest rectè tradere.*
- 15 *Comprensa à Principe, praesumitur per vim vitata.*
- 16 *Illicitus congressus non excusatur præ- textu paupertatis.*
- 17 *Cantela varia ad instituendos spurios.*

C A P. X L V.



SED quas modò fraudes ad spurios instituendos re- tulimus, palàm se omnib. produnt, facillimeq; depre- henduntur, atque ideò ni- hil

hil vt diximus, illos solent adiuuare. Reperiuntur tamen cautiores aliquot infidiæ, ita veritatis specie obumbratæ, vt & legibus ipsis imponant, spuriosq; patrum bonorum compotes efficiant. Quamuis autem Caium illum Aquilium dicere solitum legamus, Iuriscōsulti prudentiam in cauendo, non decipiendo debere versari, quia tamen animaduertimus multos illegitimè natos, summis quandoque virtutibus præditos esse, eaq; de causa maximè dignos, qui in paterna hæreditate succedere debeant, propterea in præsentem constitui, aliquot insigniores modos tradere, quibus parentes optimi, de his filijs suis probè liberalitèrque institutis, quamuis spurijs, benemereri possint, cum non videatur is legi fucum facere, qui bonos honestosque viros, quacunq; potest ratione, adiuuare contendit. Inprimis *a* igitur, si contrahat spurius omnium bonorum societatem, cum patris filio legitimo & naturali, aliòue patris affine & coniuncto, hincque deinde à patre hæres instituat, poterit spurius dimidium eius hæreditatis consequi, *b* quæ socio suo relicta est, cum ita inter eos inita sit societas, vt omnia bona communia sint futura, *c* nec enim hinc suspicabimur patrem idcirco ea bona huic

a Corf. in sing. ver. spurius.

b Bart. l. si is qui de li. leg. & Bald. l. r. C. pro soc. 14. q. c. l. si societatem vniuers. pro soc. Fel. c. multorum, de iudic. nu. 2.

huic reliquisse, eò quòd Iure societatis deinde ad spurium essent peruentura. Namque etsi ea societas conflata non esset, verisimile tamen est, non minus patrem, eum quem nunc sibi hæredem esse voluit, & antea instituturum, cum eum aut filium illius legitimum, aut valdè coniunctum esse præsupponamus. *a*

2 Sed & si ita spurius à patre instituat, cum capere poterit, valet hæc institutio, *b* interimq; donec legitimorum iura à Principe adipiscatur, idem iacenti hæreditati curator dabitur, bonaq; illa administrabit, *c* quod consilium vti tutissimum, licet aliqui repugnent, *d* frequentius tamen est à plerisque approbatum. *e* Immo institutus sub ista conditione, post mortem patris poterit legitimis naturalibus rectè restitui, quamuis agnati, quibus est iam ius quæsitum, id aut ignorarent, aut etiã recusarent, *f* quod alioquin mortuo patre, si hæc conditio apposita non esset, absque eorum consensu non licuisset. *g* Illud quidem sat patet, si quid ei à patre tacitè fuerit relictum, is autem antequàm causa eius ad ærarium deferatur, fisco spontè id denunciauerit, dimidium semper portionis illius consequi, *b* quod tamen in ijs tantum bonis est intelligendū, quæ ad fiscum, non ad agnatos

a Arg. l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. & pup. b. l. in tēpus. vbi Angel. de hæ. inst.

c l. si quis instituat. eo. tit.

d Imo. d. l. in tempus. Bal. eam, quā. C. de fideic. nu. 48. Ang. §. hæres. Inst. de he. qual. & diff. Gozad. late.

e Bal. l. si. C. vnd. cog. nu. 26. & conf. 72. in 5. 146. in 1. Cast. l. 4. C. de leg. Alexand. late. l. Gall. §. insti.

f Iaf. §. & qd si tantū. n. 138.

g l. pe. de na. resti. l. diuus. vbi Bart. de

Iur. aur. ann. h. l. edicto. §.

extat. l. Senatus §. Senat. l. cum tacitū. de Iur. fisc.

essent

a l. 3. de his
quæ pro non
scr.
b l. in metal
lum, de iur.
fi. Cap. caut.
38. in 6. casu.
c Aut. de mo
nac. in princ.
d Prapof. c.
cùm haberet.
col. 3.
e Dec. confi.
576.
f Marfil. fin.
273. ver. limi
to etiam.
g Bald. l. 1. C.
de sacros. nu.
25. Iaf. Aut. nõ
licet. C. de li.
prat. num. 4.
Ruin. confi. 89
col. 3. in 3.
h Alex. confi.
35. in fin. in 3.
Fel. c. cùm de
putati, de iu
dic. num. 2.
i Dec. cap. in
præsentia, de
proba. nu. 58.
Abb. c. quod
dei. de sta. mo
na. num. 10.
k c. cùm ha
beret, de eo
qui dux.

essent peruentura, *a* in alijs enim frustra fieret delatio. *b* Si spurius etiam religio. ni nomen dederit, cùm ex eo omnis macula deleta censeatur, *c* patrem arbitratu suo rectè illi quodcunque placuerit, legare posse puto, *d* tametsi Decius contra respondisse visus fuerit, in eo qui sacris initiatus erat, vt nec alimèta ei à patre relinqui possint, quoniã se sacerdotij prouentu satis honestè posset enutrire. *e* Sed Decius in hoc iure probandus non est, cùm notissimum sit eos qui sub Christi signis incipiunt profiteri, & si spurij sint, legitimos tamen sic statim fieri, *f* ac olim per oblationè Curia natalibus restituebantur, *g* idcircoq; vt cæteros legitimos, quiduis rectè à patribus consequi posse. *h* Nec verò distinguendū est, Clerici ne tantum sint, an se Monasterio alicui dicauerint, quoniam cùm idem vtriusque vita sit finis, idem etiam de ambobus iudicandum erit. *i* Hodie quoq; cùm pater quoscunque illegitimos filios alere teneatur, *k* dubium non est, quin illis certa portio ab eo relinqui possit, vnde sibi ad victum necessaria queant comparare, *l* qua ratione & emphyteosim illis poterit stipulari, quæ alimentorum loco succedet, *m* non debent hæc tamen legitimum modum

1 Bar. l. fi. de his quib. vt ind. m Affli. Decif. 99.

dum excedere, sed talia esse, quæ viri boni arbitratu honestam vitam, cultumque deceant. *a* Quæ quoniam ad eorum hæredes non essent peruentura, cum ratione alimentorum relicta, simul cum vita soleant extingui, *b* ideò optimum erit, si pater nepotibus exijs nascituris, ea per fideicommissum restitui iubeat, quod illi sanè licet. *c* Et hæc ratio suadet, vt idè in filia spuria dicamus, quam pater eo poterit argumentum dotare, quòd dos alimentorum loco habeatur, *d* vt aliàs à nobis disputatum est. *e* Existimo etiam spurium à patre hodie ita institui posse, vt hæreditatè deinde statim alicui restituat, quamvis enim hoc nonnulli negent, *f* cùm tamen hæc institutio saltem alimètorum ratione valeat, rectè etiam dicemus, ex asse eum posse hæredem relinqui, cum eo onere, vt alteri restituat, siquidem hi qui solidum capere non possunt, dum tamen aliquid capiant, *g* etiam ad omnem hæreditatem in alium conferendam idonei haberi solent. *h* Quòd si fideicommissarius illam deinde repudiet, ad spurium statim pertinere, quidam tradiderunt, *i* quòd tunc illam non à patre accipiat, sed à fideicommissario, qui eam reiecit. *k* Hoc tamen apud me re vera scrupulo non caret, cùm spurius ille directo à testatore id totum

a Bal. l. eam, quam. C. de fideic. num. 41.

b l. dominus. §. fi. de usufru. Dec. confi. 311. num. 4.

c l. fin. C. de nat. lib. Bart. d. l. fin. de his quib. vt ind. Dec. confi. 462 d. Bart. Auth. ex complexu. C. de inc. nupt. Dec. cof. 61 e cap. 49.

f Imo. l. si quis solidū, de hæ. inst.

g Gl. l. eam, quam. C. de fideicom.

h l. cùm ei, de le. 2. l. cogi. §. hi qui, ad Trebel. vbi Alex. num. 2. 3.

i Cap. cau. 38. in 2.

k arg. l. profectitia. §. si pater, cum Gl. de iur. do.

T con-

a l. facta. §. si
sub. ad Treb.

b l. qui autē.
§. i. quæ in fi.
cre. & d. l. pro
fectitia.

c l. si quis so-
lidum, de hz.
inst. & Bald. l.
eam, quam.
in §. C. de fi-
deic.

d Bald. cons.
88. in 1. Tiraq.
l. si vnquam.
C. de ren. do-
ver. donatio-
ne, num. 21.

consequi videatur, cum in fideicom-
missis tacita semper illa adsit conditio: si
fideicommissarius voluerit, ei hæreditas
restituatur. a Quod si ab eo repudietur,
iam ille nihil de suo largiri dicitur, sed tã-
tùm non acquisiuisse, b quo casu omnia
potiùs à testatore proficisci videtur, quod
fieri nequaquam potest. Accedit quod ita
repudiante fideicommissario maximus est
suspitioni locus, ne tacite cū testatore de
hac re conuenerit. Ideò tunc tantùm hoc
fortè recipiendum esset, vbi fideicommiss-
sarium cōstaret nullius rei occasione, sed
spontè delatam sibi hæreditatem in spu-
rium contulisse, omnisq; doli & collusio-
nis suspitio euidenter abesset.

11 Si etiam pater spurij soluendo non sit,
credo tunc ab eo illum rectè hæredem in-
stitui posse, cum legis prohibitio ad hu-
iusmodi non pertineat hæreditates, quæ

12 soluendo non sunt. c Credunt & nonnul-
li, si spurius filius de patre suo beneme-
ritus fuerit, extentq; aliqua ab eo in il-
lum collata beneficia, posse hac occasione

12 patrem filio bona relinquere, tanquam
remuneratiōis gratia, & mutui cuiusdã
in illum officij, d quod & mihi sanè non
displicet, si tamen merita hæc commen-
ticia non sint, sed re vera à filio in patrem
profecta, qua in re, nec patris assertioni fi-
des

des esset adhibenda, nisi euidenter talia
merita & beneficia præcessisse probaren-
tur, a vt & Ruin. ex facto respondit. b Pre-
cæteris autem optimum solet id esse confi-
lium, si spurij à Principe in legitimorum
numerum cooptentur, tunc enim cum à
legitimis nihil differant, c pater non so-
lùm eos poterit instituere, sed ipsi simul
cum legitimis ab intestato equè succedēt.
d Quod aded verum est, vt & si pater spu-
rium instituerit, eoq; viuente idem ad le-
gitimorum iura peruenerit, institutio
illa omni tempore valida habeatur, ac si
ab initio iustis natalibus fuisset restitui-
tus, quod frequentissimè est proditum,
e nec enim subiacet hoc Catonianæ regu-
læ, vt quæ ad nouas leges non pertinet. f

Præter verò hæc omnia, mater si sibi vim
illatam, metùue constupratam doceat,
14 non minùs ideò cum filijs, quamuis ex
incesto susceptis, testamenti habebit fa-
ctionem, g cum lex Iulia ad vim passas
mulieres non pertineat. h Quin eò tan-
tùm, quod se à Tyranno aut Principe com-
15 pressam affirmet, illicò & omnia per
vim facta præsumi Baldus dixit, i idemq;
ob eandem rationem, in serua, cum qua
dominus congressus esset. Sozinus re-
spondit, k Quæ tamen excusatio tunc
accipienda non esset, si paupertatis ob-

a Bar. l. si for-
te, §. si. de cast.
pe. Ias. Dec. l.
si donatione.
C. de colla.
nu. 18.

b consil. 124.
in 1. col. 1.
c §. sit igitur.
Authen. qui.
mod. nat. leg.
d l. si te parēs
vbi Bal. C. de
suis & legit.

e Imo. l. si a-
lienum. §. in
extraneis; de
hæ. inst. Alex.
§. instituens,
Ias. §. & quid
si tantū. n. 87.

f l. si vbi Bar.
in fi. de re iu-
dic. Bald. l. si.
C. vn. leg. nu.
26.

g Bald. l. si
qua. C. ad Or-
fic. num. 1.
h l. vim pas-
sam, de adult.
l. foedissimã.
C. eod.

i l. eam, quã.
C. de fideic. n.
25. Marf. cons.
25. num. 30.
k cons. 147.
in fin.

16 tentu id se mulier fecisse confiteretur, **a** tam turpe enim facinus eo colore deleri non meretur. **b** Atque hæc omnia, ut plurimum etiã in patre dicta intelligantur, ut ipsdẽ ipse remedijs ad spurij filij hereditatem consequendam adiuuetur. **c** Addũt alij & illud, ut vendat pater spurio aliquid ex bonis suis, ac preciũ verè capiat, quod clãm deinde illi restituat. **d** Aut etiam eum in testamento instituat, non tamen ut spurium ex se natum, sed ut alienum, ex certo patre & muliere ortum. **e** Sed & quãplures aliã cautiones à Docto. varijs in locis referuntur, **f** & qui cautelarum libros inscribere, multas auferunt, quæ spurijs inferuire posse videantur. **g** Sed plerũque nimiam fraudẽ ostentãt, idcircoq; improbãtur. Nos istas tantũ attigisse volumus, quæ & Iure subsistunt, & ab omni dolo & machinatione abesse videntur.

AN HODIE IVRE CANON. spurijs alimenta à parentibus debeantur.

- 1 *Iure civili nec pater spurios alere potest, nec ipsi patrem, & quare.*
- 2 *Corrigitur lex, cum dicimus, illa de rigore, hæc de equitate loquitur.*

3 In-

- 3 *Intell. c. per venerab. in fin. Qui fil. legit.*
- 4 *Intell. cùm haberet, de eo qui dux. in matrimonium.*
- 5 *Quibuscunque spurijs hodie alimen. debentur.*
- 6 *Ius Canon. sequitur ius naturale.*
- 7 *Spurij quare Iure Canon. quandoq; filij non appellantur.*

CAP. XLVI.



NEX civilis, quæ summo plerunque Iure nititur, natos ex illicitis nuptijs eo est odio profecuta, ut præterquam quòd illis paternam successionem interdixerit, nec dignos etiam putarit (contra naturalem omnium animantium instinctum) qui à patre alerentur, **a** aut qui erga patrem, eandem pietatem possent exercere. Scriptum enim erat in lege 12. tabularũ, **b** E meretrice natus patrem non alito. Quod & apud Athenienses, Solonis lege cautũ fuisse dicitur, **c** ob id fortè, quòd qui cum mulieribus familiarĩus ac licentiũs præter decorum viuit, is facilè declarat, se non liberorum gratia ad eam rem impelli, sed voluptati potiũs indulgere. Is

a Auth. ex complexu. C. de incc. nup. **b** Hist. Iur. civ. lib. sec.

c Plutarc. in Solon.

T 3 itaq;

itaque & eius rei fructu caret, nec sibi ius parentis in liberos reliquum facit, cum illis ipsa procreatione, dedecus potius & ignominiam attulerit. Contra hæc tamē hodie stat Pontificium ius, *a* quod ab omnibus creditur plurimum illegitimis filijs fauere, eisq; alimenta saltem, à parentibus concedere. Quamuisq; eodem Iure & alia extet sanctio, huic prima facie contraria, in qua summus Pontifex legis civi-
 lis duritiem quam maximè amplecti videtur, *b* interpretes tamen hæc inter se concilianda tradiderunt, *c* ut Pontifex ibi, *d* secundum summum & strictum ius, hic ex æquo & bono fuerit locutus. *e* Mihi verò hæc distinctio absurdissima semper visa est, cum is qui hoc pacto leges inter se componere quærit, tacitè significet, alteram ab altera correctam esse, ut Bartolus docuit. *f* Quis autem in legibus hoc vnquam ausit affirmare, nisi verba ipsa hoc apertè demonstrēt?
g Adde ridiculum hoc potius esse, ut Cælestinus I I I. primus æquitatis & benignitatis illius auctor, *h* potuerit Innocentij III. seueritatem *i* abrogare, cum prius ille, ut apud Platinam & alios compertum est, è vita migrauerit, quàm Innocentius ad Christianæ Reipublicæ gubernacula esset adscitus. Ego ut re vera
 fatear

a c. cum haberet. in fi. de eo qui dux. in matr.

b c. pervenera. in fin. qui fil. legi.
c Gl. d. c. cum haberet.
d in d. c. per venerab.

e d. c. cum haberet.
f Bart. l. Plautius, de aur. & arg. leg. & in l. cotē. §. qui maximos, de pub.

g l. præcipimus, in fi. C. de appell.

h d. c. cum haberet, secundum vet. impress.

i d. c. pervenerabilem.

fatear, nihil ex Innocentij verbis *a* necessariò elici puto, quod ad rem faciat, siquidem is eo in loco id tantum contēdit, ne filijs ex adulterio natis, temerè & absque iustissima causa legitimorum iura concedantur. Quod cum nobili illi Pessulano, qui id petierat, velit persuadere, inuehitur quodam modo Pontifex in illegitimorum stirpem, ostenditq; vtriusque sacræ legis autoritate, quàm fuerint semper detestabiles, demùm & civilium constitutionum vitur testimonio, quæ illis nec alimenta permittebant. Non igitur hæc approbando, sed potius referendo, atque ex his opinionem suam magis adiuuando, Pontifex hæc asserit. Scimus enim ex ijs quoque licere argumentum fumere ad aliquid demonstrandum, quæ hodiè antiquata sunt, cum aliàs in usu essent. *b* Miror ego tamen, cum apud omnes receptissimum sit, hodiè Iure Pontif. hoc specialiter introductum, ut spurijs alimenta debeantur, non habere Doctores vllum sat validum & firmum huius opinionis propugnaculum, quo id apertè significetur. Etenim
c Cælestini decretum illud, *c* quod vulgò adducitur, si quis accuratiùs animadvertat, non ita illegitimorum causam fovet, ut cæteri sibi persuasum habent:

a d. c. pervenerab. in fin.

b Gl. c. novit. ver. quicūque, de iud. Bart. l. fin. de fals.

c d. c. cum haberet.

quod ut clariùs ostendam, factum id referam, quod ibi propositum est. Nupsit Aurelia Alexandro, constantèq; matrimonio, Alexander cum Liuia adulterium commiserat, eius rei accusatus, ut se à crimine tueretur, adulteram omninò abiuravit, paucis post diebus rursus Liuię consuetudinem repetijt, contemptaq; omni iurisiurandi & coniugij, quod sibi cum Aurelia intercedebat, religione, cū Liuia nouum celebrat matrimonium, cumq; ea vitam degere incipit suam. Moritur post Aurelia, quare hic dein cum Liuia decem perpetuò moratur annos, totidemq; ex ea statim suscipit filios: defertur hoc negociū Pontifici, respondet is, quòd cū non liceat eam ducere in matrimonium, quam quis polluit per adulteriū, propterea separandam esse hanc Alexandri & Liuię coniunctionem, cū vxoria non sit, sed penitus illicita, filijs tamen ex ea consuetudine natis, necessaria à patribus debere subministrari. Hic ego animaduerto in primis, filios non natos esse viuentem primam vxore, sed post eius mortem, sicq; non adulterinos esse, ut vulgò creditur. Deinde, secundum id matrimonium Iure ciuili subsistere potuisse, ex quo nouo consensu post primę vxoris obitū fuerat firmatum, & quamuis Ius Canon-

^a arg. l. cum duar, in fin. de capt. & post. reu.

cum diuersum videatur, quod huiusmodi coniugium non admittit, quod suspicatur ne viuentem primam vxore quid cōtra illius vitam fuerit machinatum, videmus tamen & hoc Iure quandoque secus esse, & matrim. probari: ^a propterea quod ad filios attinet, cū ex damnato coitu reuera procreata dici nequeant, ^b & fortè etiam non prorsus illegitimi censeantur, exemplo eorum, qui ex clandestinis nuptijs suscipiuntur, ^c potuerintq; bona inter se matrimonij fide, eorum parentes fortassè congregari, nil mirum est, si eos à parentibus iussit Cælestinus Pont. educari. Non tamen inde ad quoscunque spurios sumendum argumentū fuit, ut Doctores nostri solent, cū hi in eorum numero, longo sanè interuallo nō sint reponendi, & fuerint ne verè illegitimi, non omninò Pont. declaret. Hęc tamen vix effari audeo, cū à contraria opinione dissentire maxima hodie sit religio. Sanè Bald, id quandoque putauit, ^d Ius Pont. nō omnibus spurijs quo ad alimēta prospexisse, sed ijs tantū, qui non ex nefarijs, aut valdè odiosis congressibus essent concepti, in ijs enim Ius ciuile adhuc esse seruandum, cū & Iure Canonum hi filiorum nomen non mereantur. ^e Ego verò ita sentio, si Ius Canon. benignitate

^a c. 2. 3. 31. q. 1. Abb. c. 1. co. 1. de eo qui duxit in mat. b diximus supra c. 40.

^c Abb. ca. lator. qui fil. legi. nu. 6.

^d in Auth. ex complexu. C. de inc. nupt.

^e ca. 1. 35. q. 7.

quadam tantum, & pietate adductum est, ut hæc alimenta illegitimis decerneret. prout omnes aiunt (quamvis nihil de hac re apud nos satis certum reperiam, ut modo dixi) credere hoc generaliter in quibuscunque deinde illegitimis filiis interpretandum. *a* Cum enim hæc educatio à Iure naturali proficiscatur, *b* quid æquius est, quam putare Ius Pont. cunctis his animatibus prospicere voluisse, quod totum naturali quadam nititur equitate? *c* Accedit, quod hoc favore filiorum inductum esse scimus, ne ij qui nihil deliquerunt, tam acriter puniantur. *d* Cur non ergo hoc ad omnes quomodocumque conceptos pertineat, cum ubique eorum æqualis sit venia, æqualis innocentia? Quod ergo dicitur, nec Iure Can. hos quandoque filios vocari, id ego successionis tantum ratione intelligo. eò quod si filij dicerentur, iidem & hæredes esse putarentur, *e* hi verò non quidem succedunt, *f* sed tantum iure alimentorum filij nomen retinere solent. *g*

AN ÆQUE IN CÆSARIS
jurisd. ac terris ecclesiæ, alimenta spurij debeantur.

1 *Qua ratione Iure Can. Spurij sint alendi.*

2 *Ho-*

a Garz. in tract. de ult. fi. iur. nu. 114. 112.

b Inst. de iur. nat.

c Bald. l. fi. in prin. C. de iur. delib.

d c. nasci. 56. dist.

e c. dicat. 32. q. 4.

f d. c. 1. 35. q. 7

g Dec. ca. per tuas, de proba. x. col. Godad. conf. 13.

num. 47. 55.

- 2** *Homines ad quem finem in lucem veniant.*
- 3** *Peccatum videtur, non subuenire indigentibus.*
- 4** *Spurij secundum naturam sunt filij.*
- 5** *Duplex vinculum in filijs legitime natis agnoscitur.*
- 6** *Pater prohibere non potest, ne spurij alantur, aut nepotes ex ijs.*
- 7** *Alimentorum nomine quid veniant.*
- 8** *Spurij ab hæredibus patris alii debent.*

C A P. X L V I I.



Ateamur iam, ut cæteri volunt, spurij hodie ex lege Pontificia alimenta à parentibus esse præbenda, dicemus ne tamen hoc ubique locum sibi vindicare? an verò sicut in cæteris causis, in hac quoque materia, leges ciuiles in Cæsaris Iurisd. Pontificias in Ecclesiasticas esse seruandas? *a* Scio quidem multos esse, qui hac ratione ducti, in terris tantum ecclesiæ hæc locum habere velint, *b* pro quorum sententia & id facit, quod cum hæc æquitas à Cælestino Pontifice promulgatur, *c* verba is sua in ecclesiasticum

a ca. si duob. in fi. de appe. c. fi. cum Glo. de arbit. in 6. *b* Imo. l. Lucius. §. fin. de leg. 1. Alexan. conf. 74. in 3. Iaf. Aut. res. qua. C. com. de leg. pe. co. Fel. c. ecclesiæ, de consuet. num. 45. *c* in d. c. cum haberet.

a ibi, solici-
tudinis tua,
&c.

b Arer. confi.
48. Galiau. in
Rub. de verb.
obli. nu. 15.
c Abb. d. c. cū
haberet. Ang.
Inst. de iu. na.
in princ. Soz.
conf. 161. Rip.
Rub. de verb.
obl. in fi. De-
ci. c. clerici,
de iudi. num.
2. & conf. 317.
d c. fi. 9. dist.
e l. si quis. 4.
1. de lib. agn.

f c. unde cen-
que. 56. dist.

sticum tantum iudicem confert, *a* ut in-
telligamus, ad eum tantum, non ad laicos;
huius rei cognitionem voluisse pertine-
re. *b* Contra tamen plurimi sentiunt, *c*
quos & ego sequor. Sic enim mecum con-
sidero, varijs de causis potuisse à Iure Pō-
tif. introduci, ut alimenta spurij essent à
patribus subministranda, quas ubique
gentium seruari maxime deceat. In pri-
mis video Ius Pontif. solere Iuris natura-
lis vestigia imitari, *d* alimenta autem Iu-
re naturæ, & quadam sanguinis coniun-
ctione, omnibus animantibus à parenti-
bus deberi. *e* Video & hoc ratione ipsam
fatis persuadere, ut cum id quod à nobis
genitum est, tunc cum in lucem editur, sa-
tis per se infirmum & imbecille existat,
æquum sit, id eoque saltem à nobis fo-
ueri, quoad caluerit, ut per se subsistere,
& viribus suis niti valeat, alioquin quid
tam impium esset, quam alicui vitam de-
disse, ut eam statim illi adimeremus? Huc
accedunt & Iuris diuini quædam semina.
2 Vult enim summus Deus homines nasci
ut viuant, viuere autem, ut illius admira-
bilia opera veneretur, eiusque sibi gratiam
ac pietatem comprecantur. Semen autem
ipsum ex qualicumque homine sit, Dei v-
tique opus est. *f* Quomodo verò is qui
nascitur, aut viuat, aut Deum contem-
tur,

tur, si statim victu careat, vixque lucem a-
spicere valeat? Huc fortasse & clementis-
sima vox illa deduci potest, qua vult is o-
mnes homines saluos esse, & qua tam sæ-
pè iubet, inter nos vicissim omne officij
3 & charitatis genus exerceri. Si enim gra-
uiter delinquere ille hoc Iure dicitur, qui
egenos homines & mendicos, qua potest,
pietate non complectitur, *a* quo magis
hoc in ijs crimen notandum censemus, qui
proprijs natis necessaria vitæ subsidia non
suppeditarint? *b* Quòd si diceres, in his
Nothis filijs, nullum quo ad parètes neces-
situdinis ius spectari, sed prorsus alienos
haberi, *c* atque ita supradicta omnia ces-
sare. Responderem ego, hæc legum subti-
4 litate ita recepta esse, *d* quamuis honesta
quidem ratione illegitimos tamen re vera
quo ad naturam, quæ vnquam nequit ab-
oleri, *e* filios dici: *f* cum quo ad natu-
rale foedus pro legitimis habeatur, *g* nec
extraneis vnquam omnino similes esse
possint. *h* Et ut ait Euripid.

Ὀνόματι μεμπτόν τὸ νόθον, ἔ φύσις δὲ
ἴση.

Turpe Nothi nomen, natura est attamen
vna.

5 Cum enim duplici vinculo, hi qui ex ma-
trimonio nati sunt, parentibus suis iun-
cti esse

a c. pasce. c.
non satis. 86.
dist.
b c. est proba-
da. 86. dist.
c Aut. ex cō-
plexu.
d Bal. repe. l.
i. C. de sacros.
nu. 45.
e l. 2. de vsu-
fru. ear. rerū.
f Abb. c. tãta.
qui fil. le. nu.
12. in princ. &
Bart. l. 2. de ac-
cus. Abb. c. nō
nulli. 4. sunt
& alij, in fi. de
refer. Tiraq. l.
si vnquã. vers.
donatione
largitus. nu.
235.
g l. adoptiu.
§. feruiles. de
ri nup. Anch.
conf. 225. col.
2.
h Fel. d. cap.
sunt & alij.
nu. 56.

cti esse soleant, legitimo & naturali, ea quæ à legitimo proficiscuntur, his spurijis minimè communia esse vtraque lex cōsensit, veluti agnationis, nobilitatis, gentilitatis, successioniſque iura. Quod verò à naturali descendit, tametsi civilis lex in parentum odium, nec id agnoscere voluerit, a propterea que alimenta his denegarit, lex tamen Pontificia non potuit, quod sanguinis, quod seminis, quod naturæ ipsius erat, non amplecti. Cùmque alimenta ad vitam hominis tuendam & prorogandam sint necessaria, b & iure naturæ decreta, idcirco ea his quoque communicanda esse statuit, cætera quæ humanarum potius constitutionum erant, potiusque ad politicum statum pertinebant, nec ita vitæ degendæ necessaria, politicarum quoque legum arbitrio decidenda reliquit. Ex quibus omnibus sentio, constitutionem Canon. quoad alimenta, in foro quoque Cæsaris omninò seruandam esse, cùm hic & iuris naturalis ac diuini ratio, peccati etiam euitandæ non leuis versetur occasio. c Nec me mouet, quòd super hac re, ecclesiastici tantum iudicis officium videatur fuisse imploratum. d Cùm enim supradictæ rationes ita se in hac materia habeant, cur non apud quoscunq; & quocunq;

a d. Aut. ex complexu.

b l. necare, de lib. agnos.

c arg. Gl. c. 2. de reg. iur. in 6. Barr. Bald. l. privilegia. C. de sacros. d. d. e. cum habeat.

cunq; in loco æquè obseruentur? Ac si verum amamus, quibuscumque alijs vti verbis summus Pont. potuit, si ab eo consultus, ad eius interrogationem erat respōsurus? 6 Hæc autem nos adeò vera esse putamus, vt et si expressè pater eos in testamento ab omnibus bonis suis abdicasset, adhuc tamen eius hæredes munus hoc implere cogantur. a Et quæ de filiis dicimus, ea & multò magis in nepotibus affirmamus, vt eadem ratione ab Auo ali debeant, cùm hi quoad eum minùs odiosi sint, b fortè & quia cùm lex quò ad hanc causam spurios, vt filios, haberi velit, iam sequitur, vt quæ in cæteris legitimis filiis seruari solent, quorum nepotes æquè ac ipsimet sunt alendi, c eadem in his quoque qui ex spurijis filiis nascuntur, admittantur. d Alimentorum autem nomine ea omnia comprehendere certum est, quæ ad vitam hominis sunt necessaria, vt cibaria, vestitus, & habitatio, e cæteraq; quib. tuendi, curandique corporis nostri gratia, vt mur, f quemadmodum & quæ ad disciplinam pertinent, honestasq; artes percipiendas, g generaliter enim omnia liberorum onera pater subire tenetur, h & nec eum tantum alere, sed & illius vxorè simul ac filios, i quoniam scimus, vbi cunq; iure sanguinis, & naturali quodam officio, alimenta debent.

a Bal. l. id quod. C. de episc. & cler. n. 46. Iaf. consil. 26. in 1.

b l. fin. C. de nat. lib. Sozi. consil. 161.

c l. si quis. §. 1. de lib. agn. Bart. tract. aliment.

d argu. l. 1. §. lex Falci. ad l. Falci.

e l. legatis, de alim. & ci. leg.

f l. verbo vitus, de ver. si.

g l. qui filius, vbi pub. edu.

h l. si quis. §. non tantum, de lib. agn. Sozi. supra d. consil.

i Bart. d. §. non tantum. Prapo.

d. c. cum haberet, gl. ca. admonere. 33. q. 2. vers. pen.

a Bart. l. lega-
tis, de alim. &
cib. leg.

b d. c. cum ha-
beret, in fi.

c ca. 49.

d l. si quis. §.
item rescri.
vbi Bar. Ruin.
conf. 124. nu.
12. in 1.

debentur, vt hinc fanè debetur, hæc omnia
tunc alimentorum vocabulo contineri. *a*
Nisi fortè dubium id faciat, quòd de ali-
mentis nihil expressè hinc à Canone caue-
tur, sed tantum res necessarias esse præsta-
das, *b* quod & aliàs me attigisse memi-
ni. *c* Patre autem defuncto nihilominus
illius hæredes pari necessitate erga spu-
rios erunt obstricti. *d* Et hæc quoad pa-
trem.

A N M A T E R Æ Q V E A C
pater spurios alere te-
neatur.

- 1 *Fily apud matrem triennio, post apud patrem educari solent.*
- 2 *Quid in illegitimis?*
- 3 *Spuri quo ad alimenta, tanquam veri filij censentur.*
- 4 *Non semper qui lucrum capit, is & onus subit.*
- 5 *Cur pater potius quam mater filios alat.*
- 6 *Quando ijs alimenta possit abnegare.*
- 7 *Fily parentes alere quandoque tenentur.*

C A P. X L V I I I.

Quod



Vod verò ad matrem spe-
ctat, si quæramus, an & ipsa
filios alere, sicuti pater, le-
ge obligetur. Sunt qui di-
cant, cum primum partus
editus est, debere eum a-

apud ipsam, donec trimus tantum sit, edu-
cari, *a* post id tempus, ad patrem semper
hoc munus pertinere, nec immeritò, cum
mater in prima illa pueri infantia huic o-
peri comodiùs quam pater sufficere pos-
sit, filium scilicet proprio lacte enutrien-
do, *b* nisi fortè hoc eius dignitatè & nobi-
litate non deceret, vel infirmitate aut e-
gestate detineretur, *c* aut non id patriæ
consuetudo ferret, quoniam tunc expen-
sis patris, etiam intra id tempus sustinen-
dum fore dicunt. *d* Sed contra Panormi-
tanus, *e* qui hæc in legitimis quidem fi-
lijs ita probari tradidit, quòd hi in pote-
state patris, non matris nascuntur, & pa-
tris, non matris familiam & agnationem
sequuntur. *f* Ast in spurijs secus omninò
voluit, nam cum hi nec sub patria sint po-
testate, *g* nec vllum ius agnationis à pa-
tre retineant, *h* æquum etiam non puta-
uit, patrem hoc sumptu sic semper prægra-
uari, non matrem, præsertim cum Ca-
non vtrique parenti secundum vniuscui-
usque facultates, hoc onus communica-

a l. nec filij.
C. de patr. po.

b c. fi. de con.
in fi. d. c. ad
eius. s. dist.
c Azo in
sum. C. de
pat. pot.
d Abb. c. 2. de
cõnu. infi.
Bal. l. alimen-
ta. C. de neg.
gest.
e in d. c. cum
haberet.

f c. 2. de con.
in fi.
g §. si aduer-
sus. Inst. de
nupt.
h Bart. l. rute-
las, de cap. di-
min.

V

ri iij

a d.c. cum ha-
beret, in fi.
b Bart. l. i. de
accuf.
c l. i. §. ius na-
turale, de iu-
sti. & iur.
d l. furiofe,
de cur. furio.
e §. fi. Inst. ad
Tertyl.
f arg. l. secun-
dum nat. de
re. iur.
g l. i. §. lex
Falc. ubi Alex.
ad l. Falcid.
h §. pe. cū Gl.
ver. legi. Aut.
quib. mo. na-
fui.
3
ri iubeat, a spuriusq; quo ad ius sangri-
nis tam patris, quam matris fit filius. b
His accedit, quod cum alimenta instin-
ctu quodam naturæ debeantur, c nō est
cur pater in his matri præponatur, cum
iure naturæ æquē filius patri ac matri de-
beat, & contra: d Quin cum mater tan-
tūm, non pater, his ab intestato succedat,
e secundū naturam videretur, matrem &
vniuersā alendi onera debere sustinere, ut
quæ hæreditatis quoq; commodo sola
frui potest. f Hæc Panormitanus, & alij,
quæ tamen ego haudquaquam probo. Si
enim id damus, quod ante iam cōclusum
est, lege Pontificia spurios omnes, quo ad
alimenta, veluti filios esse obseruādos, ita
ut in hac causā ius filiorum adepti cēsean-
tur, ergo & secundum iuris regulas, ut fi-
lij in omnibus erunt alendi, quoniam
hanc leges interpretationem admittunt.
g Sed cum tam de iustis, quam etiam na-
turalibus solūm filijs hoc notum sit, eos
scilicet à patre solo educādos, h cur in spu-
rijs quid diuersum volumus constituere,
qui in hac re à ceteris nihil differre debēt?
Falsum enim id est, quod vulgò aiūt, iure
tantūm patriæ potestatis & agnationis
hæc alimenta legitimis filijs à solo patre
deberi. Ego enim & alijs id ac iustiori-
bus multò de causis inductum puo, cum
videa-

Videamus naturales, qui in potestate non
sunt, immò nec de familia propriè, a à so-
lo tamen patre ali, b non matre, quasi pa-
ternū sit munus, quos quis filios agnoscit
enutrire, in subsidiumq; tantūm mater ad
id compellatur. c Non obstat, quod de
naturali ratione dictū est, nam si ea atten-
deretur idem in iustis & legitimis filijs di-
ci oporteret, qui tamē non æquē ab utroq;
parente educantur. d Minus id quoque,
quod cum mater in totum succedat, o-
mnie etiam debeat onus subire. Nam hinc
sequeretur filium ab ea sola semper alen-
dum, ad quam totum spectat lucrum, vel
cum naturalis filius moritur, illius suc-
cessio nunquam matri extante patre de-
ferenda esset, e cum eum, donec viueret,
nunquam ipsa nisi in subsidium alere te-
neretur, vel si legitimi filij decedant, non
esset mater æquē ac pater ad eorum hære-
ditatem admittenda, f cum illa eos vi-
uente patre non educaret. Non igitur ad
successionis rationem, ius quoq; alimen-
torum redigendum est, g ut præter ea,
quæ diximus, in adulterinis atq; ex ince-
stu natis, manifestè patet, quibus neuter
succedit parens, alendi tamen & ipsi sunt.
Non enim hinc patria potestas, non fami-
lia, non agnationis, successionis ius vl-
lum spectandum est, sed tantūm certus
V 2 ne fit

a Ia. l. fi. nu.
13. C. de verb.
sign.

b Aut. licet.
C. de nat. lib.

c l. Nescenri,
de nego. gest.
l. s. §. si mu-
lier, cum Glo.
de lib. agnos.

d l. pen. C. de
pat. pot. l. s. C.
de alen. lib.

e contra ea
quæ diximus
c. 39.

f contra Aut.
defuncto. C.
ad Tertyl.

g l. fi. §. ipsū.
C. de bon. q.
liber.

ne fit ijs coniecturis pater, quas aliàs tradidimus, tunc namq; cùm eum cogant Cagnones, vt quo ad alimenta, natum ex se quocunq; modo veluti filium agnoscat, in ea re erunt Iuris cõmunis regulę obseruandę, s vt ita verè quo ad eam saltem causam filius esse videatur. Sed qua ratione lex patrem in alendis filijs matri prætulit? An quia principalis & agens ipse est in procreatione? An quia caput ipse familię videtur? An quia vir bona lucrari potest, vnde filios alit, ipseq; rebus acquirendis, mulier conseruandis tantùm incumbat? An quia etiam filius à patre ferè semper, non matre denominetur? Intelligendum hoc quidem est, nisi aut tenues eius facultates, alięue conditiones, filium commo-
 6 diũ & honestiũ penes matrem enutriri posse suaderent, *b* qua dere & Pontifex de vtroque parète fortè fecit mentionem, *c* non quia vtrunq; æquè ad id obligatum senserit, nam ita in solidum, ac eodem tempore, mater & pater ad id ob-
 7 nus vocarentur, quod fieri non potest, sed potiũs distributiue illud accipiendo, *d* & ordine quodam successiuo. *e* Aut nisi filius aliunde sibi absque existimationis suę diminutione posset victum quærere, *f* tunc enim nec si velit pater, ei licet ali-
 8 quid eo nomine spurio relinquere, *g* præterquàm

a d. §. lex Fal-
cid.

b Aut. si pater. C. de di-
uort. l. alimē-
ta, vbi Doct.
C. de neg.
gest.

c d. c. cùm ha-
beret.

d Ripa. l. hæ-
re. §. cùm ira.
num. 3.

e Doct. §. qui-
dam recte.

f l. 5. §. sed si
fili. vbi Bart.
de lib. agnos.

g Dec. cõf. 576

terquàm cùm talis esset filij status, qui aliquando in summam egestatem, aut aduersum aliquem casum fortè labi posset. *a* Vel nisi quid eorum commisisset filius, quæ iustam præbent patri eum exhæredandi causam. *b* Quæ quoniam longam exposcunt commentationem, & à Doctõribus latè referuntur, *c* ideò in præsentia
 7 omittenda duximus. Sanè hæc omnia, sicuti à patribus in filios, sic quoque à filijs erga parentes, vbi res postulet, seruanda erunt, quocunq; ex congressu eos parentes susceperint, & quocunq; etiam in foro negocium hoc tractetur. *d*

a Crauet. cõ
fil. 199. & 200.
nu. 10.

b Gl. l. fin. C.
de alen. lib.
Bart. l. diuus,
ad l. Pomp.
de parricid.

c Abb. d. cap.
cùm haberet,
Bertachi. ver.
filius ali de-
bet.

d Garz. trac.
de vlti. si. Iur.
Can. & ciu.
nume. 115.

AN PATER FILIÆ SPV-
riæ dotem dare cogatur.

- 1 *Argumentum de alim. ad dotem an valeat.*
- 2 *Baldus sibi contrarius.*
- 3 *Quod per temporum intervalla soluitur lenius onus censetur.*
- 4 *Bartolus sibi non contrarius ostenditur contra Doct.*
- 5 *Intell. l. uxorem. §. pater naturalis, de leg. 3.*
- 6 *Filijs spurijs necessaria debentur.*

C A P. X L I X.



Væstio, quam in præsentia aggredimur, iure ijs superuacanea videri possit, qui ea legerint, quæ à nobis modò sunt disputata.

Cùm enim statuerimus spurios quoscunq; à parentibus esse educandos, cui dubium est, eadem ratione & spuriam filiam dotandam, cùm is qui alere debet, idè & dotis dandæ onus soleat sustinere? *a* Sed tamen, cùm argumentũ hoc de alimentis ad dotem nõ semper recipiatur, cùm filius matrem quidem alat, *b* nõ tamen ei dotè conficere teneatur, *c* & frater sororem vel vterinã tantũ, sumptibus suis sustentet, *d* nec tamen eam in matrimonio vrgeatur collocare, *e* & contra, pater de proprijs bonis filiam etiam diuitè dotare cogatur, *f* eidem tamè & alimèta possit negare, si proprijs facultatibus, se valeat sustinere, *g* meritò oblata est Doctoribus disceptandi materia, cùm præsertim in contrariam sententiam à Scæuola apertè responsum videatur. *h* Atqui Bartolus vir alioquin integerrimus, cùm aliam ex facto respondisset, dotem spurie filie à Clerico constitutam esse illi à patris hæredibus auferendam, propterea quòd

id pa-

a Bart. Auth. res quæ. C. com. de leg. Bald. l. neque mater. C. de iur. dot.

b l. si quis à liberis. §. i. de lib. agnos.

c l. tutor. 2. §. si. de adm. tu. l. i. §. præterea. de tut. & rat.

d l. qui filiũ. §. si. vbi Bald. vbi pub. edu.

e l. cùm plures. §. pen. de adm. tut. Alexan. l. à filia, ad Treb.

f l. si. C. de do. prom. vbi Gl Bald.

g l. si. §. ipsũ. C. de bon. q. lib.

h l. uxorem. §. pater naturalis. de leg. 3

id patri iure nõ licuisset, *a* illudq; & quibusdam alijs in locis tradidisset, *b* primus tamen idem sepius professus est contrariam sententiam omninò veriore. *c* Baldus etiam parũ sibi cõstans, nunc hanc, *d* nunc illam opinionè secutus est, *e* vnde non defuerunt quàm plures, qui contra dotem apertè pronunciauerint. *f* Quod & eo argumento Alexander comprobauit, *g* quòd licet pater spuriam filiam alere compellatur, cùm tamen alimentorũ præbendorum munus in singulos menses & annos soleat distribui, *h* dos verò ipsa non nisi vnica plerunque numeratione queat explicari, iniquũ esset, si patri præfens hoc & repentinum onus iniungeretur, quo se alioquin commodè per temporum interualla posset liberare. *i* Sed hæc fundamenta debiliora sunt, quàm vt ijs pronũciatum hoc possit subsistere. Ego quod & pluribus placuisse scio, *k* spuriarum filiarum & dotis causam constanter amplector, cæteri enim qui contra sentiunt, mihi in re perspicua frustra laborasse videntur, & toto, quod aiunt, cælo errasse, siquidem in eo tantũ immoratur, vt probent, æquam non esse alimentorum ad dotem rationem, quasi verò

V 4 Pont.

i arg. l. plant. Fam. hercil. l. tutor. §. Lucius, de vit. *k* Abb. conf. St. in 2. Sez. l. i. fol. mat. im. num. 2. Ripa cum pluribus num. 69. Bo. de decis. num. 11.

a Bart. conf. 119. Dominus adiut.

b Bar. l. i. fol. matr. nu. 11. & in d. §. pater naturalis.

c in l. fin. de his quib. vt ind. & Auth. ex complexu, & l. Mæuius, §. duo. 3. q. de leg. 2. & l. fin. §. i. de his quæ in fr. cred.

d Bald. l. fin. C. de dot.

e prom. & l. qui liberos, de ri. nupt.

f Bal. l. neq; mater. C. de iur. dot. & cõf. 456. in 5. Reco lo.

g Ang. 209. l. mol. Arer. l. i. fol. mat. Tiraque l. si vnquam. ver. successerit. n. 50. *h* Alex. d. l. i. num. 10.

i l. pec. de aliment. & cib. leg. l. si. vbi Bart. de lib. agnos.

Ripa cum pluribus

a l. cum ha-
beret. de eo
qui duxit.

b l. in fi. so.
marrim.

c Bart. Auth.

ex complexu.

d Arg. §. a-

liud quoque,

in fin. vt cum

de app. cog. &

l. palam §. nō

est, de ri. nap.

4

e Imo. l. Ma-

nus. §. duob.

pe. co. de lez.

f d. conf. 119.

Dominus ad-

iutor.

g l. fin. §. si a

locero, de his

quæ in fr.

h cap. seq.

Pont. Cælestinus, a cum illegitimis filijs
voluit consulere, de alimentis solùm mē-
tionem fecerit. Quin ait ille, parentes li-
beris suis debere pro modo facultatū ne-
cessaria subministrare: sed cū dos maxi-
mē necessaria dicatur, b utpote sine qua
nec mulier nubere possit, c & plerunque
turpissimō se vitæ generi tradere cogat-
tur. d Quid opus fuit in re tam clara, tam
longas subtexere quæstiones, cū Canon
hoc exprimat, filijs necessaria esse tribuē-
da? Mihi sanè hoc aded manifestum esse
videtur, vt nec Bartolum quicquam con-
trà vnquam asseruisse credam, quamuis
Doctores vbiq̃ue eum vt sibimet dissen-
tientem acculent, e vulgoq̃ ob hanc rem
malè audiat, quod causæ quandoque in-
seruisse existimetur. Ego enim id iusto sa-
cramento contenderem, in hac ipsa & Bar-
tol. semper sententia persistisse, siqui-
dem responsum id quod huic opinio-
ni contrarium censetur, f non rectè à
Doct. accipi puto, cū ibi de ea dote tra-
ctetur, quæ iam mortuo marito ad filiam
spuriam fuerat reuersa, quo casu rectè ait
Barto. esse eam ab hæredibus patris illi fi-
liæ auferendam, ob rationem illam, quam
alibi ipsemet affert, vbi eiusdem responsi
sui meminit, g & nos infra attingemus,
h secus esset si de dote constituenda, & ma-
rito

rito tradenda ageretur, prout sæpissimè
ipse restatus est. a Nec aliter etiam sensit,
dum alibi patrem dixit non compelli, vt
filix naturali dotem diceret, b cū enim
referat se Bartol. ad factum illud, quod
in responso Scæuolæ continebatur, c e-
uidens est eum in ea specie loqui, cū na-
turalis pater aliquid ex alia causa filix de-
bebat, tunc enim non cogendum rectè in-
quit ei dotem dare, quippe quæ ex pro-
prijs bonis, quæ illi à patre debebantur,
eam sibi possit conficere, d ideoq̃ patris
naturalis ratione necessaria non dicatur,
quod tamen in legitimo parente diuer-
sum esset. e Quæ interpretatio & textui
illi, qui de fideicommissio filix debito lo-
quitur, & verbis Bartoli apertissimè con-
gruit, ab eorq̃ alibi etiam significata est. f
Alexandri verò ratio, quam ipse à conciuē
præceptoreq̃ suo accepit, g friuola sanè
est, cū Pontificia lex in fauorem filiorū
tantūm lata sit, h vt eis parentes necessa-
ria conferant. Inspicienda est igitur, quæ
fit filiorum necessitas, non patris commo-
ditas, dum tamen facultatum patris mo-
dum id non excedat, i atque ita, quod e-
rit necessarium filijs, à patre tribuendum
erit, ne aliàs, quod in eorum utilitatem
constitutum est, in patris potiùs commo-
ditatem, & filiorum plerunque detrimē-

a d. l. fi. de his

qui. vt ind. d.

§. duo. d. Aut.

ex compl.

b in d. l. vxor-

em, §. pa-

ter natura-

lis.

c d. §. pater

naturalis.

d arg. l. si qs

à liberis. §.

sed si. de libe.

agn. & c. cū

haberet. in fi.

e l. fi. C. de

do. promi. vbi

glos.

f in l. i. so. ma-

trim. nu. ii.

g Imo. d. l.

l. col. 3.

h d. c. cū ha-

beret.

i facit l. co-

gnouimus.

C. de hæz. &

man.

rum conuertatur. Vnde concluderem e-
go verissimam esse hanc sententiam patrē
cogendum filiam suam spuriam cum x.
qua dote collocare, a exceptis ijs casibus,
qui noti sunt, & nos suprā attigimus, b &
plerosque qui in contrariam partem incli-
nare visi sunt, ita declararem, vt id vel eo
casu protulerint, quo mulieri aliunde bo-
na suppetebant. c Vel de Iure ciuili fue-
rint locuti, quod vt dicebat Baldus, d sic
castitatem coluit, vt pietatem omnem ab-
iecerit, secus ijdem de Iure Pontificio re-
sponsuri, quod ciuili meritō præualere
debet, e

a Capy. deci.
181.

b cap. præce.
in fi. Dec. con-
sil. 576. Rip. l.
1. fol. matri.
num. 71.

c secundum
casum d. f.
pater natura-
lis.

d Bald. conf.
456. f.

e Iaf. Aut. res
quæ. C. cō. de
lega. nu. 33. Ri-
pa. d. l. i. n. 66.

Q V A T E N V S L I C E A T P A-
tri filiam spuriam do-
tare.

- 1 Minor dos spuris, quàm legitimis filijs
debetur.
- 2 Spuria secundum patriæ consuetud. do-
tanda.
- 3 Quid si amplior dos detur?
- 4 An referat dotem marito, vel spuria
ipsi dari.
- 5 Maritus dominus rei dotalis.
- 6 Consilium ad constituen. amplam dotē
filiabus spuris.

C A P.

C A P. L.



Non dubium est, cūm de do-
te constituenda agitur, pen-
sandas esse in primis patris
facultates, dignitatē, ac nu-
merum liberorū. a Itemq; b
viri & mulieris conditio-
nem, natales, b & ciuitatis morem, in
quam vxor deducenda est. c Ideoq; cum
spuris vt plurimum tenuior multō dos
quàm ceteris legitimis filijs soleat decer-
ni, d censent ferē omnes non ampliùs co-
gendum patrem filia in dotem tribuere,
quàm ei alimentorum nomine esset ob-
strictus, e propterea quòd hæc dos alimē-
torum loco succedere existimetur. f E-
go tamen hoc non vsq; ad eò affirmarem, si
vera sunt, quæ aliàs diximus, illegitimis
scilicet filijs necessaria à patre esse præstan-
da, g cūm fortasse secundum patriæ con-
suetudinem indecorum esse possit filia ex
clarissimo & locupletiss. patre genita, il-
lud sibi dotis nomine dici, quod alio-
quin, si cœlebs mansisset, sibi ad quotidia-
num victū satis esse posset. Ideoq; triū mil-
liū & quingentorū aureorum dotē quan-
doq; congruam esse Dec. respondit. h Sed
quid si ampliorem summam pater filia
constituerit, quàm & alimentorū ratio, &
eius

a l. si filia. d.
l. 3.

b l. cūm post
§. gener. l.
quæro, de iu-
dot.

c Dec. confi.
26. nu. 4.

d Abb. confi.
115. 2.

e Bald. 457. 5
col. 2. Abb. d.
confi. Capyc.
decif. 181.

f Abb. 50. in
2. Bart. Auth.
res quæ. C.

g c. cūm ha-
beret.

h Dec. confi.
611.

a Capyc. d.
decif. 181.

b l. pro one-
ribus. C. de
iur. do.

c Bart. l. fi. 9.
r. de his quæ
in fr. cred. & l.
Mœnius §. duo
bus, de leg. 2.
in 3. q.

d Bart. d. l. fi.
de his quib.
vt ind. nu. 7.

e Bald. Aut.
ex compl.

f Bal. l. eam,
quam. C. de
fid. nu. 41.

g Rip. l. r. fol.
mat. nu. 68.

h l. quod ini-
tio, de reg.
iur.

i l. dotem de
dit, de coll.
don.

k arg. l. ex
annuo, de do.
int. vir. & vxo.

eius conditio pateretur, num id saltem
quod legitimū modū excedit, à proximo
rib. patris poterit reuocari? a Variè circa
hanc rem sensit Bartolus, Quandoque e-
nim distinxit, constante quidem matri-
monio repeti non posse, eò quòd pro one-
ribus matrimonij ferendis marito tradi-
ta sit, b sed cùm primū ad mulierem re-
uersa esset, ab ea adimi posse, id saltem
quòd congruam transcenderet portionē,
c quandoque indistinctè, quòd cūq; præ-
ter æquū alimentorum modum relictu-
m esset, statim ab agnatis reuocari posse di-
xit. d Baldus etiam, vt plerunque est eo-
rum, quæ à se alibi dicta sunt, parū me-
mor, nunc quidem Bartoli distinctionem
secutus est, e nunc & ipse aliam senten-
tiam generaliter affirmavit. f Alij Barto-
lum ideò reprehenderunt, g quòd cūm
ab initio non potuerit præscriptum à lege
modum pater transgredi, nec quid præter
res necessarias spurij tribuere, ideò nec
nullo ampliùs temporis spacio id possit
confirmari, h certum enim illud esse a-
iunt, id totum quod pater marito dat, fi-
liæ solūm contemplatione fieri, i verūm
cūm patri tot bona filia dare initio non li-
cuerit, propterea constante matrimonio,
id quod præter congruam summam tradi-
tum est, rectè posse reuocari. k Nam si ma-
ritum

ritum dicas magnum ex hac re damnū fa-
cere, à quo pars dotis præproperè adima-
tur. Respondent hi, mariti ipsius hoc cul-
pæ & socordia tantūm adscribendum, a
qui in perquirenda vxoris suæ conditio-
ne parū diligens fuit, b Mihi tamē hæc
nullo pacto probantur, prioremq; laudo
Bartoli distinctionem, à qua nunquam
nec ipsum nec Baldum discessisse puto,
etsi prima facie, cæteris Doct. inter se dis-
fidere videantur, vt multum scilicet in-
terfūt, dos ne præſenti marito detur, an a-
liquid filia dotis nomine relinquatur.
Cūm pater in testamento quid filia legat,
aut inter viuos donat, quod supra alimen-
torum causam est, vnde sibi ea dotem pa-
ret rectè ait Bartol. Baldusq; partem il-
lius confestim esse auferendam, eo quòd
rectè hoc à patre in filiam transferatur,
quod leges vetant. c Quòd si marito tūc
acceptanti dotem pater tradat, bonaq; ea
maritus non è filia, sed patris manibus
consequatur, nihil prohibet initio quam-
cunque velit patrimonij partem in collo-
canda filia parentem erogare, quæ constā-
te matrimonio, eadem semper & integra
conseruabitur, nec vlla in parte diminue-
tur. d Id enim ideò ita permittitur, quia
maritus eam titulo oneroso capit, e ipse
eius dominus verè efficitur, f solus pos-
sidet,

a l. quod quis
ex. de reg. iur.

b arg. ca. nu-
per. de do. in-
ter vir. & vxo.

c Bart. d. l. fi.
de his quib.
vt ind. Bal. d.
l. eam, quam,
qui loquuntur
in legato, vel
donatione.

d Bart. d. l. fi.
§. r. de his q;
in fr. Bald. d.
Auth. ex com-
plexu.

e l. ex promif-
sione, de act.
& obli.

f Inst. quib.
alie. lic. in
prin. l. quo-
tiens. C. de
iur. dot.

a l. r. de vsu-
cap. pro dote.

b Gl. §. fi. Au-
then. qui. mo.
nat. sui.

c l. si is qui
duos. vbi Bar-
to. de lib. leg.

d l. doce. C.
de rei vend.

e l. r. §. sed si
liberi. si quid
in fr.

fidet, solus vsucapit, a pater autem non extraneis, sed filijs tantum spurijis quid dare prohibetur. b Vnde nulla fraus subest, quia nihil in spuriam transfertur, sed in maritum, qui fructus lucratur, dominium & possessionem nanciscitur, ad eam verò nihil præter alimenta pertinet, quæ illi necessariò debentur. Cùm primò diremptum fuerit matrimonium, tunc quia ex causa lucratiua incipit ea bona mulier possidere, aliud fortassè dicendū erit. Etenim si pater illi qui omnium bonorum societatem cum filio spurio contraxit, quæcunque velit bona, impunè potest largiri, quorum dimidia pars ad filium ipso iure statim est peruentura, c cur non matrimonij causa, quod est omnis vitæ consortium, vel amplissimā dotem marito filia spuria tradat, cuius vel minimam partem illa interim nequeat vindicare? d At dices, factum hoc est cōtemplatione filia, fateor, sed quæ legi fit fraus? qua in re locupletior redditur mulier? cùm interim nihil possideat, nihil lucri faciat, nihil vendicet, imaginario tantum quodā titulo fruatur? Quin pater in dotanda filia, etsi quid fraudis committat, nihil tamen doli adhibuisse videtur, quia cōmendanda potius est paterna pietas. e Erit igitur patri cautè animadu-

maduertendum, vt si filiam suam maxima cupiat dote afficere, ipse maritū deligat, cui quæcūq; velit bona eo nomine poterit conferre. Sin in testamēto quid plus filia leget, quàm æqua postulet ratio, licet id se dotis causa facere testetur, nihil tamen aget, quòd legati eius prior spuria dominium sit adeptura, vnde irritum fiet patris votum.

SOLVTO MATRIMONIO dos spuria ad quem perti- neat.

- 1 Refert quo ad dotem, præmoriatur ne maritus, aut uxor spuria.
- 2 Spuria dotem non præscribit, nec spacio 30. annorum.
- 3 Error Iuris impedit præscript. longiss. temporis.
- 4 Quid in errore facti.
- 5 Spuria testari non potest de dote sua.
- 6 Cautela ne mortua spuria dos à marito auferatur.
- 7 Dos quoad filios onerosa dicitur.

C A P. L I.

Liberum



Liberum est quidem patri, ut
statuimus, dum viuit, in do-
tanda spuria, vel vulgarem
dotium modum excedere,
perpetuum tamen id mini-
mè futurum est, sed si ma-
trimonium deinde viri aut vxoris morte
dirimatur, dubito ne & dos ipsa diminu-
enda, plerunque etiam cum matrimonio
omnino sit extinguenda. Illud igitur erit
inspiciendum, prior ne decedat maritus
an mulier. Nam si à patre maritus amplio-
rem multò præter spuria conditionem,
fuerit dotè adeptus, istq; ea superstitè ex-
tremum obeat diem, author est Bartolus,
& cum eo pleriq; alij, statim dirempto ma-
trimonio subducendam eius esse ratione,
quod mulieri necessarium sit futurum,
& si quid præterea ex dote reliquum est,
id proximioribus patris applicandum, fi-
lia tantum equam portionem, vnde se-
lat, relinquendam. *a* Alij tamen hanc
spuriorum & dotis causam benignius am-
plectentes, nihil à muliere ex ea auferen-
dum crediderunt, quod ab initio in ma-
ritum pater cõtulisset, *b* quasi quòd cum
semel ea dos rectè constitit: perpetuam
quoque eandem causam debeat retinere.
c Sed vereor ne hoc falsum sit. Cùm enim
pater, quando dotem marito dat, eam
post

a Bar. l. fin. §. 1. quæ in fr. cred. & l. Mar-
uius. §. duo-
bus. 3. q. de le-
gat. 6. Abb.
conf. 50. in 2.
b Bald. 456. §.
c arg. l. pa-
ter. §. quinde-
cim. de leg. 3.

post suam & viri mortem ad filiam ve-
lit pertinere, *a* iam manifestum est hoc
euentu secuto filiam tunc non à marito,
sed à patre ipso capere veluti ex causa fi-
deicommissi, quod est interdictum, *b* do-
nare enim filia pater non poterat, *c* ergo
nec dotem ei minùs necessariam relinque-
re, *d* cùm ea filia ratione lucratiuus titu-
lus & donationis instar habeatur. *e* Est
igitur idem pater, qui dotem marito tra-
dit, & qui eam filia restitueendam curat,
ideò personalis *f* adhuc est prohibito, ini-
tiumq; suum retinet. *g* Quod ad eò ve-
rum est, ut & si post obitum viri integram
hanc dotis summam mulier 30. ampliùs
ue annis possederit, adhuc tamè ea se præ-
scriptione non possit adiuuare, ut Barto-
lus respondit. *h* Aut enim id totum ad se
non iure sciebat pertinere, & tunc mala
fides quamcunque præscriptionem impe-
dire apta est. *i* Aut verò apud se, licet spu-
riam, iustam esse possessionem putabat, &
tunc iuris error possessionem ipsam fran-
git & infirmit, *k* quod etiam in longissi-
mo tempore aduersus Castren. *l* & Bal-
dum, *m* communiter receptum est, *n*
quia cùm initio lex resistat, ne quid à pa-
tre in spuriam transferatur, *o* quicquid
deinde ab ea possessum reperitur, fingitur
cum mala fide actum; *p* vnde quæcunq;
X vel

a l. i. §. videamus. C. de rei
vxor. act.
b Alex. l. si is
qui. de vulg.
c l. i. C. de
nat. lib.
d arg. l. quis-
quis. §. eman-
cip. C. ad l. Iu-
li. maie.
e l. si. §. si à so-
cero. vers. at si
neuter, quæ
in fr. cred. &
c. præced.
f responsio
ad §. quinde-
cim.
g Bart. l. pe-
to. §. fratre. de
leg. 2. num. 3.
h Bart. conf.
119.
i c. possessor,
de re. iu. in 6.
k l. nunquã,
in prin. l. si
fur. & §. 1. de
vsucap.
l Cal. l. Cel-
sus. nu. 4. de
vsucap.
m Bal. l. nul-
lo. nu. 4. C. de
rei vind.
n Fel. cap. de
quarta, de præ-
script. nu. 42.
o l. i. C. de
nat. lib.
p Glo. c. 2. de
his quæ fi. à
prælat.

vel longissima præscriptio impeditur. *a*
 Quod si ea se verè iustam filiam credidisset, aut saltem natalibus ritè restitutam, tunc cum in facto erret, nō video cur præscribere saltē longissimo non possit tempore, *b* quod bonæ fidei instar est, *c* quāuis Alexander contrā quandoque responderit, *d* cuius me rationes nihil mouent, eò quòd si veritas cum eius opinione concurreret, iustāque esset filia, prout existimabat, rectè possideret & acquireret, ergo idem & si se falsò legitimam esse opinata cum longissima possessio, titulum bonamque fidem præsumi faciat, ut recentiores quidam distinxere. *e* Cum verò decedit & ipsa mulier, aut superstite adhuc viro, aut etiam eo mortuo, non eadem iam seruari solent, statim enim dos ad patrem, aut eius hæredes reuerti debet, *f* ita ut nec quicquam possit marito liberisue ex eo susceptis, relinquere. *g* Quoniam cum hæc dos siue alimentorum loco fuerit constituta, siue necessitatis potiùs causa, ut nos putamus, iam sicut alimenta ipsa adueniente morte extinguuntur, *h* necessitas etiam quælibet esset tam impio fato, quo omnia soluntur, *i* æquum est sanè, ut & dos ipsa, unde discessit, se recipiat, nec ampliùs nulla existente causa apud alienas personas vage-

a Barto. l. sed & §. scire, de pe. hz. Abb. c. si diligenti. de præscript. nu. 24. & c. cū non liceat. nu. 9.

b Marf. sing. 478.

c Felin. d. ca. de quarta. nu. me. 26.

d Alex. 74. in 3.

e Ripa. l. c. r. quor. bo. nu. 9.

f Abb. confi. 50. in 2. Ripa. l. i. fol. mat. n. 67.

g Bal. l. eam, quam. nu. 41. & Crauet. cōfil. 186. nu. 16.

h l. dominus §. si. de vsufu.

i §. deinceps Aut. de nupt.

vagetur. *a* Ideoq; consilium dedit Barto-
 lus *b* maritis, qui huiusmodi iunguntur
 vxoribus, ut quàm possint maiorem sibi
 à patribus dotem dici curent, quam dein-
 de post earum mortem nepotibus, ex eo
 matrimonio natis, ijdem patres velint re-
 linqui, *c* ne aliàs eodem tempore & con-
 iuge, & dotis commodo (quod plerunq;
 grauius est) se elufos reperiant. Quam
 sententiam, ut non adeò firmiter probem,
 illud in causa est, quòd dos hæc nedum
 pro oneribus matrimonij marito datur,
 7 ut ex ea ipsa tantùm spuria sustètetur, sed
 & filiorum causa, qui ex illo matrimonio
 nascentur, *d* ut inde alantur, educantur,
 præsertim vbi mariti facultates ad id non
 sufficerent, *e* qua de re & onerosus, quo
 ad eos is titulus habetur, *f* quem dein-
 deijs auferri satis iniquum videtur, cum
 quasi ab initio eis pars dotis tacitè sit ob-
 stricta. *g* Tutius tamen his fuerit Barto-
 li consilium.

QUI SINT Tutores IL-
 legitimorum filiorum. Et an à patre
 testamento dari pos-
 sint.

1 Qua possit pater erga spurios, aut non
 possit.

X 2 2 An

a Abb. iij. in 2.

b Bart. l. fin. de his quib. ut ind. num. 7. & Ripa. d. l. i. fol. lut. mat. n. 69

c Capy. deci. 181.

d Ruin. conf. 124. nu. ii. in i. sim.


e Aut. si pater. C. de diuor.

f Bart. l. si cōstante, solut. matri. nu. 67. & in l. fin. §. i. quæ in fr. cre. in Apost.

g l. si marit. fam. herc. facit l. dos à patre. C. fol. matr. secundum opi. Mart.

- 2 An detur naturali tutor à patre in testamento.
- 3 Differentia inter tutores naturalium, & legitimorum filiorum.
- 4 Ab intestato qui sint naturalium tutores.
- 5 An spurij testamento tutor detur.
- 6 Quis ab intestato spurij tutelam gerat.

C A P. L I I.



VM tutela Iure ciuili, naturali quadam ratione fuerit inuenta, vt hi qui imbecilliore sunt ætate ac iudicio, maiorum consilio, ac authoritate protegantur, a

non immeritò in dubitationem venit, an cùm electi à patre in testamento tutores filijs cæteris omnibus præferri soleant, b eò quod plurimum lex paterno erga filios consilio tribuat, hoc quoque & in illegitimè natis sit recipiendū, vt ijs æquè ac cæteris decerni tutores in testamento possint, quasi eadem naturalis ratio ad omnes quomodocunq; natos pariter pertineat. c Et quoniam etiam id tantum prohibet patri erga illegitimos filios videretur, ne quid de suo ijs largiri possit, d in cæteris, hac vna re excepta, licet ei ergail-

a §.fi. Inst. de Attil. tut.

b Bart. Rub. de test. tut.

c l. hos accusare. §. pen. de accusat.

d l. i. l. fin. C. de nat. lib.

ga illos quacunque ferè exercere, cùm & executores bonorum in testamento relinquere, a & eos in pupillaribus bonis filijs suis legitimis substituere, b & in libertatem, vbi status illis controuersia moueatur, eos valeat vindicare, c & in iudicijs eorum nomine experiri, d & alia huiusmodi multa. Cur non ergo & tutores ijs in testamento possit constituere, cùm hic non de successione in eos transmittenda, nec de ijs ex re patris locupletandis agatur, sed de gubernatione tantum & tutela ijs decernenda, quæ maximè ex vsu publico est, vt ipsi, eorumque bona fide & patrocinio alicuius suscipiantur & cu-

stodiantur? Sunt tamen quibus aliter videatur, e nec sine ratione. Lege enim duodecim tabularum permittum est parentibus, liberis (si modò in potestate sint) tutores testamento dare, f sed notum est, eos qui illegitimè nascuntur, in potestate nostra non esse, cùm ex matrimonio orti non sint, g igitur nec ijs tutorem dare licebit, vt ipso Iure valeat. Distinguendum est tamen latiùs in hac materia, an de naturalibus filijs loquamur, an etiam de spurijis, inter quos maxima est differentia. h Namq; si de naturalibus intelligimus, cùm eos lex non ita abhorreat, i cõ-

a Alex. l. cog. §. hi qui. nu. 4 ad Trebel.

b l. si is qui ex bonis, de vulg. & pup.

c l. 3. de libe- cauf.

d Alex. §. si quis rogatus. nu. 39. ad Trebell.

e Glo. Bart. l. de testa. tut.

f l. i. de testa. tut.

g §. si aduersus. Inst. de nupt.

h Aut. licet. C. de nat. lib.

i l. pen. C. ad Offic.

res ab eo dati, tutelam possent administra-
re. Sed hoc varijs modis, Namq; si pater
naturalem filium instituerit, eiq; tutorē
dederit, erit sanè ille tutor, petita tamen
antè à Iudice confirmatione. *a* Quòd si
nihil naturali filio de bonis suis relique-
rit, & tamen tutorem dederit, non aliter
ille tutelam suscipiet, nisi & à Iudice con-
firmetur, & cum causæ inquisitione. *b*
In eo enim qui nihil à patre cōsecutus est,
hoc amplius requiritur, vt ex diligēti in-
quisitione tutor confirmetur, cū in a-
lijs, qui à patre instituti sunt, simplex suf-
ficiat iudicis confirmatio. Quamobrem
si naturali filio pater certa relinquat bo-
na, isq; præter ea, alias habeat facultates,
tutoremq; illi simpliciter in testamento
dederit, is quidem, quo ad bona relicta à
patre, sola indigebit confirmatione. Ve-
rūm quo ad cætera, antequàm ei admini-
stratio decernatur, opus erit, nedum con-
firmationem impetrare, sed & summam
inquisitionem haberi, prout Bartolus e-
gregiè declarat. *c* Vnde & intelligimus,
quid in hac re differant naturales à legiti-
mis filijs, Iustis enim filijs, qui dantur tu-
tores à patre in testamento, hi tutores sta-
tim ipso iure cōstituuntur. *d* Ast qui na-
turalium tutores relinquuntur, hi nō antè
munus id tutelæ possunt inchoare, quàm
& Iu.

a l. fi. C. de
confir. tut.

b l. naturali,
de conf. tut.

c Bar. l. natu-
rali. §. l. de cō-
fir. tut.
d Insti. de fa-
tis d. tut. in
prin. secundū
decla. Bart. in
l. legitimos,
de legi. tut.

& Iudex eos autoritate probet sua, &
plerunq; de eorum moribus, fortunis,
& conditione, nō perfunctoriè sit instru-
ctus. Quòd si pater impuberibus his na-
turalibus relictis, aut testamentum non
fecisset, aut quantum ad tutelā intestatus
decessisset, tunc quoque non vt iustis fi-
lijs, fiunt agnati legitimi tutores, sed ad
matrem directò tutela pertinet, cū legi-
timis ipsi careant tutoribus, & agnatis, *a*
proptereaq; etiam defuncta matre, crede-
rem alios ex linea materna proximiores
id onus esse subituros, nō quia hodie sub-
lata sit omnis differentia inter agnatos &
cognatos, quo ad successiones & tutelas,
b nam hæc differentia, quæ remota est, in
legitimis tantūm, non spurijs procedit. *c*
Sed quòd cum his illegitimè natis, co-
gnati tantūm ab intestato succedant, *d*
non agnati, quippe qui nulli his sunt, *e*
æquissimum est etiam ijs tutelæ onus de-
ferri, qui & successionis emolumentum
ante alios sperare possunt. *f* Ethæc ita in
naturalibus seruantur.

De spurijs negant oēs, *g* tutorē à patre
vllum his relinqui posse, nedum quia in
potestate nō sunt, sed quòd nec filij nomē
merentur, suntq; penitus alieni à patre.
Ego autem cū aliàs ostenderim, *b* posse
quandoq; patrem quibusdam spurijs te-

a l. fi. C. quā-
do mul. tut.
off.

b Aut. de hæ-
red. ab intest.
§. nullam. & §.
ex his. Bar. l. i.
de legit. tut.
c Fab. instit.
de cogn. Ieru.
num. 5.

d l. 2. l. si spu-
rijs. Vnd. cogn.
e §. vulgo. In
fi. de suc. cog.
f Inst. de leg.
patr. tut.

g Gl. Bart. l. 1.
de testa. tut. &
d. l. naturali.
de confir. tut.

h cap. 40.

stamento bona relinquere, iisdem quoque rationibus nunc affirmo, & tutorem recte ijs dari posse, patrisque voluntatem probanda. *a* Quod & generaliter in cæteris quoque spurij fortasse admittendum erit, saltem ratione alimentorum, quæ eis hodie pater præbet, *b* ut quo ad ea, tutorem his possit constituere. *c* Vbi verò pater de hac re nihil testatus esset, materque superesset, tunc in omnibus rationem sequendam ducerem successionis, ut si tales sint spurij, quibus mater ab intestato hæres esse possit, *d* tunc & ei tutelam mandandam esse, matre verò non superstite, cognatis ijs deferendam, qui spurij succedere solent. *e* Quod si illi essent spurij ex damnatis nuptijs orti, tunc quia omni & agnatione, & cognatione carere dicuntur, *f* tunc nec matrem, nec ullos coniunctos ad tale munus vocandos esse, quia & à successione excluduntur, ut alibi latius declarauimus. *g* Essetque hoc casu à magistratibus ad id auctoritatem habentibus, alius ad hoc munus deligendus, ne pupillus omninò indefensus relinqueretur. *h*

AN NEPOS LEGITIMVS
ex filio spurio possit ab auo hæ-
res institui.

I Ma-

- 1 *Macula patris afficit filium, & quomodo, num. 3. 5.*
- 2 *Relictum nepoti videtur contemplatione filij.*
- 3 *Delictum patris in quibus noceat filio.*
- 4 *Iustiniani constitutio super hac questione.*
- 5 *Cur Adami peccatum omnes attingat, non aequè aliorum patrum.*
- 6 *Auus instituens nepotem, illius contemplatione, non filij id facit.*
- 7 *Spurius usufructum habet in bonis filijs ab auo relictis.*
- 8 *Quando nec filius patri, nec seruus domino acquirat.*
- 9 *Quibus casibus nepos ex spurio ab Auo institui non possit.*
- 10 *Ab intestato nepotes ex spurio non succedunt Auo.*

C A P. L I I I.



Equitur vulgata illa apud veteres & recentiores Iuris interpretes, quæstio, an Auus nepotem ex filio spurio possit instituire, Dynū enim accepimus, *a* controuersiam hanc fortè ut nimis dubiam, X 5 sub

a Hæc refert Bal. l. Gallus. §. quidam re-
ctè.

sub iudice reliquisse. Cynum autē apertē
sensisse, non esse Auo, cum nepote eo testa
menti factionem, propterea quòd eadem
turpitudinis ratio, quæ filios Nothos à pa
tribus aliquid capere prohiberet, & ad ne
potes pertineret, cū officium Aui erga
nepotē, ex persona filij præcipuè oriatur.
a Rosfredus distinxit, vt si cōtemplatione
patris hæres relictus esset, institutio irrita
censeretur: sin verò nulla habita patris ra
tione, & tunc relictus compos esset. Post
hos Bartolus *b* nepotem semper institui
posse dixit, dummodò non maximè eui
denter probaretur id intuitu filij factum,
quod in dubio non esset præsumendū, &
secundum hanc sententiam de facto respō
dit *c* Baldus acerrimè contrariam Barto
lo opin. defendere conatus est, *d* suntq;
hæc deinde ab alijs Doctoribus & recen
tiorib. in vtrâq; partem latè disputata. *e*
i Solēt Baldus, & qui eum sequuti sunt, ea
in primis moueri ratione, quòd cū ne
pos ipse à filio spurio descendat, non po
test non eandem maculam, veluti à vitiosa
radice conceptam, secum ducere, quæ il
lum ideò ab auita arceat successione, *f*
exemplo Adami primi parentis nostri, cu
ius labes posteros omnes in perpetuum
potuit asficere. Certum etenim id esse a
iunt, nihil filio spurio, aut recta via, aut
per

a l. dotem
dedit, de col.
bon.

b in l. Gallus
§. quid si is.

c conf. iis.
Odurius.
d in l. Gallus
§. quidam re
ctæ.

e Alex. Sozi.
Cast. d. §. qd si
is. Corn. cōf.
25. in 1. Alex.
74. in 3. Dec.
462.
f Dec. confil.
85. in fin.

per mediam personam, à patre, posse relin
qui, *a* quæ res arguit, vt nec nepotem ex
eo liceat instituere, ex quo vsufructus sal
tem ipsi filio acquirendus esset, *b* atq; ita
fraus legi fieret manifesta. Addūt filios il
legitimos idcirco à patre institui prohibi
tos, ita vt facilius paterna libido reprime
retur, *c* cū commune parentum omniū
votum sit, ad filios facultates suas omnes
transmittere, *d* quæ sanè ratio, cū in ne
potibus æquè vigeat, *e* nolunt propterea
2 quicquā in hac re discriminis inter filios
neporesue constitui, præsertim cū quic
quid nepoti relinquatur, id filij contem
platione proculdubio factum, *f* auusq;
ita erga illum filij tantum causa affectus vi
deatur. *g* Qua ergò ratione Nothus à le
ge repellitur, eadem & nepotem ex eo re
ijciendum volunt, *h* cū melioris non
debeant conditionis esse nepotes quàm fi
lij. *i* Hæc pro Baldo, qui tamen alibi
professus est, si constaret institutionem
hanc minimè intuitu filij factam, sustine
ri omninò debere, *k* vt quia esset in testa
mento dictum, ne vsufructus ad patrem
perueniret, quod consilium vti præ cæte
ris tutissimum, etiam Bartolus appro
bavit. *l* Dum tamen Baldus institutio
nem in dubio inutilem esse dixit, quando
nihil ab Auo de vsufructu expressum est,
in hoc

a l. i. C. de na.
lib.

b l. cū oportet.
C. de bon.
q. lib.

c l. fin. C. de
nat. lib.

d l. rescripto.
Vnde lib.

e l. liberorū,
in fi. de verb.
sign.

f Alex. Iaf. l.
sed si plures.
§. in arrogato
de vulg. & pu.
g l. dotem de
dit, de coll.

h l. si forte.
de Cast. pec.

i l. quæritur,
de bon. liber.

j l. si viua. §.
in nepotib.

k C. de bon. ma
ter.

l Bald. conf.
146. in 1. aliàs
482. in 4. in fi.

m Bart. d. §.
quid si is.

in hoc Bartolus ab eo quammaximè dis-
 fenfit, & cū Bartolo crebrior hodie quo-
 que stat opinio, *a* eademq̄, vt ego arbi-
 tror, æquior multò ac verior. Dixit is, fi-
 lium illi tantum commodis, ob delictū
 patris esse priuandum, quæ ab illius per-
 sona, non ab Auo, aut alijs agnatis pro-
 ficiscerentur. *b* Sic enim & deportatos,
 quibus nihil tanquam spurij potest relin-
 qui, *c* quoad auitam hæreditatem, nepo-
 tibus nihil nocere, *d* nec patris hæreti-
 ci culpam filio Orthodoxo in successione
 villo esse impedimento, *e* sicut nec ex hæ-
 redatum filium, quamuis iusta de causa,
 ideo nepotem à petenda bonorum posses-
 sione auita repellere. *f* Quæ quidem ar-
 gumeta pro hac parte plurimum sanè vr-
 gent. Sed addo ego, quæstionem hanc vs-
 que à Iustiniani temporibus emerfisse, ob
 idq̄ ab eo constitutionem editam, quæ &
 adhuc extat, qua apertissimè sanxit, lice-
 re Auo, nepotibus suis legitimis ex natu-
 rali filio, quodcunque liberet relinquere,
 g quam & in spurij, quoniam eadem
 ratio suaderet, locum habere, Accursio,
 seu Francisco filio visum est. *h* Vt planè
 mirer eam inter tot grauissimos Docto-
 res controuersiam vsque ad hæc tempora
 manasse, cuius decisio minimè ampliùs
 dubia esset. Nulla enim, inquit Iustinia-
 nus

a Cor. conf. r
 in 3. ver. circa
 sextum. & 25.
 in 1. Feder. 57.
 Dec. 462. Ale.
 74. in 3. & in
 d. 5. quòd is.

b l. 3. de in-
 ter. & releg. l.
 emancipatū,
 in fin. de sen.
 c. l. i. C. de hæ-
 re. inst.

d l. i. §. fin. de
 bon. poss. con-
 trat. l. si ne-
 cem. §. si de-
 portatus. de
 bon. liber.

e l. cognoui
 irus, cū Aut.
 seq. C. de hæ-

f l. 3. §. si emā
 cipatus, de
 contratab.

g l. fin. C. de
 nat. lib.

h Glof. d. l. fi.
 Bar. §. quid si
 is.

nus, in nepotem legitima est consequētia,
 cū leges paternum tantum vitium in fi-
 lio cohibere voluerint. Omitto nunc
 quemlibet institui posse, qui expressè
 prohibitus non reperiatur, *a* nec nepo-
 tem, de quo agimus, vlla quod memine-
 rim lege repelli. Omitto leges, quæ filijs
 illegitimis quid vetant relinquere, odio-
 sas esse, nec ad nepotes, quorum diuersa
 est causa, protrahendas. *b* Sat illud fit, no-
 biscum Iustiniani constitutionem facere,
 hac tantum de causa ab eo promulgatam.
 Cui nihil aduersatur, quòd nepotes pa-
 ternum vitium eadem ex origine ducant,
 nam hoc & ex rationib. suprà per Bar. ad-
 ductis negatur, & ipsius Iustiniani verbis
 repugnat, qui nullam legitimam fieri cō-
 sequentiam in nepotem tradidit. Aliàs se-
 queretur, vt nec pater ipse spurius quic-
 quam filio legitimo posset relinquere, si-
 cuti ipsi à patre ea de causa consequi nil li-
 5 cuit. Quod enim de Adamo dicitur, id aut
 aliò pertinet, vt quidam aiunt, nempe ita
 summi Dei numine iubente, cuius arcana
 nobis non licet perscrutari, *c* aut dicere
 ego potiùs, diuersum id longè exemplum
 esse, cū labes illa ab Adamo primùm
 contracta, ad omnes quotquot nascuntur
 homines æquo iure semper transmitta-
 tur, siquidem omnes sub eadem lege &
 con-

a arg. l. extra
 neum. C. de
 hæ. instir.

b arg. l. cū
 quidam de
 lib. & posth.

c Corn. conf.
 25. in 1. col. 3.
 arg. cap. duæ
 sunt. 19. q. 2.

conditione in lucem edimur, sub qua & is vitam suam peregit. Secus in eo est, qui legitimus ex patre spurio nascitur, hic enim non eosdem, quos pater natales sortitur, unde nec eiusdem conditionis necessario censeretur potest, quod cum ex multis patet, tum ex eo maxime, quod huic non honores & munera publica interduntur, quæ patri suo, eò quod nothus esset, forte potuissent abnegari. Non igitur legitimus patris nothi conditionem assumit, sicuti nos Adami naturam in omnibus retinemus. Ad id verò, quod hoc pacto facile legi fraudem fieri posse Baldus & cæteri dicebant, ex quo usufructus ad spurium patrem esset peruenturus, quamvis Bartolus etiam responderit, a is tamen mihi eo in loco non omnino satisfacit, aliusque radix hæc euellenda fuit, non humi tantum amputanda. In hoc enim questionis totius cardinem verti arbitror, iudicio ne Aui, hic spurius cum usufructum consecutus videatur, aut minus. Nam si voluntas hæc præcipua Aui fuisse monstratur, ut usufructu spurius potiretur, posset probabilior forte Baldi opinio videri, quasi id quod ei rectè transferre in filium non licebat, obliquo quodam cursu assequi contenderit, aduersus legum constitutiones, b Ego verò ita censeo,

a in d. §. quid si is, in fi.

b l. l. C. de nat. li. cum l. quid vna, de regu. iur. in 6.

6

seo, cum Aui nepotem sibi hæredem instituit, id eius potius contemplatione, quam filij aut alterius cuiuscunq; in dubio factum videri, a licet enim plerunq; extrinsecus quædam inspicere soleant, quæ testatorem ad id potuerint inuitare, ex quibus dein & illius mentem dijudicamus, b nulla tamen hæc coniectura, quod id occasione filij factum fuerit, rectè admitti potest, ex quo ita institutio vitaretur, quod aduersus communem omnium qui testatur, propositum est, qui semper ea in testamento & voluisse & gessisse præsumuntur, quæ ad eorum voluntatem tuendam, non infirmam sint aptiora. c Hodiè sanè & hoc eò minus dubium est, quod omnia ab Aui in nepotem collata, censentur aduentitia, sicque illi proprijs meritis, non pariter ratione acquisita, d maximeque si eiusmodi sint, quæ non necessario ab Aui nepoti essent relinquenda. e Quæ cum ita sint, licet usufructus deinde filio acquirendus esset, cum tamen illum non acquirere præcipue iudicio consequatur, crediderim eum illius compotem esse posse, f dum tamen hoc in fraudem ab Aui seu nepote factum non constaret, g quod quibusdam ex rebus alibi à nobis traditis colligeretur, h in dubio autem non esset præsumendum, i venit siquidem hic usufructus,

a l. fi. C. de usufr. l. si verbo. §. i. ff. mad.

b arg. l. si militi. l. si forte, de Castr. pec. not. Alex. d. §. in arrogato, de vulg. & pu.

c l. 3. C. de temil.

d Bar. Gl. l. q. in aliena, §. in terdū, de acq. hæ. & in l. q. fitum, de le. r. e Alcia. reg. i. præsumpt. 17. num. 3.

f l. ita fidei. §. fi. de iu. fidei. Bal. l. eam, quam. C. de fideicom. n. 54.

g l. Lucius. §. fi. de leg. i. Alex. Iaf. l. 6. de vulg.

h Suprà e. 43. i Alex. conf. si. in 2.

^a Fel. c. mul-
torum, de Iu-
dz. l. notab.

^b Bart. l. si is
qui duos, de
liber. leg. Bal.
l. r. pro Socio.
14. q.

^c l. fin. de his
qui. vt ind. l.
affectionis.
de don.

^d l. si is qui
duos. de lib.
leg.

^e l. post lega-
tū. §. qui prin-
cipale. de his
quib. vt ind. l.
Papin. §. sed
neq; de inoff.
test.

^f Bart. l. filio.
de don. causa
mort.

^g l. quod ser-
uus, vbi Bart.
de acq. poss.

^h Sozin. d. §.
quid si is. nu.
3.

vsufructus in consequentiam quandam,
ex legis, non Aui, præcepto, & propterea
permissam. ^a Ille nepoti tantum relictum
voluit, vt modò diximus, lex vsufructū
patri defert. Acquiritur ergo hoc ex qua-
dam veluti tacita societate, in qua nihil
fraudis suspitio vnquam nocere potest.
^b Sed & demus manifestè apparere, filij
etiam intuitu id Auum fecisse, nepos pro-
prietatem, filius vsufructum assequere-
tur, adhuc tamen hanc nepotis institutio-
nem irritam non existimarem, tum quia
hæc sola affectionis ratio nihil obesse de-
bet, ^c tum quia regula est, si quis rem duo-
bus coniunctim legauerit, quorum alter
ad illam obtinendam idoneus, alter ine-
ptus sit incapacis portionem capaci accre-
scere, non relictum totū corruere, ^d cum
enim principale per se validum sit, accel-
soriij deinde infirmitate nequit vitari:
^e Docuitq; Bartolus, si quid filio legatum
sit, dubiteturq; eius ne intuitu, an patris
fuerit relictum, si pater capere nō possit,
tūc dubio procul id filio acquiri, patrem
priuari. ^f Cui accedit quod quotiescunq;
illicita est acquisitionis causa, nunquam
patri per filium, aut domino per seruum
quæritur, ^g quod in hac ipsa quæstione &
Socinus tradidit. ^b Cætera per Baldum in
contrarium adducta nihil obstant, cum,
vt di-

vt dicebat Iustinianus nulla legitima con-
sequētia de filio ad nepotem fiat, nec tam
odiosa seueritas vllatenus ad nepotem de-
⁹ beat extendi. Limitanda tamē erit in pri-
mis hæc quæstio, vt tunc Auius nepotem
ex filio spurio non possit instituere, si spu-
rium illum ex incestu suscepit, cum tunc
personas egredi non possit ab Arcadio
præscriptas, quam limitationem ex men-
te Baldi sumptam, ^a contra Iasonem om-
nino recipiendā puto. ^b Secunda limita-
tio à Doctoribus omnibus allata, vt nec
tunc nepos possit institui, cum legitima
soboles aui adesset (excepta tamen vncia,
quæ etiā hoc casu ei relinquī potest,) ^c ni-
hil est quòd in dubium reuocetur, quip-
pe quæ à Iustiniano tradita est, ^d proce-
detq; etiam vbi tantum nepotes legitimi
ex filijs legitimis nati extarent, cum filio-
rum tunc locum referant, ^e secus verò
in Auiā esset, cui ab intestato spurij cum
legitimis, & nepotes etiā ex spurijs æquē
aliquando succedunt, ^f vnde & ab ea, ijs
quoq; extantib. institui rectè possent, ^g nisi
fortasse ex putatiuo matrimonio suscepti
¹⁰ essent, in quo iuris error affuisset. ^b Tertio
& hæc ita accipienda sunt, cum aui testa-
tus decesserit, cæterum ab intestato, non
est quòd nepos ad eius legitimam succes-
sionem ausit aspirare; cum ei à patre suo
Y spurio

^a Bald. l. si
quis incesti.
C. de incest.

^b Ias. d. §. qd
si is. in fin.

^c Capyc. de-
cif. 181.

^d d. l. fi. C. de
nat. lib. Alex.
conf. 74. in
3.

^e Crauet. cōf.
200.

^f l. pen. C. ad
Orf. Rosel.
de succ. ab in-
test. num. 40.

^g Cast. d. §.
quid si is. in
fin.

^h Ruin. conf.
14. in 3. col. fi.

a d.l. fi. Cast.
Soz. d. 9. quid
fi is. nu. 4.
Dec. confi. 85.
in fin.

b Gratus. cō-
fil. 6. in 2.

e §. filium,
Aut. qui. mo.
nat. sui.
d Fed. confi. 57

spurio aditus ab intestato fuerit interclu-
sus. a In cæteris igitur casibus, quæ supra
diximus, seruabuntur, vsque ad eò, vt nec
frater à testatore præteritus, possit idcir-
cò nepotem hunc institutum, querela in-
officiosi repellere, vt ciuis meus respon-
dit. b

Quæcunque autem de nepote legitimo
ex filio spurio sunt dicta, ea & in nepote
spurio ex filio legitimo sunt affirmanda,
cùm vtrunq; casum Iustinianus equipara-
rit. In hocque & minor adest dubitatio,
quòd cessat ratio illa usufructus, auusq;
quo ad illum penitus ignotus & extra-
neus habetur. c Et in hoc casu secundum
hanc sententiam à Federico Senen. re-
sponsum est. d

AN VALEAT STATVTVM,
quo spurij æquè cum legitimis ad
parentum successionem
vocantur.

- 1 *Ius diuinum repellit spurios à successione.*
- 2 *Statutum præbens occasionem peccati nullum est.*
- 3 *Non valet statutum, ne exceptio opponatur, quòd quis sit spurius.*
- 4 *Legitima à statuto minui, & in totum tolli potest.*

5 *Olim*

- 5 *Olim quicumque spurij succedebant ma-
tri.*
- 6 *Ex temporum varietate, leges mutantur.*
- 7 *Ciuitates quæ superiorem non agnoscunt,
quo adiurisd. equiparantur Imper.*
- 8 *Præcepta veteris testam. in causis deci-
dendis quid valeant.*
- 9 *Quid dicta Augustini.*
- 10 *Quando lex valeat, ex qua peccatum
oriri potest.*
- 11 *Pœna pecuniaria homicidio imponi po-
test.*
- 12 *Statutum vt spurij succedant, videtur
æquissimum.*

C A P. L I I I I.



NON minùs quoq; celebris
est illa quæstio, & in Gym-
nasijs publicis sepiùs agita-
ta, a an lege Municipali,
spurij perinde ac legitimi
ad successionem vocari pos-
sint. Proferamus & nos in hoc sententiam
nostrâ, vt si quid alios præterierit, in me-
diũ adducamus. Solet frequentius à Do-
cto. Spuriorum causa oppugnari, quibus
id iniquum satis videtur, vt eorum æqua-

a Præp. c. per
venera. qui fi.
leg. co. 98. Ro-
fel. in tract. le-
git. lib. 2. ca. 1.
nu. 38. Aret. l.
3. de testam.

Y 2 lis

lis ac legitimorum ratio sit habenda. Vr-
gent verò in primis Bartolus & Federicus
Senen. duobus validissimis argumentis,

a Bart. l. 3. de
test. Feder. de
Sen. conf. 277.
b §. fin. Aut.
quib. mod.
nat. sui.

a aiunt enim, quòd cum spurij expressè
ab Imperatore à bonis paternis fuerint
exclusi, b non debuit id ampliùs statuto
posse immutari, quippe quòd ad solius
tantùm Principis potestatem pertineat.

c l. 1. §. de
qua. de postu.
Bart. l. nò an
bigitur, in fi.
de legib.

c Atqui non Iuret tantùm ciuili ei ciun-
tur, sed & Pontificio ac diuino, Scriptum
est enim, d Eijce ancillam, & filium eius,
non enim erit hæres filius ancillæ cum fi-
lio liberæ. & alibi, Hæres in domo patris
nostri esse non poteris, quia de meretrice

d Genes. c. 21
ad Galat. 4.

natus es. e Et diuus Augustinus ita lege

e Iudic. c. 11.

f c. l. 35. q. 7.

Dei constitutum tradit, f vt non repu-
tentur filij, nec villo parentibus Iure suc-
cedant. g Quod cum ita sit, iam secus Mu-

g c. cum mul-
tz. 15. q. vlt.
h c. quæ con-
tra. 8. dist. ca.
qui resistit. 11.
q. 3.

nicipali lege non videtur posse caueri. h
His accedit & Iuris communis ratio, quæ
tali in filios illegitimos vtitur acerbitate,
paternæ tantùm incontinentiæ reprimen-
dæ causa. Cum enim genitorum omniù
commune id votum sit, vt ad filios bona

i l. Script.
Vnde lib.

& fortunas suas omnes transmittant, i
leges eis interdicens ne quid ex rebus
suis relinquunt, faciliùs & hoc pacto eo-
rum libidinem veluti quibusdam frenis
cohiberi posse putarunt. k Quomodo er-
go statutum hoc honestè vnquam recipi

k l. fin. C. de
nat. lib.

pote.

poterit, cum indulgeat id potiùs hominù
libidini & petulantia, ijsq; delinquendi
impunitatem & seueritatem quandã pro-
mittat, quæ legibus nunquam probari so-
lent r a facit verò potissimùm in hanc
sententiam honotij III. responsum illud
b quo consuetudinem quandam impro-
bat, qua vxori coniugij fidem violanti, di-
midiam adhuc mariti bonorum partem
petere licebat, cum ea de causa mulieres
libidinosius viuere non dubitarent. In
hanc autem sententiam & Doctores alij
quàm plures transiere, c sed omnes ferè
eo potissimùm mouentur argumento,
quòd contra bonos mores hoc sit, careat-
que omni æquitate & ratione, quæ maxi-
mè legem decent, d cum Iuris præceptũ
sit hoc, honestè viuere, e negariq; nò pos-
sit, quin ex ea re ad lasciuiam quis ma-
gis alliciatur, quòd scilicet ei consueta pœ-
na, & legis seueritas, vel in parte remitta-
tur. f Addideruntq; aliqui, si caueretur
etiam, nec cuiquam exceptio opponi pos-
set, quòd quis spurius natus esset, eadẽ-
que ratione tale statutum non valere, ex-
ceptionemq; rectè obijci posse. g Baldus
tamen licet aliàs & ipse pro hac opin. con-
sultus respondisset, h alio tamen in loco
mitiùs cum spurijs agendum putauit, vt
si quidem ex damnato coitu nò prodijf-

a l. conueni-
re. de pact. do
tal.

b c. ex parte,
de consuet.

c Barb. conf.
34. in 2. co. pe.
Ancha. c. 1. de
confi. Bal. l. 1.
C. de sum. Tri-
nit. nu. 29. & l.
eam, quam.
C. de fideic.

nu. 33.
d c. erit autẽ.
4. dist.

e Inst. de iust.
& iur.

f l. si operis.
C. de pœnis.

g Bar. l. Sci.
ad l. Fal. Bal.
l. 1. C. de his
qui per. nom.
h Bald. conf.
4. 7. in 5. in fi.

a Bald. l. i. C. de iur. au. an.
b Io. & Gasp. Cald. conf. 4. & 472.
c Card. Præp. c. per venerabil. Ripa. §. si qs roga. n. 21.
d Aret. l. 3. de resta. Card. c. constitutio- nes. 10. dist.
e l. cū ratio, de bo. dā. c. di cat. 32. q. 4. ca. quicūq; 17. q. fi. Aur. nouif. C. de inof. testa. c. Raynut. de testam.

f Bart. Castr. Imol. l. Titio. §. fi. de cond. & demon. Alex. l. quod de bonis. §. fi. ad l. Falc. Dec. l. iura, in fi. de reg. iur. & cō- fil. 19.

g l. omnes populi. vbi Bar. 3. q. prin. h Soz. conf. 143. col. pen. i l. si qua illu stris. C. ad Or fic. Aut. q. mo. nat. sui. §. fin.

sunt, possent parentibus succedere, alioquin (quoniam contra iustitiam publicæ honestatis esset) ius commune semper ser- uaretur. **a** Calderini etiam ambo spurij quibuscunq; maximè fauendum respon- derunt, si nemo ascendentium aut descen- dentiū superesset, **b** quod & acutis pro- barunt rationibus, & quidam alij secuti sunt. **c** Ego si temerarium non est, à tot sapientissimorum virorum opinionibus dissentire, disputando saltem hoc certè probari posse contenderem, quoscunque spurios rectè simul cum legitimis filijs ad patrum hæreditates Municipali Iure vo- cari posse, quam partem & acutissimis quibusdam interpretibus nō omninò di- splicuisse video. **d** Quemadmodum e- nim legitima iustis filijs naturali, diuino, ciuili, Pontificio Iure debita, **e** Municipali ramen lege minui, quandoq; & in to- tum tolli potest, **f** atque ita ex legitimis, illegitimos quodammodò filios facere, cur non & illegitimis, quod fauorabilius est, legitimorum iura valeat permittere? Præterea quæ per legem cōstitui possunt, ea & statuto licet cauere, **g** sed ius Dige- storum spurios æquè ac legitimos matri hæredes esse permisit, **h** quod postea qui- busdam casibus à Iustiniano fuit immu- ratum, **i** pari ratione, & rursus hoc iure nouo

nouo in patribus sanciri concedamus. Quod si lex Canonica his omnibus si- mul cum legitimis vult æquè alimenta præberi, **a** cur non & Municipalis hoc ampliùs de successione adiungere valeat? cum olim & Senatusconsulta, & edicta Prætorum ijs hæreditatem deferrent, qui aliàs non vocabantur, **b** & naturalibus filijs certam etiam portionem tribui ius ciuile constituerit. Etenim cum succes- siones hoc Iure fuerint inuentæ, **c** hæc ipsæque inter legitimos & illegitimos dif- ferentia legum scriptarum subtilitate primùm fuerit prodita, **d** par mihi quo- que videtur, vt eodem Iure ciuili nunc possit aboleri, **e** & qui antea eam ob cau- sam à bonis paternis reijciebantur, ij- dem nunc lege permittente ad ea resti- tuantur, **f** cum ex temporum varietate, & leges ipsas immutari necesse sit, ab en- tibuscunq; annis, non idem semper rerum status permaneat, sed quod olim turpe, nunc honestum, & quod antea rectum, nunc iniquum iudicetur. **g** Dubium ve- rò non est (vt ad argumenta contraria re- spondeam) statutum Iuris ciuilis partem esse, **h** quo tamen contra Ius commune aliquid constitui licet, **i** Proptereaque si quis neget hoc vlli populo conceden- dū, eò quod Imperatori tantum de his le-

a c. cum ha- beret, in fi. de co qui dux.

b tot. tit. ad Orfic. & Ter- tull. & de bo- no. posses.

c l. 3. de pe. hæ. l. lege, 12. tabu. C. de le. hæ.

d §. natura, Aut. qui. mo. nat. sui.

e arg. l. nihil tam naturale de reg. iur.

f l. eius est nolle. l. ne- mo potest, de reg. iur.

g c. non de- bet, de confa. & aff.

h l. ius ciui- le, de iusti. & iu.

i Gl. l. nec ex prætorio, & l. neq; pignus. §. i. de reg. iu.

gem ferre, in priuilegium sit reſeruatum. Responderem id ſaltem illi ciuitati non prohibendum, quæ nullius ſubſit imperio, ſed proprijs viuat legib. & moribus, quales hodie multæ in Italia reperiuntur, cum in eorum iurisdictione Imperatori quo ad vniuerſum æquiparentur. *a* Vel fortaffè & is ea ratione conuinci poſſet, quòd hîc de vera non agimus natalium reſtitutione, quæ ſolius eſt Principis, ſed de bonis ipſis in alium transferendis, quæ ſtatuentium propria ſunt, non Imperatoris, *b* atque idcirco cuiſcunque populo hoc dici poſſe permittendum, cum ita ſtatuedo, ſpurios ipſos non veræ reſtituat ingenuitati, ſed facultatem quandam præbeat tantum, ob quam ad adeundas hæreditates æquè ac ceteri idonei exiſtimantur. *c* Non aduerſatur autè, quod de diuina conſtitutione eſt dictum, nam vt rectè docuit Paulus, *d* omnia ea per aliorum ſunt dicta, nec id Iuris diuini præceptum, vilo modo eſt intelligendū, ſed potiùs ex conſuetudine quadam ita ſe habuiſſe, *e* alioquin nec Principi ipſi vili ex illicito coitu natum liceret vnquã natalibus reſtituere, quod tamen falſum eſſe, nemo eſt qui nesciat. *f* Ea ſiquidem quæ veteri teſtamento traduntur, vt plerunque multis rerum inuolucris obteguntur,

a Bart. l. denique, in princ. de min. & in l. infamem, in fin. de pub. iu.

b l. an in totum. C. de ædif. priua. Bar. tol. l. i. §. 2. de rei vind.

c Bald. l. cum ceteros. C. de ſum. Trin. nu. 29. facit l. i. C. de ord. iudi.

d ad Gal. c. 4. *e* Card. Flo. c. per venerabili. qui ſil. leg.

f d. c. per venerab.

guntur, propterea nec fori controuerſijs valdè hodie inferuire ſolent, *a* nec & ſilege noua quandoque legantur repetita, vbi tamen alium ſub cortice ſenſum alunt, multum in his fidei vnquam habere crediderim. *b* Hoc ſanè manifeſtè apparet in his ipſis ſucceſſionibus, quarum alia ratio eo iure erat, *c* alia hodie obſeruetur. *d* Et quod ad connubia ſpectat, plures olim verè legitimi potuiſſent reſcenſeri, *e* quos tamen nunc exinceſto, aut ſtupro natos lex Pontificia interpretatur. *f* Ac riùs quidem vrget ſanctio Canon. quæ eos quocunque iure ſuccedere vetat. *g* Sed id mihi potiùs ex Iuris diuini interpretatione videtur reſponſum, *b* quod tamen non neceſſariò id probat, vt modò oſtendi. Vel cum hæreditatum & ſucceſſionum materia ad ius ciuile pertineat, *i* nescio quam authoritatè inter laicos verba illa obtinerent, Aut id non niſi in Pontificia iurisdictione ſeruabitur, *k* Aut Auguſtini dictū illud forſan poterit improbari, eò quòd in cauſis profanis terminandis, eius authoritas, ſicuti & aliorum ſanctorum, niſi in ſubſidium non recipiatur. *l* Non obſtat peccati ratio, à qua maxime debent ſtatuta abeſſe, quoniam cum & concubinatus, & quælibet fornicatio, hodiè Iure Canon. ob peccatum ſit reprobata,

a c. nos ſi incompetèter. §. his ita. 2. q. 7.

b Aret. l. 3. de teſt. 2. col. in fin.

c Num. 27.

d Iaſon l. qui ſe parris. C. vnd lib. n. 25.

e Leuit. c. 18. *f* ca. non debet. de conſa. & affi.

g c. 1. 35. q. 7. *h* ibi ver. intelligendum.

i c. ad ſedè. 35. q. 5.

k c. ſi duobus in fin. de appell.

l e. de libellis, cum Gl. in ſum. 20. diſt.

a ca. nero.
c. meretrices.
32. q. 4.
b Abb. c. tan-
ta. qui fil. leg.
nu. 12.

c c. fi. de præ-
fer. c. ex parte,
de consuet.
d Card. c. cõ-
stitutiones. 10
dist. Ripa. §. si
quis rogat. n.
50. & in l. si vn-
quam. C. de
reuo. do. n. 78
e l. si quis nec
cãm. si cer. p. 2.
f Abb. ca. iu-
per eo, de iur-
ris.
g l. non o-
mne. de statu
lib. c. nos con-
suetudinem.
12. dist. Paris.
c. in præsen-
tia, de proba.
nu. 47.
h ca. cum ha-
beret, in fi. de
eo qui dux. in
marr.

bata, *a* & tamen naturales filij, ac spurij
quidam, hodie quoque sicut olim succe-
dant, *b* non video cur sicuti hæc peccati
ratio, in horum successione tam ciuili
quàm Pontif. iure nõ attenditur, eam nos
pluris in Municipali statuto velimus esti-
mare: lex enim quotiens directò peccatū
inducit, vt quia malam fidem in præscri-
ptione approbet, aut adulteris impunita-
tem promittat, semper omninò explodē-
da est. *c* Ast vbi non præcipuè in fauorē
delinquentis lata est, sed super eo statuit,
quod legis est proprium, veluti de suc-
cessionibus, de tutelis, & similibus, licet
deinde & peccatum subsequi possit, lex
ipsa tamen valet, *d* quia ad id principa-
liter non tendit, & quod accessorium est,
non ita curari solet. *e* Sic videmus lice-
re quandoque ex causa necessaria ab ali-
quo pecuniã sub vsuris accipere, cum ta-
men ille qui fœnori dat, grauissimo se, ea
ex re, crimini obliget, *f* quod & multis
alijs exemplis facile esset declarare. *g* Mi-
nùs me mouet, quòd hoc libidinis & stu-
pri quoddam sit illicitum, cum enim hæc
ratio in filijs naturalibus & spurijs quo ad
matrem nõ consideretur, cur eam hinc po-
tius nos obseruemus? Cur non ita & eam
Iuris Pontif. partem, vbi de alimentis ille-
gitimis filijs deçernendis cauetur, *b* non
reci-

recipiendam dicimus, cum illa ratione
homines ad illicitos concubitus facilius
inuitari posse videantur? Sed quòdnam
potest esse illicitum, si non minùs paren-
tes adulterij, stupri, incestusue pœna pu-
nientur? *a* Nobis enim filios adiuuare tã-
tùm est propositum, non parentum lasciu-
iã indulgere. Plectantur illi aut solito,
aut etiam grauiore aliquo supplicio, non
immerètes filij huius sceleris pœnas per-
soluant. Atqui sequeretur, nullam pœnã
villo iure posse temperari, & tamen con-
stat etiam in atrocissima delicta, veluti ho-
micidium, mitius aliquando animaduer-
ti, atq; ita per statutum posse deçerni. *b*
Atq; ex hac ratione tolluntur omnia, quæ
de bonis moribus sunt obiecta, non enim
ideò prauis mores excitãtur, sed parentes
condigno exemplo mulctantur, filiorũq;
præcipuè in hoc statuto habetur ratio, nõ
parentũ. Immo & illud affirmare audeo,
optimis quãmaximè morib. hoc conue-
nire. Quid enim rectius est, quàm suos de-
lictã non egredi authores? *c* & cõtrã, quid
iniquius, quàm innoxios tanquã peccan-
tes puniri? *d* Nasci autem de adulterio,
nõ est eius culpa qui nascitur, sed eius qui
generat. *e* Vndecũq; enim quis nascatur,
dummodò virtutib. se dedat, nõ est ab a-
lijs contemnendus, *f* cum ex quocũq; se-
mine

a Ioã. Cal. d.
conf. 4. & Ri-
pa. §. si quis
rogatus. n. 50.

b Bart. l. pe.
§. ad crimen,
de publ. iud.
nu. 14. Alex. l.
1. quod quisq;
iur. nu. 13. fa-
cit Aut. bona
damnatorũ,
C. de bo. pro-
fer.

c l. sancim.
C. de pœnis.
d Aut. de in-
cest. nupt. in
prin.
e c. nasci. 56.
dist.
f c. nunquã.
c. dominus,
ead. dist.

a ca. sicut fa-
sius. 22. q. 4.

mine prodierimus Dei ipsius opus sumus,
4 Igitur nec indignum videri debet, sijs
æquè ac alijs filijs nostris, bona & hæredi-
tatem nostram communicemus.

AN SPURII INFAMIA
sint notati.

- 1 *Varia spuriorum crimina.*
- 2 *Ingressi eccl. Dei spurij non poterant.*
- 3 *Spurium dici, turpe videtur,*
- 4 *Spurij testimo. nec semiplenè probat,*
- 5 *Fratri competit querela inofficiosi, si spu-
rius aliquis instituatur.*
- 6 *Legitimitas abolet omnem maculam.*
- 7 *Spurij iure civili funguntur honoribus,
& dignitatibus.*
- 8 *Nasci illegitimè, crimen est patris, non
filij.*
- 9 *Spurij provocare possunt legitimè na-
tum, ad singulare certamen.*
- 10 *CHRISTVS ex adul. stipite profe-
ctus.*
- 11 *Salamo spurius, & alij sanctissimi viri.*
- 12 *Quinam spurij infames dici possint, &
qui non ita.*
- 13 *In spurijs non est nota delicti, sed aliud
quid.*
- 14 *Infamia facti qua.*

Habens

- 15 *Habens rem cum concubina aut mere-
trice, an infamis dicatur.*
- 16 *Spurij inferiores semper legitimè natis.*
- 17 *Spurius maior natu cedit via, & quo-
cunq; gradu, fratri suo legitimo, quã-
vis minori.*

C A P. L V.



Noleuit quædam opinio a-
pud plerosq; de illegitimis
filijs, vt eos turpes, infa-
mesq; personas censeant. *a*
Scriptum enim est in sacris
litteris, Adulterorū filij abominatio sunt
Deo, *b* & adulterinæ plantæ non dabūt
radices altas, nec stabilem sedem ponent.
c dixitq; Bonif. martyr, genus hoc nec
bello forte, nec fide cōstans, nec Dis ami-
cum esse, *d* quod & apertius Calix. Pon-
tif. comprobans: Nos, inquit, *e* sequen-
tes patres nostros, infamia eos notamus,
& infames esse cēsemus, quia infamię ma-
culis sunt aspersi, & quoniam eos vel de-
signare funestum est. *f* Reperimusq; hos
lege veteri, vsque in decimam generatio-
nē prohibitos ingredi ecclesiã Dei, *g* quo-
niam immundi censentur, vt Paulus do-
cuit. *h* Suntq; tam Mosaica, quàm Pon-
tif. ac ciuili lege omninò detestabiles. *i*

Vnde

a Azo in
sum. C. de in-
fam. Bal. l. in
bonz. C. de
iureiur. Alex.
l. 3. col. 2. de
lib. & post.
b Sapien. c. 3.
c Sapien. 4.

d c. si gens.
56. dist.
e c. coniu-
ctiones. 35. q.
2. c. cum mul-
ta. 15. q. 3.

f ca. de ince-
stis. 35. q. 2.

g Deut. c. 25.
h 1. ad Corin.
7. c. iam nūc.
28. q. 1.

i c. per vene-
rab. in ii. Qui
filij sint leg.

a ca. ficur. 32.
q. 4.

Vnde & August. ait, fatius esse sine liberis defungi, quàm ex illicito coitu stirpem quærere. *a* Ideoq; Plutarchus in libello, quem de liberis educandis scripsit, id potissimum parentibus præcipit, ne se vili- bus aut abiectis iungant mulieribus, qua- ³ les sunt meretrices aut pellices, eò quòd filijs ea ex re macula quædam adnasca- tur, quæ alijs carpendi causam plerunq; afferat, sed curandum maximè, vt generis sui parentes legitima iaciant fundamen- ta. Sic apud Sophoclem in *μαστιγοφόρω*, Menelaus Teucrum obiurgat, quòd cum Nothus esset, ea sibi putaret licere, quæ & ipsi legitimo. Hinc reprehendi solent ij, qui malunt se spurios alicuius potentis patris nominari, quàm legitimos filios al- terius priuati, hoc enim improbratum fuit Herculi, quòd se filium Iouis ex Alc- mena genitum prædicaret, vt inquit Oui- dius Metamorph. lib. 9.

Nam quòd te iactas Alcmena matre crea- tum,

Iupiter aut falsus pater est, aut crimine verus,

*Matris adulterio patrè petis, elige fictum
Esse Iouem malis, an te per dedecus or- tum.*

Hinc Pontif. Iure, dignitates ecclesiasticæ
illis

illis nunquam solent decerni, nisi prius eos Pontifex, aut qui id potest, legibus sol- uerit, *a* & si testes aliqua in causa omni- exceptione maiores requirantur, spurij attestatio idonea non erit, *b* cum nec se- ⁴ miplenè probet, *c* eademq; ratione testes duo in causa criminali, quorū alter spu- ⁵ rius esset, plenam fidem non facient. *d* Hinc etiã cum frater in officio sum id pos- sit testamentum dicere, in quo turpis per- sona est instituta, *e* si spurius aliquis à fratre fuerit hæres relictus, licebit fratri testamentum illud subuertere. *f* Immò & si spurius legitimatus, à fratre esset in- stitutus, adhuc querelæ locus erit, quo- ⁶ niam & post legitimorum iura impetra- ta facti infamia quædã ijs inhæret, *g* quæ sola licet leuissima ad expugnandū testa- mentum sufficit. *h* Hæc Doct. passim, af- firmantes, spurios viles, obscurosq; habe- ri, *i* quæ tamen vereor, ne illorum magis opinione, quàm certa vlla sint ratione re- cepta. Ego enim quo ad omnia contrariū semper sensi, tam de illegitimis, quàm de illis, qui iam natalibus sunt restituti. Im- mò de his quicquam ampliùs dubitare, ri- diculū mihi prorsus videtur, cū sciamus ⁶ Principis priuilegio quacuncq; maculam, si qua fortè inesset, semper aboleri, *k* no- uumq; velut hominem rursus gigni, ac ve-
rè le-

a c. fin. de fil. presb.

b Cur. l. ad- monendi, de Iure iur. co. 2. c. Marf. sing. 273.

d Nico. vbal. de succet. ab intest. 4. spe- cies.

e l. fratres. C. de inoff. test.

f Alex. l. ex facto, de vul- ga. nu. 21.

g Bal. l. gene- raliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. Alex. l. 3. de li- be. & post. nu. 7.

h d. l. fratres. i Alex. conf. 47. in 4. con- tra tamen Gramma. vo- to 4. nu. 22.

k l. 3. de nat. resti. l. Impe- rial. §. 1. vbi Bald. C. de nupt.

⁷
 a l. 2. in fi. de
 nat. rest. Bart.
 Iaf. l. si is qui
 pro emptore,
 nu. 227. Dec.
 conf. 366.

b l. spurij, de
 Decurion.

c Affliet. dec.
 195. in fin. Ca-
 pyc. decis. 22.
 nu. 7.

d l. 2. C. de
 dignit. lib. 12.
 c. infam. de
 reg. iur. in 6.

e l. crimen,
 de pœnis.

f c. nasci. 56.
 dist.

g Bald. c. testi-
 moniū, de te-
 sib.

h c. vndecun-
 que. 56. dist.

i c. nunquā.
 ead. dist.

k Alciat. in
 Duello. ca. 19.
 l. Paris. Put.
 de remil. lib.
 7. c. quod in
 pugnis digni-
 tas.

m c. dominus.
 56. dist. Abb. c.
 pervenerab. q.
 iii. leg. nu. 5.

rè legitimum, quemlibet ita restitutū cen-
 feri. *a* Quod verò ad spurios pertinet,
 cum ad dignitates Iure civili possint per-
 venire, expressa^q sit ratio, quoniam non
 est impedienda eius dignitas, qui nihil
 admisit, *b* crederem & hinc satis proba-
 ri, eos haudquaquā infames esse, *c* cum
 hi qui eiusmodi sunt, ab omnibus mu-
 neribus & honoribus soleant arceri. *d*
 Crimen paternum, Callistratus inquit,
 nullam maculam filio infligere potest, *e*
 sed id ipsum ex adulterio aut fornicatione
 nasci, non filij, sed parentis culpa est, *f* er-
 gò nulla filios inde sequetur infamia, cum
 illa proprio tantum, non alieno delicto
 contrahatur. *g* Homines siquidem vnde-
 cunq; prodierint, Dei æquè filij sunt, *h*
 nec natales ipsi quenquam vel minima vl-
 la in re valent polluere, vt Chrysofom.
 præclarè inquit, *i* vnde nec quis istorū sin-
 gulare certamen Iure potest detrectare, *k*
 cum tamen infames & sordidi ab ea mili-
 tia repellantur. *l* Tradunt diuus Hiero-
 nymus, & scriptores sacri, *m* C H R I-
 S T V M, quo nil maius diuinusue dici
 potest, ex adulterino stipite originem du-
 cere voluisse, vt inde ostenderet, quàm fal-
 leretur, quisquis tale hominū genus ceu
 vile & turpe auerteret, notantq; hi qui hi-
 storias ab origine mundi sunt exorsi, artes
 omnes

omnes & scientias ab huiusmodi sobole,
 à filijs scilicet Lamech fuisse inuentas, &
 ab eis subtiliora omnia, & vtiliora exco-
 gitata: Memoranturq; plures integerrime
 & sanctissimæ vitæ viri his & ipsi orti ini-
 tijs. Nam & Iephte inter sanctos Apostoli
 vocenumeratus, *a* meretricis fuit filius:
b & Albanus martyr ex incestu patris cū
 filianatus dicitur. Et Salomonem illum,
 quem sapiētissimum è cælo diuinitus de-
 missum omnes sunt admirati, multi cre-
 dunt illegitimum fuisse. Vt infinitos præ-
 teream, quos alibi commodiū referē-
 mus, quorum singularis prudētia & pro-
 bitas, apertè potuit nobis declarare, nil
 quenquam ex his natalibus magis aut ob-
 scurari, aut illustrari. Sed dicat aliquis,
 num sæpius expressum hoc habemus, in-
 famia eos quammaximè laborare, & Dis-
 infensos esse, vt suprà latiū retulimus?

¹² Ad hæc respondent quidam, *c* ea de spu-
 rijs tantum intelligenda esse, non verò de
 naturalibus, qui cum extra legis pœnam
 sint, *d* nulla etiam labe aspersi dici pos-
 sunt. Sicq; sentiunt hi, spurios quidem in-
 fames esse, naturales autem ab omni pla-
 nè macula esse seiunctos. Ego verò, cum
 quæstio nostra, de omnibus non legitimè
 natis, præcipueq; spurij sit, quos infames
 non esse, volumus probare, ad omnia su-

^a d. c. nasci.
 in fin.

^b Iudic. c. ix.

^c Iaf. conf. 71
 in 1. Cagn. l. r.
 de inof. testa.
 nu. 14. & in l.
 si qua. C. ad
 Orlic. nu. 8.
^d l. 3. de con-
 cub.

pradicta, & si qua huiusmodi reperiri possunt, longè aliter, & absq; vlla distinctione respondeo, quin nō ego, sed Gratianus potius, qui in libris Decretorum compilandis, vbi Canones aliquos obscuriores offenderet, egregiam etiam in ijs interpretandis operam nauauit. Eius autem hæc verba sunt, cū de spurijis loquitur, & suprā allegata refert decreta. Inquit e-

a in e. ce
nomanē-
sem, in fi.
56. dist.

b c. r. §. r.
ead. dist.

c ca. nisi
cū. §. per-
sonæ, de
renūciat.

d c. vnde-
cunq; 56.
dist.

» nim, a Quod legitur, adulterorum filij
» abominatio sunt Deo, hoc de filijs adulte-
» rorum intelligendum videtur, ad quos pa-
» terna flagitia, hæreditaria successione de-
» scendunt. Et alibi: b Sed hoc intelli-
» gendum est de illis, qui paternæ inconti-
» nentiæ imitatores fuerint. Eandem inter-
» pretationem secutus est & Innoc. III. cu-
» ius & hæc verba sunt: c Quod scriptum
» est, Ego sum Deus Zelotes, vindicans pec-
» cata patrum in filios vsq; in tertiā & quar-
» tam generationem, in his qui oderunt
» me, intelligitur, id est, in illis, qui contra
» me paternum odium imitantur. Vnde &
» Augustinus, d Vndecunque homines na-
» scantur, si parentum vitia non sectentur,
» honesti & salui erunt, semē enim ipsum.
» per se non quidem malum est, sed malēv-
» tētibus tantūm, graue & exitiosum. Qui-
» bus quidem ex locis constat, spurios eos
» tantūm à Iure notari, qui hæreditaria
qua-

quadam successione paternas sordes refe-
runt. Cæteros verò tales minimè cense-
ri, cū in initio quilibet natura bonus pro-
ducatur, a infamia verò bonitati repu-
gnat, b & consequenter naturali vniuf-
cuiusq; conditioni. c Quo fit, vt qui spu-
rius nascitur, ex se quidem infamis dici
non possit, quia natura quemlibet bonū
procreat, minùs quoque talem à patre no-
tam contrahere, quia crimen paternū nul-
lam maculam filio inurit, d ergo spurij
turpitudine nulla notati in initio intelligen-
tur, nisi proprijs deinde se flagitijs inqui-
nauerint, prout contraria argumenta re-
stantur, & quidam etiam ex nostris sen-
sisse videtur. e Nolim tamen idcirco exi-
stimet quispiā, hos à nobis omnib. quod
aiunt, numeris absolutos, perinde ac le-
gitimos censerī. Sat enim notum est,
Pontificio Iure non posse ad sacros or-
dines adscisci, nisi legibus soluti sint,
quoniam, vt Innoc. Pontif. ait, licet non
infirmitas nota delicti, deficit tamen in his
quiddam, ob quod ad sacra non ita facilè
queunt promoueri. f Sed id ego conten-
do, non ideò hos infames dicēdos, nec fa-
14 sti quidem infamia, quòd ea ex proprio
aliquo delicto oritur, g hi aliena labo-
rant culpa. h Illa cum primūm ignota est,

a Felin. c. du-
dam, de præ-
sum. nu. 14.
b Bart. l. r. de
infam.
c Barb. c. cum
deputati. de
iudic.

d l. crimen,
de pæn. iun-
cto ar. l. si is
qui. §. vtrum,
de reb. dub.

e Marf. sing.
275. ver. limi-
to tamen.

f c. accedēs.
de purg. can.
g l. cognitio-
nū. §. r. de va-
rijs, & extr.
crim. Bald. c.
testimonium,
de test.
h l. legem. Ca.
de nat. lib.

a Bal. d. c.
est.

b Fel. d. c. nu.

14. Bald. l. Caf

fius, de fenat.

nu. 9. Abb. ca.

cum te, de re

iudi. num. 9.

c l. imperia-

lis. §. 1. C. de

nupt. Dec. cō-

fi. 366. 377.

d Card. ca. 2.

56. dist.

e toto tit. ff.

& C. de infa-

f Capy. decif.

22. nu. 7.

g l. spurij, de

Decur.

h l. honores.

§. is qui, cod.

tit.

i Alc. c. 19. in

duello.

k Capy. sup.

15

l Dec. cōf. 530

Albe. l. pen. §.

iuris, de iust.

& iu.

m Gl. l. palā.

§. q̄ in. de rit.

nup. Tiraq. de

leg. cō. pag. 6.

infamia dici nequit, nec enim vnquam la-
tet, a horum plerunque natales, quales
sunt, ignorantur, cum tamen reuera spu-
rij sint. Ea rescripto Principis deleri haud
vnquam potest, b hi cum natalibus resti-
tuuntur, omnem prorsus eluunt labem,
efficiuntur siquidem non fictè, sed verè
& propriè legitimi. c Vel si eos indigno-
res fatear, id tantum Iure Pont. permittā,
quod indignitatibus conferendis, de per-
sonarum conditione vsque ad eò solici-
tum esse videtur. d Sed iure ciuili quis
id concedat? cum in infamium Catalogo
nuspiam numerentur, e nuspiam à testi-
monio ferendo repellantur, f & in De-
curionum ordinem allegantur, g ad què
Plebeijs non licet ascendere, h & ius pro-
uocandi habeant quemcunq; ad singulare
certamen, i & milites esse non prohibean-
tur, nec feudū acquirere, k què omnia tur-
pib. personis permitti nō solent. Quinim-
mò cum hoc iure is qui filiū ex cōcubina,
meretrice, aut ancilla procreat, nullam
ideò maculæ notā incurrat, nisi fortè vxo-
rē haberet, l quod & ipsum dubiū est. m
Cur volumus deinde tales liberos infa-
mes censerī, cum author eius coniunctio-
nis ab omni nota immunis sit. Nōne. n.
iniquum & absurdum satis esset, patrē ita
coēuntem nihil delinquere, paritū eum ta-
men

men criminofum esse, a & cum infamem
esse quædam sit pœna, eò quòd multa ei
interdicit, ad quæ cæteri possunt admitti.
b Quis dicat pœnā ibi esse, vbi nulla spu-
rij culpa præcessit. c Fateor id quidem, &
hoc iure nescio, quid in his desidera-
ri, cum non æquè ac alij legitimi ful-
geant, sed id non infamix aut turpitudini
vlli fuit adscribendum, quin naturæ po-
tius cuidam inclementiæ, quæ tales eos
produxerit, sicuti & de fœminis diximus,
quarum conditio multò est quàm mascu-
lorum deterior, d & potentiorum me-
lior quàm humiliorū. Non enim hoc vllor-
eorum crimine, notæue cōtingit, sed quòd
ita publici officij ratio exegit, vt inter ho-
minum gradus quidam honestiores, alij
inferiores haberentur. Id quoq; & in ille-
gitimis accidit, qui pari iure cum legiti-
mis quidem censerī nō possunt, sicuti nec
rustici cum ciuibus, plebeij cum patri-
tijs, iuniores cum senioribus sunt confe-
rendi, in quibus tamen nihil ideò turpi-
tudinis esse arguas. Hinc ad Decurionatū
spurij admitti non solent, si competitorē
habeant legitimo loco natum. e Hinc iu-
rumentum iusto potiùs testi, quàm notho
deferendum dicūt. f Sic vel leuis rumor
de alicuius spurij vita maiorem semper
suspitionē solet iniicere, quàm si illud idē
publicè

a Contra. ca.
principatus.

c. cum Paul.

1. q. 1

b Dyn. Anch.

c. infamib. de

reg. iur.

c c. non af-

feramus. 24.

q. 1. 1. si pœna.

de pœ.

d l. in multis

de sta. hom. 1.

2. de regu. iur.

e l. generali-

ter. §. spurios.

de Decur.

f Cur. l. admo-

nendi. au. 11.

¹⁷
a Ang. conf.
234.

publicè de aliquo legitimo prædicetur. ^a
Hinc etiam Baldus dixit, fratrem, mino-
rem legitimum, fratri maiori, quamuis
legitimato, esse præponendum, atq; hunc
illi vel in via, vel in mensa, aut quocunq;
alio in loco cedere debere. ^b Et generali-
ter, quoties spurius cum legitimo concur-
rat, æquis indicijs legitimorum causa po-
tior haberi solet.

b Bald. c. per
tuas. de ma-
io. & obe.

SPURII AN DIGNITATES

Iure civili adipisci, aut tabellionis
saltem munus possint
exercere.

- 1 *Tabellionis munus vile est.*
- 2 *Servi publici.*
- 3 *De notarijs, ut dicitur, ad banchum, &
alijs, quid inter se differant.*
- 4 *Iure civili possunt spurij dignitates obti-
nere.*
- 5 *Catulli carmen explicatum.*
- 6 *Pater patratus, & cur nemo pater pa-
tratus, qui non legitime natus. nu. 7.*
- 8 *Spurij Doct. iure creari possunt.*
- 9 *Spurij ad dignitates ex consuetudine lo-
corum admittendi*
- 10 *Constitutio Collegij Bonon. de non reci-
piendis spurijs.*
- 11 *Iason spurius, & à Mediolanen. Colle-
gio reiectus.*

C A P.

C A P. L V I.



X his quæ suprâ dicta sunt,
multæ possunt quæstiones
decidi, quæ Doctoribus al-
tercandi materiam præbe-
re solent. Alexander enim
cùm ex factò esset interro-
gatus, an illegitimis liceret in Tabellio-
num ordinem adscribi, apertè respondit,
eos tali munere indignos, ^a quoniã cùm
infames dicantur, dignitatem nullam, ni-
si magna ex necessitate, possunt obtinere,
^b notarij verò officium cùm publicum
sit, non debet talibus personis deferri. ^c
Contrà Gaspar Galderinus, qui ut spurio
rum causam tueretur, Tabellionis mu-
nus tantum à dignitate abesse dixit, ut vi-
^dle id potiùs officium haberetur, ^d eaq;
ratione Decuriones id conficere prohi-
berentur. ^e Hincq; videmus libertum
notarium esse posse, ^f cui tamen ad ho-
norem dignitatè mvevllã non licet ascen-
dere. ^g Hinc admonet Accursius advoca-
tos; ne huiusmodi munera fuscipiãt, ad eò
obscura & vilia, ^h cùm ob id servi publi-
ci dicantur, ⁱ nõ quia verè servi sint, sed
quia publicè instar sint servorum, ut &
² Oldradus dixit: ^k Quæ cùm ita sint, ni-
hil esse deinde cur spurijs hæc prohiberè-

a Alex. conf.
80. in 2. Marf.
sing. 273. verf.
vlt. circa, Rui.
conf. 35. in 4.
nu. 14.

b. l. generali-
ter. §. spurios,
de Decur.

c Bar. l. eadè.
ad l. Jul. repe.
d Gasp. Cald.
conf. 2. de fid.
instru.

e l. univ-
ersos. C. de De-
cur. lib. 10.

f l. si. C. de
ser. Reip. m. 3.
g l. i. C. ad l.
visce.

h Gl. d. l. uni-
versos.

i l. non ali-
ter. de adopt.

k Old. conf.

Z 4

a Ang. confi.
284.

tur Cald. dixit, cum munus hoc huiusmodi sit, ut dignitatem aut honoris gradum aliquem secum non habeat adiunctum in hancque sententiam pro spuris, & Angelus alacriter respondit, *a* Sed mihi prius quidem quam de quaestione loquar, id necessarium videtur declarare, nihil scilicet Alexandrum Calderino contrarium locutum esse, quamvis nemo eos non discrepantes prima facie iudicet, sed ut erat diversa eorum facti species, vario etiam modo utrunque super re proposita respondisse. Ille *b* in eum inuehitur notarium, qui cum spurius esset, id tamen obibat munus, quod publici secum nescio quod officij ducit, estque praecipuae in eo genere auctoritatis, quales ad banchum assumptos notarios vulgo aiunt. Hic *c* simpliciter de Notarij munere interrogatus, etiam illegitimis aptum esse respondit, quoties scilicet fines non excederet consuetos, & vulgarem Tabellionis tantum operam quis praestaret, quod quidem ab alio illo longe distat munere, ut egregie Bartolus adnotavit. *d* Sed si vera sunt, ut opinor, quae supra differuimus, *e* inde patere potest, omnes has tam Alexandri, quam Ang. & aliorum rationes esse superuacaneas, admittunt ij enim spurios infames haberi, indeque disputant, an Tabellionum mu-

b Alex. d. cofil. & Mar. d. fing. 273.

c Cal. d. confi.

d Barr. l. ead. ad l. Iul. repe. nu. 4. Dec. l. i. C. de mand. prin. nu. 32.
e cap. praece.

nus

nus possint sustinere. Ego autem cum eos Iure ciuili infames non esse docuerim, nihil etiam obstare video, cur non & officio hoc, quemadmodum & alijs dignitatibus possint defungi, praesertim cum alias ostenderit, illos Romanos ciues habitos fuisse. *a* Fallitur enim qui putat eos nisi ⁴ urgente necessitate Decuriones creati non posse, *b* cum immo regulam in contrarium Papinianus constituerit, *c* dixeritque & Vlpianus, nullam dubitationem esse, quin illis quicumque honores recte possint discerni, *d* quam deinde tamen limitauit idem Vlpianus, ut si eadem in dignitate competitorem habeat legitime quaesitum, ab eo excludantur. *e* Sed haec ipsa declaratio & limitatio manifeste probat, quibuscumque alijs casibus id illis licere, *f* simileque huic est, cum lex ait, certae conditionis homines in magistratibus Municipalibus alijs esse praefereandos, *g* aut in albo antiquiores primum, vel eos, qui amplioribus functi sint muneribus esse describendos. *h* Non enim ideo caeteri ut minimè idonei reijciuntur, sed inter multos, visum est his aliqua de causa primas deferre, cum tamen reuera omnes ij digni muneribus iudicarentur. *i* Alioquin si diceremus, ex causa tantum necessitatis, atque in subsidium, ut alij putant, spurios

a cap. 35.

b d. l. generaliter. §. spurios.
c l. spurij, de Decurion.

d d. §. spurios.

e d. §. spurios ver. sed si habeant.

f argu. per Dec. l. i. de regu. Iur. nu. 27

g l. ut gradatim. §. et si lege, de mun. & hon.

h l. i. de alb. scriben.

i Gl. d. §. spurios. ver. oportere.

Z 5

admit-

a d. l. spurius admitti, nōne malè sanè dixisset Vlpianus, a nullam de his dubitationem esse, cūm imò maxima tunc futura fuisset dubitatio? Nōne etiam malè eum paragra-
 b d §. vbi di- etio quoque, quæ iungit se- cundum ean- dem qualita- tem. Bart. l. la- beo, de pact. & l. si. quod ser. loc.
 dum erat? b Occurrit hoc loco, Catulli Poëtæ eruditissimi, carmen, quod mihi prætermittendum non videtur, eò quòd multos sanè eo deceptos scio, qui existi- marunt sensisse & illum, magistratus at- que honores publicos, illegitimè natis nō potuisse mandari. Inquit enim ad Hymenæum loquens :

*Quæ tuis careat sacris,
 Non queat dare Præsides
 Terra finibus, at queat
 Te volente, quis huic Deo
 Compararier ausit?*

Ex quibus verbis eliciunt multi, eum qui sine Hymenæo, id est, iustis nuptijs natus fuerit, Præsidem creari non potuisse, nec magistratum vllum obtinere. Ego verò tantum abest, vt id eum voluisse putem, quod vulgò creditur, vt hisce carminibus ipse magis in pristina sententia confirmet. Altior autem subest his sensus, quàm qui se prima fronte ostendit. Non enim ibi agit Poëta de quocunque magistratu, sed de eo tantum, qui Pater
 patra-

6 patrus, aut fœcialis dicebatur. Namque scimus patris patrati munus olim circa multa versatum fuisse, inter ceteraq; vt occupatos populi Rom. fines ab alijs gentibus, aut si quid aliud ab eis iniuste detinebatur, repeteret, alioquin eis bellum indiceret. Cuius moris meminerunt plures, Liuius, Alicarn. Lætus, & maximè Festella, a qui hac verborum formula
 a cap. 10.
 „ eos vsos esse scribit: Audi Iupiter, audite
 „ fines cuiuscūq; sint gentis, numina audiāt
 „ fas, ego sum publicus nuncius pop. Rom.
 „ piè iusteq; legatus venio, verbis meis fides
 „ fit. Iupiter, si ego iniuste, impieq; illos ho-
 „ mines, illasq; res dedier populo Romano,
 „ mihiq; exposco, tum patriæ compote
 „ me nunquam finas esse, &c. Præerant ergo hi custodiendis finibus pop. Romani, ob idq; dixit Poëta: Præsides dare finibus, intelligens de his tantum magistratibus, ad quos spurijs non poterant peruenire. Quòd si quis quærat, cur in his solum legitimi requirebantur natales, non sic in ceteris publicis dignitatibus. Hinc pendet profectò verus eorum carminum
 7 sensus. Quapropter sciendum est, neminem olim patrem patratum creari potuisse, nisi qui & patrem superstitem, & filios ex se iam natos haberet, quod multis de causis institutum fuisse refert Plutar-
 chus,

a in Problē. chus. *a* Ille igitur qui non legitimè natus erit, tale obtinere munus non poterat, quòd is patrem nō habebat, cū vulgò conceptus diceretur, *b* proptereaq; erant huic necessariæ parentum nuptiæ, vt doctissimus Poëta ait: Ex quo colligimus in cæteris magistratibus secus fuisse, cū hoc specialiter in ea tantū dignitate requireretur, quod & interpretem quendā subtiliter in illis carminibus adnotasse scio, *c* quem nec sua in hac re laude volui defraudare. His ergo & magis adducor vt credam, spurijs cæteros honorum gradus non fuisse interdictos.

Sanè Aristot. in Polit. hos à Reipub. administratione submouisse non legimus, videmusq; in historijs quāplures huiusmodi, ad maximas & clarissimas dignitates peruenisse, Regnaruntq; & nostra & patrum nostrorum memoria multi verè Nothi, magni tamen nominis Principes, à nobis suo loco infra fortè nominandi. Quod igitur ad omnes spectat dignitates, quamuis id communiter receptum sit, eas illegitimis Iure ciuili haud posse conferri, eademq; ratione dicatur Doctores eos absque speciali priuilegio de Iure non licere creari, *d* quòd & dignitas hæc fit, *e* cuius illi expertes sunt. *f* Ego tamen cōtrarium prorsus assero, tum quòd nihil

b l. vulgò, de sta. hom.

d Card. in procem. Clē. col. 2.

e Barr. proce. C. 5. r. nu. 10. Dec. conf. 161. **f** l. honor. 5. de honorib. de mu. & hon.

nihil in ijs animaduerto, cur non ad quēlibet possint euehi honoris gradum, tum quòd illud & legibus nostris apertè decusum puto. *a* Sic hodiè passim spurijs omnibus Doctorum insignia concedi videmus, quod quamuis ex consuetudine sola introductum aliqui sentiant, *b* ego tamen nedū consuetudine, sed & Iure multū antè cautum credo, quod consuetudo deinde semper approbavit, quæ optima dicitur legum interpret. *c* Id quidē fateor hodie certam in hac re regulam tradi non posse, sintne illegitimi dignitatum capaces, aut minùs, cū secundum varios locorum mores nunc omnibus muneribus indigni, nunc ad omnia idonei iudicentur. Scimus autem in his consuetudinem præcipuè esse spectandam, *d* & secundum eam vniuscuiusque conditionē esse dijudicandā. *e* Nam vt & infra de nobilitate latius dicemus, vna est locorum cōsuetudo, quæ claros ab obscuris discernit viris, & dignitates ac munera idoneis distribuit ciuibus, cui semper in qualibet materia hærendum est. *f* Atque ideò, si hoc in terris ecclesiæ, aut alijs multis Christiani nominis regnis disputem⁹, dubium nō est, & spurijs quamlibet ferè dignitatem deferri posse. Sin alibi, tunc secundum illius ciuitatis instituta, mores, aliter

a d. l. spurijs, d. 5. spurijs.

b Fel. c. quanto. de magist. nu. 2. Alex. in l. addit. l. r. C. de dig. lib. 12.

c l. si de interpretatione, de legib.

d l. fin. in prin. de mun. & hon.

e Imol. c. de multa. in fin. de præbend.

f Bart. l. r. C. de dignit. co. pen. lib. 12.

aliter fortassè res erit decidenda. Namq; & in hac vrbe nostra, cùm multis in rebus spurij à legitimis parùm differre videantur, vna tamen in dignitate valdè hos ab illis secernimus. Extat enim penes Doctorum collegium vetus constitutio, ne quis ex iniustis natus nuptijs, vllò vnquam tempore in illud possit cooptari, quam legem multi violari sæpiùs quidem frustrà sunt conati. Idemq; & Mediolani audio ita fuisse obseruatum, vt nec Iasonè quidem virum Iuriscultorum peritissimum, & cui Iuris professores plurimùm semper debeant, vllò ea in re priuilegio fuerint profecuti. Dicunt aliqui id Iustini exemplo factum, qui cùm ad libros Digestorù compilandos, permultos eruditos viros adhibuisset, laudat inter eos inprimis Anatolium quendam, quòd ab antiqua legitima stirpe genus duceret.

^a Sed ego id obiter potiùs dictum fuisse credo, vt cùm alios alijs in rebus extolleret, huius etiam nobilitatem, & sanguinis claritatem ita commédaret. Summoperè tamen constitutionem nostram laudandam censeo, atque perpetuò dignam obseruari. Ac de ciuilibus muneribus satis.

^a l. 2. §. quæ omnia. C. de vet. iu. enac.

IVRE

IVRE PONTIF. AN VLLA munera illegitimè natis deferantur.

- 1 *Curius Can. difficilios illegitimos ad dignitates admittat, quàm ius ciuile.*
- 2 *Iure diuino ab honoribus spurij non repelluntur.*
- 3 *Alciati error.*
- 4 *Spurius monasterium ingressus, an verè legitimus censeatur.*
- 5 *Inrescripto Pontif. intelligitur clausula, si legitimè natus sit.*
- 6 *Quando episcopus cum spurij dispenset, quando Pontifex.*
- 7 *Spurius ex dispensatione Pontif. potest creari Card. & Pontifex.*

C A P. L V I I.



Dicamus nunc de alijs muneribus quæ sola Pontificis, aut sacrorù Antistitum auctoritate deferuntur, hæc enim à ciuilib. longè differunt, legitimosq; omninò cuiusq; exposcunt natales, ^a quod & haud dubiù erit sanè argumentum, Iure ciuili spurios à dignitatibus non reijci, proptereà quòd

^a c. fin. de fil. presby.

quod secus in ecclesiasticis specialiter fuerit constitutum. *a* An verò id ita factum censemus, ob dignitatis eius prærogatiuam, *b* ob quã & ij qui nihil deliquerunt, à tali munere plerunque remouentur? *c* An quòd eorum natales paulò sint debiliores? *d* Clericorum verò fama in nulla re prorsus debet vacillare? *e* An quòd dignitates hæ aliorum magis, quàm propria causa concedantur? *f* paternæq; adhuc in his incontinentiæ crimè veremur?

g Vndecunque sanè id institutum sit, hoc literis quidem nonnulli tradidere, *b* Iure tantum humano seu Pont. hoc ita cautum, nec sacris literis vsquam talem illegitimis legem constitutam reperiri, quod tamen ego in præsentì non disputo, cum hodiè Iure nouo satis hoc clarum sit. Mihi autem id mirum magis est, Alciatũ virum adeò Iuris scientia præstantè, ita hac in re lapsum esse, vt existimarit, spurios ad quascunque dignitates Iure Pontificio, excepta Episcopali, posse reuocari. *i* Aut enim de ijs sensit, qui iam natalibus restituti sunt, & dubium non est, eis quemcunque vel amplissimum honoris gradũ tunc posse deferri, nedum minores, vt ita dicam, Pontifices creari. *k* Aut verò de ijs locutus est, quibus illa nondum spuriorum labes exempta est, sed verè Nothi adhuc

a Abb.c.1.de
fil.presb.nu.3
Archi.c.1. eo.
in 6. in princ.
b Gl.ca.2.co.
in 6.
c c.pen.fi.26
diff.
d c.accedens
de purg.Can.
e ca.laici.33.
diff.

f Card.c.2.56
diff.
g c.literas.
de fil.presby.
h Io.Lup. in
tract.de matr.
& leg.col.an-
repen.

i Alci. parer.
10.c.8.

k c. pervene
ra.1.col. q fil.
legir.c. fin. &
per 10.56. diff.

adhuc permanent. Et tunc nihil vulgari-
us est, quàm illos nullo munere aut or-
dine dignos haberi, nisi antea legibus so-
luti sint, *a* quod quandoque ipsi spontè
quidem possunt obtinere, quandoque nõ
nisi à summo Pont. queunt impetrare, nõ
nunquam & episcopus super his veniam
4 dare permissum est. Ecce etenim, si illegi-
timus quispiam religionem incipiat pro-
fiteri, monasticumq; cultũ sequi, dicitur
is statim vitam suam omnem penitus in-
nouasse, talisq; eo ipso effectus, vt iam sa-
cris quibuscunque ordinibus rectè possit
initiari. *b* Aboletur siquidem omnis ili-
cò macula, si qua ante fortè fuerat conce-
pta, *c* exemplo ferè nataliũ restitutionis,
d quod tamè in ea re tantum intelligendũ
est, vt quis sacros ordines liberè possit a-
dipisci. At quod ad dignitates spectat, aut
grauiora quædam munera, is qui spurius
natus est, licet dein Monasterium ingres-
sus fuerit, hæc tamè tam in propria, quàm
aliena ecclesia exercere haud spontè po-
test, *e* ita vt nec Abbas in vlla monacho-
rum familia etiã eligi ab his queat, absq;
summa Pontificis indulgentia. *f* Quòd si
quis nulli se religioni addixerit, sed No-
thus adhuc verè viuat, is ab omni quidem
sacerdotij spe, suapte, vt ita dicam, natura
exclusus videtur, cum receptum vix sit, vt

a c.1.2. de fil.
presb. in 6. c.
cum in cun-
ctis, ca. inno-
tuit, de elec.
c. accedens,
de purg. can.
& 10. ti. de fil.
presby.

b c.1.56. diff.

c Aut. de Mo-
nach. in prin.
d Bal. in lect.
1.1. c. de sa-
cro. eccl. n.25

e Abb.c.1. in
fi. de fil. presb.
Gl.c. fi. co. ti.
f Fel. c. meni-
mus, de ac-
cusat. num.6.

a dicemus
cap. seq.

b Bald. l. ne-
que, in fin. C.
de prob.

c Gl. c. inno-
tuit. ver. per-
missum, de
elect.

d Gigas. tra-
cta. de pens.
q. 16.

e Gomef. in
Re. de an. pos.
q. 21. Gigas
suprà.

f cap. i. de fil.
presb. in 6.

g Abb. c. fin.
de fil. presby.
Fran. c. i. eod.
in 6. col. 2.

h c. fin. de fil.
presb. & c. i.
in 6.

i arg. c. rali.
c. exigunt. l.
q. 7.

plex tantum Ius patronatus possit obti-
nere. *a* Hincq; fit, vt si alicui certum de-
cerni sacerdotium rescripto Pont. mande-
tur, id ita semper intelligi solet, si ex iustis
ortus sit natalibus, *b* quoniam ad hæca-
liàs ij admitti rectè non solent, sed tantum
postulari. *c* Sic quoq; nec pensionis eccle-
siasticæ capaces censeri quidam tradidere,
d nisi eis stipendij loco ea sit constituta, *e*
quod nos infrà agemus.

Licet tamen summo Pont. quando que
& Episc. secundum varia causarum genera,
horum illos munerū compotes reddere,
veluti cum quis ad simplex tantum sacer-
dotium, aut minores ordines cupit pro-
moueri, hoc enim ei & ab Episcopo con-
cedi potest, *f* nisi paucis casibus Pontifici
reseruat, quos Iuris interpretes adnota-
runt. *g* Cum verò sacerdotium aliquod
grauis, quod secum animarum curandū
onus ducit, aut sacrosanctos ordines, aut
ecclesiasticas quasdam dignitates sibi de-
ferri petunt, in ijs solum summum Pont.
adire necesse est. *h* Nisi fortassè quosdam
casus proponas, in quibus ex iusta & ne-
cessaria causa, etiam Episcopis, super ijs
quandoq; indulgere datur, *i* traditum e-
nim est, quæcunq; beneficia, quæ duplicia
Doct. appellant, vsq; ad Episcopatus titulū
ab ijs posse, cum summa aliqua ratio
postu-

postulat, in illegitimum conferri. *a* Quòd
si de aliquibus in Episcopos promouēdis
agas, tunc constat eos, qui illegitimi nati
sunt, à summo tantum Pontif. legib. solui
posse, vt ad eam dignitatem obtinendam
idonei iudicētur, *b* eò quòd hic summus
sit honoris gradus, qui meritò ab eo tan-
tum debuit proficisci. *c* Certi etiam id iu-
ris est, solere ipsum Pont. illegitimos taci-
tè ad hæc munera plerunq; (vt aiunt) dis-
pensare, cum scilicet sciens illorū natales,
eos tamē simpliciter ad huiusmodi euexe-
rit dignitatum culmina. Quis enim non
dicat eo ipso, omnia illis à Principe con-
cessa, quæ illos antea à tali munere ob-
eundo reijciebant? *d* In eo tamen erit ani-
maduertendum, quòd si vel talem digni-
tatem, vel ampliores etiam aliquos gra-
dus, alicui adipiscendi præbeat facultatē,
necesse erit hæc omnia illius Diplomate
specialiter exprimi, veluti si ad purpurei
cardinis apicem eum voluerit posse voca-
ri, aut Pontificem creari. Cum enim hæc
materia strictè interpretanda sit, non suf-
ficeret de quacunque dignitate generali-
ter mentionem fecisse, nisi hæc ipsa mu-
nera, quæ cæteris insigniora videntur,
particulāri aliquo nomine significaren-
tur. *e* Tunc igitur tantum rectè Episcopi,
Cardinales, Pontifices etiam eligentur,

a 2 tam-

a Host. in
sum. de fil.
presb. in fin.
Fran. c. i. de
ata. & qual.
in 6. num. 4.

b Gl. ca. cum
dilectus, de
elec. vbi Abb.
col. pen.

c Hostien. in
sum. de ata. &
qual. §. ordo.
& de fil. pres-
by. in fin.

d Bal. l. impe-
rialis. §. i. C.
de nupt. arg.
l. quidam co-
sulebant, de
re iudic. Pari.
conf. 44. in 4.

e Fran. c. i. de
fil. presby. in
6. 4. Nota Ber-
nach. tract. de
Episc. lib. 2.
ver. 46.

a c. Osius. 56.
dist. cum Glo.
in c. Cenoma-
nentem. ver.
fornicatione
ead. dist.

tametsi ex illegitimo nati sunt quocunq; matrimonio, vt multis exemplis in Decretis relatum est. *a* Vnde nec multum abest, cum vidimus & nos quendam huiusmodi genere totius Ecclesie gubernacula tenentem. Nec desunt adhuc aliqui talibus editi natalibus, qui in sacrum Episcoporum Collegium & Cardinalium etiam quandoq; adleguntur.

AN ILLEGITIMI PEN-
siones ecclesiasticas, aut ius patronatus possint obtinere.

- 1 *Onera sacerdotiorum qua.*
- 2 *Pensio quid sit.*
- 3 *Prohibitus sui odio aliquid habere, intelligitur tantum quo ad lucrum.*
- 4 *Pensio laicis conceditur.*
- 5 *Cur ab Ecclesia ministerio, illegitimi repellantur.*
- 6 *Sacerdotia obtinere honos est.*
- 7 *Pensionum plura genera.*
- 8 *Spurij habere possunt in spatio. & Hospitalia administrare.*

CAP. LVIII.

N V N.



Vnquid verò, certa annua pensio, ex sacerdotij alicuius proventu, ei qui non legitime natus sit, poterit decerni? Et non videretur.

a Nam cum huiusmodi sacerdotijs varia onera sint adiuncta, veluti vt is qui illis præest, diuina celebrare, *b* gregem sibi commissum custodire, apud eum perpetuo commorari teneatur, *c* & alia quædam. *d* Idcirco & emolumenta omnia ad eum tantum spectare æquum esset, qui oneribus illis inseruit, veluti fructus rerum, redditus, pensiones, & si qua similia, *e* vt labor ille, hoc decentis lucri solatio subleuetur, cum & vulgo dicatur, propter officium, concedi beneficium, *f* & qui altari seruit, de altari viuere debet. *g* Cum ergo propter onera, talia quoque emolumenta ex his ecclesiasticis titulis percipiuntur, consequens etiam videtur, eos qui talia onera iure nequeunt sustinere, hos nec commoda etiam vlla ex ijs posse sperare. *h* Sed huiusmodi sunt illegitime nati, qui ad nullos sacros ordines euehi, nullis in ecclesia officijs defungi possunt, *i* ergo nec pensiones, quæ sunt fructus & commoda sacerdotiorum, ijs erunt vnquam concedendæ. Clarum enim est, pensionem ni-

a Gigas, in tract. penl. q. 16.

b c. si canonicus, de off. ord. di. in 6 Fel. c. postulasti, de rescri. nu. 33. c. 3. 4. & 10. tit. de cler. nō resid.

d 40. Dist. cū seq. & de off. archidi. archi presby.

e c. cum secū dum, de præben.

f c. fin. de rescrip. in 6.

g c. ex his. 12. q. 1. c. extirpā dx, de præbē.

h c. eos. 81. dist.

i c. innotuit, de elect. & c. ti. de n. presb. & an. co. in 6.

hil aliud esse, quàm meram beneficij cō-
moditatem, vt ex eius diffinitione colli-
gitur à Doctoribus tradita. *a* Porrò val-
dè absurdum esset, cùm ab oneribus sacer-
dotiorum, ab ordinibus, atque alijs
ecclesiasticis curis, illegitimi arceantur,
b eos deinde ad ea quæ solùm vtilia
& lucrosa sunt, admittere? *c* Sic enim
melioris conditionis essent illegitimi,
quàm legitimi, cùm illi duntaxat commo-
dis frui, hi & incommoda sustinere ple-
runque cogantur. Et tamen nunquam
luxus castitate potior habendus est. *d* Ex
his ergo satis concludi videtur, illegiti-
mos nisi legibus soluantur, pensionum
capaces non esse, cùm ad sacros ordines,
& ea quæ secum oneris, aut sollicitudinis
aliquid adiunctum habent, nisi eisdem le-
gibus soluantur, admitti non possint. *e*
Quinimò cùm in pœnam illegitimorum,
& odium paternæ incontinentiæ id statu-
tum sit, ne ecclesiasticis vllis se immisceãt
muneribus, *f* non deberet hoc immuni-
tatem ijs ab oneribus dare, sed tantùm à
commodis omnibus eos repellere, *g* cùm
hæc iuris regula sit. Vbi certo munere a-
licui, suomet delicto, aut odio interdi-
citur, commodis eum omnibus, non in-
commodis priuari. *h* Quominus ergò
i hi tales pensiones, quæ emolumen-
tum

a in Cle. 1. §.
ca. de supplē.
neg. prel. Cac-
cial. in tract.
pens. in prin.

b d. tit. de fil.
presb.

c contra d. c.
cùm secundū,
de presb. & l.
secundum na-
turam, de re-
gu. iuris.

d Aut. de re-
stit. & ea quæ
par. §. 1.

e c. 1. §. 6. dist.

f c. literas, de
fil. presb. ca. si
gens. §. 6. dist.

g l. relegato-
rum. §. si. cum

l. seq. de in-
terd. & releg.

h l. si quis so-
lidus, de he. in-
sti. l. as. rub. de

iust. & iur. nu.
18. 19.

tum tantùm afferunt, consequi posse de-
bebunt?!

Contrarium tamen sensit Gomefius, *a*
non mediocri vir eruditionis, & ratione,
vt mihi videtur, optima. Pensio enim ni-
hil spirituale secum habet, *b* sed veluti
profanum quid censetur, vnde etiam lai-
cis concedi potest, *c* licetq; tanquam vsu-
fructus à proprietate pendeat ecclesiastici
beneficij, vt in diffinitione pensionis dici-
tur, *d* diuersa est tamen omninò à bene-
ficio, vt omnes aiunt. *e* Verùm cùm ille
legitimi, omnia quæ spiritualia nō sunt, re-
ctè capere possint, præterquàm si à patre
proficiscantur, *f* cur non etiam & pen-
sionem, quæ merè profana est, possint ob-
tinere? Nec enim quicquam refert, quòd
ex beneficio pētio excipiat, nam & fru-
ctus cæteri, qui ex beneficio proueniunt,
nemo sanè negabit eos illegitimis vendi
aut donari posse, cùm etiam eisdem, pie-
tatis & eleemosynæ causa, multa à patre
testamenti executore tradi possint, si illi
his rebus indigeant, vt alibi à nobis dictū
est, *g* quæ tamen religionis tantùm cau-
sa relicta, & ad spiritualium speciem ac-
cedere videntur. *h* Nec etiam id conse-
quens est, vt pensiones illegitimis interdi-
cantur, quia & sacerdotia nequeant obti-
nere. Hic enim interdictionis cessat ratio,

a in reg. de
ann. pos. q. 21

b Abb. ca. ad
audientiam.

1. de resc. in 1.
Nota.

c Arch. c. quā
uis. 1. de præ-
ben. in. 6. col.

2. Giga in
trac. pēf. q. 21.

Caccial. q. 13.

d Car. in Cle-
men. de supp.

neg. prel. Cac-
cial. in princ.
tract.

e c. quamuis.
1. de resc. in

6. vbi Fran. 2.
Nota. & Abb.

f c. ad audien-
tiam. 1. Nota.

& Fel. de resc.
1. Alex. l. 6. vl

ti. Notab. de
vulg. & pup.

g cap. 44.

h Bart. Cas. l.
si quis Titio,
de leg. 2.

a ca. propo-
fuiti. 82. dist.

b c. literas,
de fil. presb.

c ca. conjun-
ctioes. 35. q.
2.

siquidem prohibitum est illegitimis, in ecclesia Dei ministrare, aliave sacra munera exercere, quod eos qui templis Deorum assistunt, sacrisque oblationibus dant operam, oportet continentes imprimis esse, & puros, & omnilabe purgatos. *a* At illegitimos, non credit lex continentes futuros, *b* aut omnino innoxios, *c* unde ab ecclesiae etiam eos servitio atque ordine reiecit. Quod verò idcirco ab ecclesia, caetera quae profana sunt, percipere non valeant, aut pietatis intuitu, aut in laborum, meritorumve suorum compensatione, aut quacunque alia ratione, hoc minimè his prohibitum legimus, cum nec vlla id ratio possit persuadere, Non sequitur autem, melioris idè conditionis esse illegitimos, quam legitimè natos, ut supra argumentabamur. Namque legitimi quidem ipsi & pensiones capere possunt, prout illegitimi, sed hi praeterea, & sacerdotia obtinere, ecclesiasticis titulis decorari, & Deo ipsi valent ministrare, quae omnia & honorificentissima sunt, & ijs tantum digna deferri, qui insignibus admodum meritis emineant, *d* ad quae tamen cum illegitimi nequeant aspirare, hinc satis patet, illos in hac re deterius potius conditionis esse, cum inter honestos, honestis in locis adnotari, pra-

d 40. dist. &
41. 42.

praclarum sit, repellitur, *a* & satis hoc Canones ubique testentur, eos ob natalium turpitudinem, vitaeque indignitatem à talibus muneribus arceri, *b* non quod vllam hac in re praerogativam praeter ceteris fuerint consecuti. Ex his infero, quod cum pensionum plura sint genera, *c* alia quidem quae simpliciter super fructibus alicuius beneficii ecclesiastici constitui solent, prout quotidie fit. Alia verò, quae in titulum, vel pro titulo sacerdotij, alicui decernuntur, *d* Si de prioribus loquamur, concludo omnino cum Gomesio, illegitimos eas posse obrinere, quia nihil spirituale sapiunt, quales sunt omnes ferè quae hodie super beneficijs reservantur. *e* Sin verò de alijs tunc contradicerem, quia pro beneficio habentur, & beneficii nomine continentur, *f* cum tunc pro re maximè spirituali sint constitutae, scilicet in titulum sacerdotij, & ita argumenta Gigantis secundum haec intelligi possent.

8 Sed quid de iure patronatus dicemus, an ne & illegitimis illud permittemus? Et negandum videretur, cum annexum sit rei spirituali, *g* cuius illegitimi capaces non sunt ut modo dicebamus. Verum cum favore ecclesiae, diuiniq; cultus, laici quoque ad id admittantur, sunt qui di-

a s cant

a l. 4. C. de
specta. lib. 10.

b c. accedens,
de pur. can. &
tit. de fil. presb.
& c. si ges.
56. dist.

c Gigas in
tract. pens.
q. 3.

d Fel. c. postu-
lanti, de rescr.
nu. 38.

e Caccial. q.
ultima. num.
10. 11. Gigas q.
3. in fin.

f Fel. c. ad au-
dientiam, de
rescr. nu. 13.

Gemin. d. ca.
quamuis. Gi-
gas. q. 1. Car.
d. Clem. 1.

g c. quanto,
de iudicijs.

^a Roch. de
Cur. in tract.
ins patro. ver.
competens.
q. 2.
^b Lamber. in
trac. de iu. pa-
tro. lib. 1. pag.
129.

^c Pet. Vbald.
tract. de cano.
episc. & paro.
pag. 193. nu. 4

cant etiam illegitimis non interdicendū,
vt copiosè Curtius in tractatu suo dispu-
tauit. ^a Alij tamen variè in hac re distin-
guunt, ^b quæ materia, quoniam apud
eos vberrimè tractata reperitur, ideò sa-
tis esse in præsentī putamus, lectorem ad
eorum commentarios reiecisse. Sanè &
Hospitalium administratio, illegitimis fi-
cut & laicis mandari potest, dum sacrorū
eis cura non immineat, ipsiq; benè insti-
tuti, ac honestæ vitæ habeantur. ^c

AN ILLEGITIMI DICAN- tur de Familia patris.

- 1 *Nomina alia ciuilia, alia naturalia.*
- 2 *Bart. in nomine familia declarando va-
rius.*
- 3 *Spurij de familia dici propriè non pos-
sunt, & quare, num. 5.*
- 4 *Familie nomen quomodo ad agnatos &
cognatos hodie pertineat.*
- 5 *Familie nomen varijs modis sumitur.*

C A P. L I X.



Quoniam leges iniustos fi-
lios à patris successione re-
pellunt, ac veluti alienos
ducunt homines, videtur
etiam plerisq; vt quemad-
modum

modum re filij non existimantur, ita nec
gentilitatis aut familiæ ius vllum à patre
retineant. Ideòque vbi lex paternæ fa-
miliæ fecerit mentionem, de his nunquā
fit intelligendum. ^a Interpretes alij, vt in
præcedentibus quoque aliàs dictum est,
præsentem materiam spectandam volue-
runt, odiosa ne an fauorabilis esset. ^b A-
lij rationem legis perpendendam, vbi de
familia loqueretur, ne quandoque plus
lasciuia & petulantia, quàm matrimo-
nio tribueremus. ^c Bartolus autem di-
stinxit in hac & similibus quæstionib. in-
ter ciuilia nomina & naturalia, ^d voluit. n.
si lex ciuili vteretur nomine, veluti agna-
tionis, gentilitatis, tunc illegitimos mini-
mè comprehēdi: fin naturali, veluti filios,
patrē, aut ius sanguinis nominasset, tūc &
ad illegitimos hæc omnia rectè referri, eò
quòd in illis non ciuilia quidem, sed natu-
ralia tamen iura vt in cæteris inessent. ^e
² Hoc ipsum verò familiæ vocabulū esset-
ne ciuile an naturale, varius in hac re sanè
deinde fuisse videtur, cū eo nomine quan-
doq; illegitimos cōtineri, iusq; sanguinis
potiùs demonstrari, ^f quandoq; nomen
id iuris esse contenderit, ^g & veris legiti-
misq; agnatis tantum conuenire. ^h Mihi
autē antequàm meam de prædicta distin-
ctione sententiam proferā, id nunc osten-
dere

^a Bal. l. liber-
tinum. C. de
inter. matr.
& c. innotuit,
de elect.

^b Imol. §. si
quis rogatus.
col. 6.

^c Alex. d. §. si
quis rogatus.
nu. 52.

^d Bart. l. turc-
las, de ca. di-
mi. facit l. iu-
risconsultus.
§. 1. de grad.
aff.

^e l. hos accu-
sare. §. pen. de
accus. & §. vul-
go. Inst. de
succ. cogn.

^f l. pronun-
ciatio, in fin.
de verb. sign.

^g in d. l. tute-
las.
^h in l. fin. C.
de verb. sign.

dere in animo est familiæ nomine, secundum verborum proprietatem spurios nunquam posse censerī. Cùm enim id vocabulum (accipiendo illud pro agnatione, quæ magis propria eius videtur significatio, ut Docto. aiunt. *a*) eos tantum soleat complecti, qui ab eodem fonte oriundi, sub vnius omnes quandoque potestate fuerunt. *b* Quis velit illegitimos paternæ familiæ dicere, cùm hi nec patriam potestatem vnquam sint experti, illorumque origo eo tantum die incipiat, quo editi ipsi sunt? *c* Etenim qui id nomen sibi commune esse volunt, necessarium est ab eo ducant originem, qui talis familiæ vocabatur. *d* Sed hi non patris originem, aut conditionem sequuntur vllam, *e* ergò nec in patris familia vnquam poterunt numerari. Et si diceres, contra hæc extare hodie Iustiniani constitutionem, *f* qui voluit familiæ significationem, non tantum ad agnatos, sed & cognatos pertinere, eaque ratione rectè & illegitimos venire posse, quòd scilicet in ijs, cognationis saltem iura spectentur, ut Bartolus met tradidit. *g* Respondendum esset, Iustinianum id ita ibi constituisse, quòd cùm agnatorum cognatorumque differentia sublata esset, familiæ quoque nomen hac in re commune vtrisque esse voluit. *h* Sed cùm

a Bart. d. l. fi. C. de ver. sig. Alex. d. §. si quis rogatus. nu. 52.

b l. pronunciatio. §. 2. & §. communi, de verb. sig.

c l. eius qui, ad Municip.

d arg. l. ius sepulchri, cū Gl. C. de reli. & d. l. pronunciatio. §. communi, & §. fi.

e l. cur legitime, de sta. hom.

f l. fin. C. de verb. sign.

g in d. l. pronunciatio, in fin.

h Alciat. d. l. pronunciatio veri agnator.

cùm spurij, quo ad succedendum nec agnatis nec cognatis similes sint, cùm differentia illa inter adnatos sublata, ad spurios non pertineat, *a* meritò nec de istis Iustiniani verba accipi poterunt. Quin nec in alia quoque materia talem significationem *b* admittendam dicerem, vbi aliter se communis vsus loquendi haberet, prout hodie multis in locis seruari animaduertimus, sicuti Bartolus declarauit. *c* Erit igitur, cùm familiæ fit mentio, rei imprimis, de qua agitur, ratio habenda: cùm secundum varias causas, diuersis etiam modis id familiæ nomen sumatur, & quandoque ad res, quandoque ad personas referatur, & familiam seruorum dicamus. & familiam prætoriam, quæ omnia diuersa sunt, ut eleganter ab Vlpiano traditum est. *d* Nostamen hinc familiam agnatorum tantum accipimus, spuriosque ita nullius familiæ verè censendos dicimus, non patris, quòd ab eo alieni habentur, *e* non matris, quòd mulier familiæ suæ caput sit & finis, *f* tametsi originem inde suam ipsi ducant. *g* Quæ tamen omnia, saluo communi vsu loquendi semper asserimus, & alijs, quæ sequenti capite adiungemus.

a c. Faber. Inst. de succe. cog. §. i. num. 5. Caccial. l. si qua. C. ad Offic. col. 23. *b* de qua in d. l. fin.

c Bart. l. cùm ita. §. fideicō. nu. 4. de leg. 2. l. d. l. fin. C. de ver. sig. nu. 21.

d d. l. pronū. vbi Alciat. & Bart. l. ad Syllan.

e l. vulgò, de sta. hom. *f* d. l. pronunciatio; in fin. *g* l. i. in fi. ad Municip. Gl. l. cùm legitime, de sta. ho.

AN ILLEGITIMI DE GE-
nere, agnatione, domo^{ue} paterna appel-
lentur, anq; gentilitijs insigni-
bus liceat his
vti.

- 1 *Illegitimus, patri nec civili, nec natura-
li iure iunctus videtur.*
- 2 *Illegitimi dici non possunt de genere, aut
domo paterna.*
- 3 *Vbi de facto lex loquitur, de eo intelli-
git, quòd rectè, non malè factum est.*
- 4 *An illegitimi dicantur sui vel coniuncti
& quibus casibus.*
- 5 *Communis vsus loquendi seruandus, an
spuriy dicantur de domo.*
- 6 *Spuriy gentilitia insignia ferre de iure nò
possunt.*
- 7 *Insignia illegitimorum, quomodo à le-
gitimis dignoscantur.*
- 8 *Apud Gallos spuriy nomen an turpe ha-
beat.*
- 9 *Transuersa linea in spuriorum insigni-
bus, quomodo sit notanda.*

C A P. L X.

a in l. rute-
las, de capi.
dimin.

Quod verò ad suprà traditam Bar-
toli distinctionem pertinet, a vt
cùm

cùm lex generis paterni mentionem fa-
cit, dubitamusq; an & de illegitimis sene-
rit, spectemus qualia eius verba sint: ciui-
lia ne an naturalia; & si naturalia, tunc eos
verbis legis contineri dicamus: quòd si ci-
uilia, secus. Ego & talem distinctione ra-
tioni ipsi repugnãtem iudico. Cùm enim
illegitimi agnationis & consanguinitatis
iura à patre non retineant, a cognatio ve-
rò à matre descendat, b quo pacto pote-
rit illegitimus filius vnquam de patris ge-
nere, domo, aut quocunque alio nomine
dici, cùm ei nullo nec civili nec naturali
iure sit coniunctus? c Etenim agnatum
eum illi non esse sat constat, minùs verò
cognatum haberi ex hoc deprehenditur,
quòd cùm inter agnatos & cognatos nul-
la hodiè credatur esse differentia, d si na-
turalis patri cognatus extaret, posset in v-
niuersum perinde ac agnatus succedere,
quod tamen secus est. e Quam rationem
cùm Imo. Alexanderq; animaduertissent,
f nescio tamen quo spiritu & ipsi à Bar-
toli distinctione non recesserunt, voluntq;
attendì, an verba naturale potius quàm ci-
uile nomen sonent. Ex hac enim ratione
colligitur, quibuscunque verbis vtaris il-
los nunquam proprio sensu comprehendì.
Vnde & ceteræ illæ quæstiones sunt super-
uacaneæ, an de domo, genere, gente, stipi-
téue

a §. vulgò. In
sti. de succ.
cog.
b l. 2. Vnd.
cogn & dic.
§. vulgò.

c Bal. l. in te-
stamento. C.
de test. milit.
num. 4.

d §. nullam.
Auth. de her.
ab intesta.

e Auth. licet.
C. de nat. lib.

f Imol. Alex.
d. §. si quis ro-
gatus, ad Tre-
bel. num. 50.

2 tēte paterno possint appellari. Cū enim nihil referat, vtrum verba ad naturam potius, quā ius referantur, cū filius nullo iure paternæ linæ sit coniunctus, sequitur etiam, vt quotiens gentiliū mentionem feceris, veluti si Cornelios, Portios, Marios appelles, nunquam de his sensisse videaris. Quod si obijcias, immō patrem filijs suis agnatum pariter & cognatum haberi, quod emancipatorum, adoptiuorumq; exemplo constat. *a* Responderem id in legitimo patre intelligendū, non iniusto, *b* quem nec patrem quidem lex vult vocari, *c* tametsi naturæ & cognationi id nomen tribuatur. *d* Non omitteram etiam Bartolum constantissimè affirmasse, *e* tunc & illegitimos sub paterno genere contineri, quotiens factum aliquod verba notarent. Exempli causa, Si lex Municipalis, cuiusque è Claudijs nato immunitatem perpetuò tribuat, tūc enim spurios ea ratione venire dixit, quod lex ad illud factum se referat, an quis ex ijs natus sit, hos verò inde procreatos, negari proculdubiò non posse. Idq; illud esse, quod dici solet, naturæ hæc vocabula esse. *f* Sed mihi nec hoc satis liquet, cū enim lex super facto aliquo simpliciter quid statuit, id semper intelligi vult, dummodò legitimum sit, & ritè confectum

a arg. l. emancipati, cū Gl. 2. Inst. de her. ab intest. & l. pen. §. si quis enim. C. de adopt.

b d. §. vulgò, & l. non facile. §. r. de grad. affin.

c §. si aduersus. Inst. de nupt.

d d. l. tutelae de cap. dimi.

e In l. fin. C. de verb. sign.

f d. l. tutelae.

fectum, alioquin quod malè factum est, non factum arbitratur, *a* siquidem sermo ita prolatus, licito & ciuili modo est accipiendus, *b* ast qui illegitimi sunt, non rectè nati dicuntur, quod nomen ipsum satis demonstrat. Igitur cū lex de eo qui ex Claudijs natus fuerit, mentionem facit, de illo quidem, qui illegitimè natus erit, non sensisse satis est verisimile. Quid igitur nos in tot ambagibus statuemus? Ego tutissimum existimarè, ab ea regula nihil discedere, quā aliàs tradidimus in legum interpretatione, *c* vt inspiciamus cū de agnatione, familia, & similibus fit mentio, expressane sit in lege ratio, an vnica tantū possit afferri, indeq; nunc illegitimos eijciamus, nunc ex legis ratione complectamur. Sic etiam, si quæramus, an coniunctorum vel suorum appellatione veniant, quamuis id Doctores omnes, quo ad patrem & eius agnatos negent, *d* quo ad matrem, & per eam lineā proximos admittant, quia sibi inuicem succedunt. *e* Alij eos quidem non suos, sed nec extraneis omninò similes esse velint. *f* Quidam etiam in causis matrimonij tantū eos coniunctos dici fateantur, in cæteris alienos. *g* Nos autè & hæc semper ex legis ratione dijudicemus, qua regula seruata, facilius has omnes quæstio-

a l. 2. de Aut. tur. l. quotiens. vbi Ias. qui fatid. cog.

b l. si cui, de seruit.

c supra c. 32.

d Alex. conf. 60. in 2. nu. 25

e Alex. §. si quis rogatus, n. 41.

f Fel. c. sunt & alij, de resc. nu. 51. 53.

g Fel. d. c. nu. 56.

h Fel. ca. per tuas, de prob.

i 2. notab. arg. c. discretionē,

de eo q. cogn. cont. vxor.

nes terminari crediderim, quæ quoniam suprà latius sunt explicata, idèd hîc amplius repetenda non duximus. Id tamen ego cum cæteris in primis affirmo, obseruandum in hoc esse maximè communem

⁵ a Bart. l. pro-
nun. in fin. de
ver. fig. & l. fi.
C. cod. & l. cū
ita. §. in fidei-
com. de leg. 2.
b Sozi. conf.
102. in 3. Ang.
conf. 30. & 19.
Cor. conf. 169
in 3. col. fi.
c l. cūm dela-
nionis. §. afi-
nam. de fund.
instr.
d Feli. Proc.
Decret.

⁶ e in l. Tufcu.

f Bart. tract.
de insign. nu.
10. argu. l. ius
fami. C. de re
lig. & sumpt.

⁷ g Bar. d. trac.
Soz. conf. 102
in 3. nu. 9.

vsū loquendi, *a* quem hodie vbiq; ferè ita se habere animaduertimus, vt illegitimi de eius domo & familia censeantur, cuius & filij habiti sunt, *b* præualet enim popularis sermo propriæ significationi, *c* vt & Quintil. ait, Authoritatem sermonis superat cōsuetudo: quæ nēdum in hominum, sed & legum etiam ratione dijudicanda, plurimūm inspici solet. *d* Hinc Cicero Seruium Tullum gentilem suum vocat, *e* quamuis eum minūis iustè natū Florus & alij tradiderint, quod passim & alijs exemplis notum est omnibus. Ex supradictis quidem fat constare potest, quid de gentilitijs insignibus sit sentiēdum, an ijs & illegitimi vti possint. Si enim rationem spectes, cur spurius ea ostendet stemmata, quæ ad agnatos tantūm pertinet, atque ex ea familia oriundos? *f* Quòd si cōsuetudinem secus, vbiq; videtur obseruari, licebitq; ex consuetudine, illegitimo cuiq; gentilitio se emblemate decorare. *g* Audio tamen extra Italiam maximèq; in Germania, discerni spuriorum & legitimorū insignia, videlicet adiecta transversæ

uersæ lineæ nota, quod iniustorum natalium est indicium. *a* Idcircoq; falsum videtur, quod Castrensis tradidit, *b* penes transalpinos ferè omnes illegitimi nomen turpe non haberi, & maximè apud Gallos. *c* Animaduertūt sed aliqui, vt transversa illa nota à sinistro latere in dexterum descendat, alioquin si à dextro incipiat, non est degeneris sanguinis argumentum, quemadmodum in Borboniorum insignibus perspicimus, quæ & ipsa transversam ostentant lineam, & tamen eorum origo ab illustri Regioq; sanguine fertur prodijisse, quod Nicolaus V. baldus notat. *d*

a Port. Insti.
de hæ. ab int.
col. 2.

b Cast. l. 3. de
lib. & post.

c Ripa. §. si
quis rogatus.
nu. 9. Gui. Pa.
q. 580.

d In tract. de
Succes. ab in-
test. in 4. spe-
cie liberorū.

AN ILLEGITIMI POS-
sint inter nobiles cen-
feri.

- 1 *Infames dici ignobiles non possunt, nec ex ijs nati.*
- 2 *Nobilitas à patre, non matre descendit.*
- 3 *Quid sit nobilitas. 26. opiniones.*
- 4 *Nobilitas Theologica.*
- 5 *Nobilitas secundum Philosophos,*
- 6 *Nobilitas Politica.*
- 7 *Illegitimi cur non dicantur nobiles.*

b 2 8 Nō

- 8 Nobiles ex locorum consuetudine accipi.
- 9 Apud Venetos, & illegitimi, & legitimi ignobiles.

C A P. L X I.



Illud quoque de iniustis filiis à multis quæsitum scio, possint ne ij in nobilium numero referri. Quia in re Bartolus, Bal. Imo. cæteri que vnanimes respondere,

a Bart. l. i. C. de dign. li. 12. Bald. l. cum legitime, de sta. ho. Imol. §. si quis rogatus. Guid. Pap. q. 580. Ruin. cõf. 77. in 3.

b Azo in sum. C. de infam.

c l. 2. C. de digni. lib. 12.

d Anch. cõf. 389. Glo. l. diuo. C. de quæstio. Dec. cõf. 85. in fin.

e ca. ferrur. §. vulnerato. & c. principatus. l. q. 1.

f Anch. suprã d. cõf.

g l. fœminz, de Senator.

a spurios filios, cum ab incunabulis secum quandam infamiae notam ducant, b non posse vlllo vnquam tempore nobilitatis claritate fulgere, quod ea ab omni macula & turpitudine perpetuò debeat esse seiuncta. c Idcircoque & nepotes ex his natos, reliquosque eorum successores, a què obscuros & ignobiles haberi, d non quidem quod in his macula vlla notetur, si ex matrimonio nati sunt, sed quod ex ignauo semine generosi haud soleant fructus existere. e Quin & si ex matre nobili, patre verò illegitimo prodijssêt, adhuc tamen ijs matris genus nihil prodesse dixerunt, f cum & illius nobilitas, ex quo se spurio marito iunxit, quodammodò sit obumbrata, g & stemmata hæc honoraria

ria à patribus in filios, non matribus deriuentur, a ita vt nec consuetudine, nec Municipali lege contrarium possit decerni. b Ego verò hæc, quamuis omninò relere non ausim, non vera tamen vsq; adeò esse puto, cum velint ij illegitimos idè ex nobilium ordine eximere, quod in his nescio quid notæ & labis adnatū putent. Quod ipse tamen, cum in his minimè agnoscam, vt aliàs declarauit, c propterea nec eorum sententię vsquequaq; existimo adhærendum. Est verò latissimus hîc disputandi campus, de nobilitate, an illius participes illegitimi censeantur, in primis enim à verbi notione esset exordiendum, vt intelligeremus, quomodo hæc ipsa nobilitas sit accipienda. Occurrunt verò in hac re explicanda tam variæ opiniones, vt meritò id dici possit, in hac quæstione quot capita, tot fuisse sententias. Non enim propria hæc est res, vnus aut alterius scientiæ. Sed quot penè dixerim artes & disciplinæ sunt, quot varij bonarum literarum authores, singuli huic rei manum admouere sunt conati, vt collegerit quâdoque non contemnendus ex nostris interpretibus Doctor Cæpolla, viginti sex diuersas super hac re proditas sententias. d Nos tamen in præsentia inutiles aliorum mittamus altercationes, & *нопу жево* no-

a l. 1. ad Municipi. Bal. l. fi. C. de ser. fug. b Bart. l. exēplo. C. de Decurio. lib. 10.

c cap. 55.

d Cæp. tract. de imp. mil. del. cap. 4.

b. 3. stro

a Bart. l. i. C. de dignita. li. 12. col. 4.

stro Bartolo adhæreamus, qui triplicem distinxit nobilitatem, *a* aliam secundum Theologos, quam Theologicam dixit, *a* aliam secundum Philosophos, quam naturalem, aliam secundum Iurisconsultos, quam Politicam appellavit. Quod ad pri-

4 mam speciem attinet, solent Theologi eos tantum verè nobiles & claros vocare, quibus summus Deus gratiam suam voluerit impartire, *b* quam tamen nemini unquam proprijs meritis, sed mera tantum illius benignitate partam testantur. Quo fit, ut de illegitimis sint ne ij hoc pacto nobiles, aut minùs, nemini liceat iudicare, sed potiùs æquali cum cæteris conditione & ipsi habèdi sint, cum tam grãde Dei mu-

b primo Regum, c. 2. ver. nunc autem.

c Ecclesiast. c. 9. ad Roma. c. 11. in fi. Fel. c. venerab. n. 2. de testib.

d Corint. 1. c. 4. & Matt. 20. c. refert Bal.

1. 3. C. de com. mer. & merc.

nus, cui nam contigerit, paucis innotescat, *c* eiq; gratissimi quandoque illi sint & acceptissimi, quos mortalium vulgus abiectissimos, sordidissimosq; esse putat, *d* Philosophi autem, qui veram nobilitatem in virtute & moribus posuerunt, *e* quid de illegitimis sentiant, constare potest, cum nihil ij parentibus aut fortunæ, quo ad hanc rem acceptum velint referri, sed totum hoc fateantur à nostramet pendere voluntate. Namque si quis quocunq; genere natus, ijs animum suum dotibus ornare contenderit, ut summa sua probitate & sapientia omnium in se oculos convertat,

nertat, virtutisque aliquam excitet admirationem, eundem & nobilissimum habendum ducunt, quo in numero nedum legitimos, sed & Nothos censerì posse, & ratio ipsa, & vetera summorum virorum 6 exempla testantur. Tertia est nobilitas secundum nostros iuris auctores, quæ propria est huius quæstionis, de qua quæritur an illegitimis possit convenire. Videtur autem respondendum, quoscunq; talis generis viros, ab illa quàm longissimè abesse, non eò quidem, quòd vlla hos turpitudine notatos putem, ut cæteri Doctor. credidere, sed quod cum nihil aliud nobilitas sit, *a* nisi qualitas quædam à Principe illata, ob quam unusquisq; è populariù numero eximitur, cuius cõpos istantùm dicitur, quem aut Princeps 7 eo fuerit honore prosecutus, aut cuius maiores Avus vel Proavus talem ab eo cõsequi gradum meruerint, *b* Propterea constat spurios nec ex se ipsis, nec ex patrum quoque persona inter claros haberi posse. Non ex se ipsis quidè, quoniam nobilitatè nemo sibi spontè potest conferre, sed à solis principibus petenda est. *c* Minùs ex parentis origine, quòd spurij nullos generis sui agnoscunt auctores, sed ab his primùm familiæ & gentis suæ origo excitatur, *d* sunt enim hi novi

a Bart. d. l. i. C. de dign. Al. ua. c. i. §. cæteri. quis dic. dux.

b Gl. l. dno. C. de quæstio.

c Bar. supra.

d l. eius, qui ad manci.

b 4 qui-

a l. cum legi-
timæ, vbi Bal.
de stat. hom.
b l. fi. C. de
natura. lib.
c arg. l. fami-
liaria, cum
sequen. de re-
lig. l. ius. C.
eod.
d Bart. tract.
de infig. &
arm. nu. 10.

quidam homines veluti terræ filij, à sei-
pſis orti, & quo ad patrem prorsus alieni,
cùm nec eius gentem, familiam, domum-
ue sequantur, *a* immò degenerare dicun-
tur, *b* quocircà nec ad eos gentilitia no-
bilitatis potest peruenire, *c* quæ ita agna-
tioni & familiæ est annexa, vt tanquam
qualas absque subiecta materia nõ pos-
sit consistere. *d* Statuendum est igitur il-
legitimos nullo pacto inter nobiles collo-
candos, quod & Isocrates in Nicocle cla-
rè testatus est, cui id maximè curæ fuisse
scribit, vt omnes eius filix paternæ parti-
cipes essent nobilitatis, idcircoq; non alios
quidem legitimos, alios verò Nothos re-
liquisse, qui aliorum nobilitate priuandi
essent. Quod tamen verum est, si de ci-
uili illa claritate sentiamus, quam Iuris-
consulti nostri prodidere, cæterùm se-
cundum aliorum aut Theologorum, aut
Philosophorum sectas id non affirma-
rem, qui aliter nobilitatem acceperunt. Rur-
sus & hoc in illegitimis simpliciter locum
habere puto, quantum ad eorum nata-
les spectat, quos humiles omninò & for-
didos esse aio, non in ijs, quos Princeps
erexerit, & dignitate aliqua decorarit, vt
sequenti capite demonstrabo. Postremò
& hæc secundum strictam iuris ratio-
nem procedere fateor, non ex communi
vsu

8 vsu, qui meritò debuit præualere, *a* Ideò-
que in hac re, spectanda in primis fuerit v-
nius cuiusque loci & ciuitatis cõsuetudo,
ex qua quis quandoq; nobilis, quandoque
ignobilis existimabitur, *b* plurimum est
enim populorũ moribus in hac re deferẽ-
dum, & ex eorum ritu nobiles à plebeijs
discernendi, *c* cùm, vt dixit Bartolus, no-
bilis ille sit, qui talis vulgò habetur. *d*
Hinc fiet, vt si in multis Ecclesiæ terris, a-
lijsq; etiam quibusdam locis nobiliũ fiat
mentio, spurij quoq; cum cæteris compre-
hendantur, quoniam nihil quo ad mune-
ra publica obeunda, & ad honores. digni-
tatesq; adipiscendas à legitimis differunt,
nihilòq; illis inferiores putantur, quod &
de tota Delphinatus prouincia Guido Pa-
attestatus est, in qua id ex consuetudine
seruari tradidit, vt illegitimi generis nobi-
litem omninò retineant, ac pro nobili-
bus perinde ac alij legitimi habeantur. *e*
9 Quòd si Venetorum aut plurium aliarum
ciuitatum nobilitatem recenseas, tunc il-
legitimos prorsus excludas, quoniã hu-
iusmodi sobolem maximè negligunt, ex-
pressèq; id apud eos est constitutũ, ne quo-
uis tempore, & si sint natalibus restituti,
in nobilium numerum possint cooptari.
Quod olim tamen ijs permissum erat, qui
per subsequens matrimonium legitimiati
essent.

a Imol. ca. de
multa, in fin.
de præben. Fe-
li. c. super eo,
de test. nu. 12.

b l. fin. in
princ. ver. ca-
lendarij, de
mun. & hon.
c Soz. 246. co-
lum 1.
d Bart. d. l. r.
C. de dig. col.
pen. & l. 1. C.
de mul. &
in quo.

e Gui. Pap. q.
510. de Boer.
Decif. 127. in
fin.

natalium plebeiorum sordida conditio-
ne, in priscam, communemq; ab initio
omnibus ingenuitatem quis reponatur.
Sed ipse hanc Budæi sententiam, si de spu-
rijs loquamur, planè nō probo, nam si na-
talibus restitui dicuntur, qui rescripto
Principis legitimi efficiuntur, *a* quis di-
cat eum, qui ex ignobili patre spurius su-
sceptus est, sola deinde restitutione, & le-
gitimorum iura, & nobilitatem consecu-
tum? cū id tantū ea nobis tribuat, ut
patrib. nostris veri & iusti filij efficiamur?
Quòd si plebeius pater sit, cur legitima-
tus filius nobilis censeatur? Cur non po-
tius, cū sicuti filius honorum & faculta-
tum omnium successor est futurus, sic &
ut filius patris conditionem sequatur qua
lemcunq;? Crederem ergo ex natalium
restitutione non perpetuò nobilitatem
inueni, sed pendere hoc à patris conditio-
ne, ut si is eo splendore illustretur, hoc
quoque & in legitimatum descendat: sin
minùs, illegitimos ex ea restitutione, ius
filiorum, & patriam quidem potestatem,
verū dignitatem nullam aliam obtine-
re, sed in omnibus paterna vestigia imi-
tari, quia tanquam ex iusto matrimonio
nati solū intelliguntur. Non nego ta-
4 men, quin possit princeps & eosdem ad
nobilitatis decus euehere, quamuis ab
humili

a §. si quis er-
go. Aut. quib.
mod. nat. eff.
sui.

humili & abiecto patre genus ducant suū,
licet enim Principi quemcunq; velit in
summo honoris gradu collocare. Id ve-
rò quomodo dignoscatur, declaravit Bar-
tolus multis modis. *a* Inter quos ille
præcipuè insignis est, cū ei dignitas a-
liqua à Principe defertur, quamuis careat
administratione. Extat enim constitu-
tio Zenonis, vbi expressè mentionem fa-
cit nobilitatis, quam sine administratio-
ne per honorarios codicillos collatā qui-
busdam testatur. *b* Vnde eos omnes, qui
priuilegijs à Cæsare, aut alijs ad id facul-
tatem habentibus, donati sunt, putarim
5 nobilibus adscribendos esse, tametsi pri-
uata illa dignitas videatur, quales sunt
hodie equites plerique, qui Diplomatis
Cæsarium insigniti à plebeis solent discer-
ni. Quod ab eo originem duxisse videri
potest, quod scribit Sueton. *c* Claudium
Cæsarem imaginariæ militiæ genus insti-
tuisse, quo absentes, & titulo tenus fun-
gerentur. Quæ tamen res hodie à vete-
ri illo ritu nimium collapsa est, cū Re-
guli plurimi hac authoritate abutantur,
nullaq; personarum habita ratione, eam
dignitatem temerè omnibus decernant,
ad quam olim non nisi insigni aliqua vir-
tute præditi, fuissent vocandi, *d* propte-
reâque nec ad hos cætera priuilegia spe-
ctare

a Bart. d. l. r.
C. de dign. co-
lum. pen.

b l. fin. §. vi-
ros. C. vbi
sen. vel clar.

c Sueton. in
Claud. c. 23.

d l. i. §. credi-
dit, de off.
præf. præf. l. 5.
C. de stat. &
imag.

a Cy. li. i. C.
de iur. & facti
ignor. Ripa. l.
centurio. nu.
10. de vulg.

b Bart. d. l. i.
pen. col.

c Iaf. prælud.
Feud. nu. 119.

d Alex. l. qui
dam consule
bant, de re iu
dic.

etare certum est, quæ militibus iure no-
stro concedi solent. a Porro & illud ac-
quisitæ nobilitatis multò manifestius si-
gnum esse solet, cùm dignitas aliqua tri-
buitur, cui administratio sit coniuncta, &
suapte natura secum nobilitatem ducat,
quod à Bartolo traditū extat, b vnde qui-
dam Feudum nobile, aliud minùs nobile
dixerunt. c Sed hæc, extra propositam
materiam sunt, quæ tamen dixisse volui-
mus, vt intelligamus, quibus modis hæc
ipsa nobilitas illegitimis communicetur.
Cæterùm, concessa spurio alicui dignita-
re, an ex eo & natalibus restitutus censea-
tur, commodiori loco tractandum refer-
uamus. . d

DE INFANTIBVS EXPO- SITIS, & alijs, quorum parentes ignorantur.

- 1 *Necare dicitur, qui exponit filium.*
- 2 *Hospitalia spuriorum, & num. 5.*
- 3 *Expositi ad sacros ordines & dignitates
admitti possunt, & num. 7.*
- 4 *De Cyro, Moyse, & alijs legitimè natis
expositis.*
- 6 *Exponens filium, amittit patriam in eum
potestatem.*
- 7 *Expositi capaces successionum quarum-
cunq;*

cunq; censentur.

- 8 *De quibusdam Pont. ignoto genere.*
- 9 *Terra filij, & à se orti homines.*

C A P. L X I I I.



Oterat fortassè aliquibus
videri non necessarium, vl-
lum nos hoc argumento se-
paratim caput conscribere,
cùm suprà latè id tractatum
fit, a an vnusquisque in du-
bio legitimus vel illegitimus sit censen-
dus. Quia tamen animaduerti, nescio
quid præcipuum huius ipsius quæstio-
nis esse, quod præcedentibus non ita a-
ptum erat, volui propterea pauca hæc su-
perioribus adiungere, ne posset hæc pars
à commentarijs nostris desiderari. Hoc
igitur tantùm à nobis in præsentia agendū
erit, sint ne hi, qui publicè exponuntur,
legitimi, an nothi potiùs iudicādi. Nam-
que si Nothi videātur, tunc nihil ampliùs
opus est de his differere, quippe quibus o-
mnia cum alijs spurijs sint cōmunia. Sin
verò legitimi dicantur, & tunc nihil ad
rem nostram, eorum pertinet disputatio.
Scio autem nos aliàs statuisse, honestos in
dubio vniuscuiusq; natales esse existiman-
dos, qua ex re sequitur, expositos quoq;
quorum

a cap. 10.

quorum ignota est origo, inter legitime natos esse referendos. Contra tamen quædam pugnat cōiectura, quàm de veris iustisq; parentibus naturali ratione solemus facere. Etenim quis credat vnquam, tantam immanitatem in legitimum patrem cadere potuisse, vt proprium filium, sua ipsius viscera, tam impiè abiecerit? ea præsertim in ætate, quæ alieno indiget præsidio, nec proprijs se ipsam viribus apta est sustinere? Cùm enim necare filium is dicatur, qui eum exponit, *a* audebimus ne tantum scelus vnquam de patre conijcere, vt is filio suo crudeles manus intulerit? Non ita hæc ab illegitimo patre abhorrent, quem plerunque aut delicti conscientia, aut infamiæ metus potest adigere, vt natum ex se minùs honestè filium turpiter etiam deserat, cùm se coram honestis viris, illius patrem monstrari, non possit non erubescere. Proptereaq; multis in locis videmus, Hospitalia his ipsis expositis erecta, vulgò spuriorum hospitalia, sicut hîc Bononiæ nuncupari, quasi & nomen ipsum demonstret, spurios tantùm, non verò legitime natos, ad hæc loca solere deferri. His accedit, quòd spurij à legibus ij vocari solent, qui certum patrem non possunt ostendere, *b* sed cùm eo in numero sint omninò hi expositi, vt etiã

Baldus

a l. necare, de lib. agnos.

b l. vulgo, de fia. hom.

Baldus animaduertit, *a* nimirum sequitur hos nothos non legitimos esse dicendos. Ego tamen à contraria sententia non discedo, quam cùm aliàs pluribus rationibus firm tutatus, idèd hoc à me loco breuiter referri, nihil mirum erit. Dico autè Doctorum opinione receptum esse, expositos hos, ad sacros ordines, dignitates ecclesiasticas, atque alia publica munera rectè posse promoueri, tametsi eorum origo nemini constet, *b* quæ res necessariò ostendit, illos legitimos, non spurios iure censerì. *c* Certum id etiam est, eosdem nulla labe aut macula aspersos dici posse, *d* quomodo igitur eos quis spurios appellat, cùm hoc spurij nomen notæ cuidam affine esse vulgò existimetur? *e* Nec quicquam coniectura illa suprà de legitimis patribus relata, his obstat, siquidem veterum exèplis patet, multos exponi filios, qui tamen ex matrimonio nati sunt, vt de Semirami, Moyse, Paride, Cyro, Oedippo, & alijs pluribus historiæ testantur, quos parentes metu alicuius periculi, quod eis portendebatur, aut alijs de causis, temerè exponebant, nosq; etiam vsu ipso quotidie experimur, multos quandoque rei familiaris inopia, cùm se victui necessaria liberis videant non posse supeditare, solere illos exponere, ea potius

a Bald. d. l. vulgo.

b Io. Anch. c. 1. de inf. exp. Barba. Fel. c. cum deputati, de iudic. nam. 13. *c* arg. c. fi. de fil. presb. c. in notuit, de elect. *d* l. fin. C. de inf. ex. l. nemi. C. de epif. aud. *e* Azo in sum. C. de infam. Alex. l. 3. de lib. & post.

tius spe, ut ab alijs commodius educetur, quam quod paterna erga illos exuti sint pietate, quod ego à nonnullis probæ conditionis parentibus, qui in similes inciderant calamitates, re vera sæpè intellexi. Nec quamuis vulgò hæc spuriorum hospitalia vocentur, idè tamen nothi illi censendi sunt, nam, ut dicebat Baldus, loquens de Bononiensibus, in valdè simili casu, *a* popularis sermo noster ius non facit, & res ipsa contrarium docet, ut modò diximus. Quin & Canones hoc idem suadent, cum ijs caueatur, parentes qui filium exponunt, ius patriæ potestatis amittere, nec eos ut filios amplius posse vindicare. *b* De quibus enim alijs patribus hoc potest intelligi, præterquam de legitimis, cum hi tantum filios habeant in potestate? *c* Constat hinc igitur satis liquidò, etiam iustos liberos exponi solere. Nec illud nocet, quod certum patrem non videantur illum habere, nam eo ipso quod natales eorum sint ignoti, fit interpretatio statim in meliorem partem, præsumiturque illorum origo honesta, non turpis, *d* quod in vulgò conceptis secus est. Nec verum est etiam, quoscunque qui parentem nequeunt ostendere, illegitimos esse, ut Gregorius Pontif. testatur, *e* Vel quicquid contra afferas,

a in l. nutriorib. C. com. de success.

b c. r. de infan. ex.

c §. si aduersus. Inst. de nupt.

d ca. cum deputati, de iudi. c. l. de seru.

e d. ca. l. de inf. exp.

feras, dicam in his ius non deficere, sed probationem, ipsos videlicet verè legitimos esse, talisque iure haberi, quamuis proprios ipsi natales non ita iustè possint probare. *a* Multa præter hæc prætereo, quæ commodius ex quaestione suprà à nobis disputata, *b* elici poterant, sufficietque hæc tantum in præsentia obiter adiecisse, ex quibus statuimus, quod ad expositos pertinet, & cæteros, quorum omninò incerta est origo, eos in dubio legitimo potiùs quam illicito genere censendos, ob idq; ad actus legitimos rectè admittendos, *c* hæreditatum successionumque capaces existimandos, *d* cæteraque munera seu ciuilia, seu ecclesiastica illis hoc solo prætextu nullatenus esse interdicenda. *e* Cæterum legi quidem graues nonnullos aucthores, & maximè historicos, hos ipsos, qui obscuro prognati sunt genere, spurios in libris suis appellantes, quo nomine certos etiam Pontifices uti illegitimos notatos scio, eò quod vnde originem duceant, vulgò incertum esset, ut de Leone V. Pontif. & Dionysio I. traditum est, quos alij ignotis tantum parentibus ortos scripsere, alij cum de eorum natalibus nihil certi reperirent, propterea spurios esse prodiderunt, quod etiam de Demosthene

a arg. l. duo. sunt, de test. tut.

b cap. 20.

c d. c. cum deputati.

d Fab. Ang. §. in. Inst. de her. inst.

e Ioan. An. d. c. r. de inf. ex. & Doct. ca. cum deputati.

mosthene quidam scriptum reliquerunt. Sed alij, vt lubet, sentiant, Mihi sanè hæc sola ratio nunquã persuadebit, ex pudenda aliquem origine profectum esse, cùm in dubio honestior pars sit conijcienda. Memoranturq; Pontifices multi, ignotis parentibus & patria, vt Christophorus I. Bonifacius VII. Ioannes XI X. & quos modò retulimus, Dionysius I. & Leo V. quos omnes spurios extitisse, hac sola de causa nunquam affirmarim. Solent hi etiam à quibusdam terræ filij appellari, seu quòd terra sit communis omnium parens, seu quòd iuxta quorundam historias, è terra primis temporibus mortales nati dicantur. Vocantur & ijdem homines à sese orti, aut noui homines, quibus loquendi modis vtitur Cicero pro ijs, qui obscuro admodum ignobilisque sunt, ac sine vllis maiorum imaginibus. Cætera, quæ de expositis dici poterant, qui nam in bonis eorum succedant, cuius fori dicantur, æqualis ne sint omnes conditionis, & alia eius generis, ego hîc iure prætermitto, quoniam cùm in numero legitimorum eos esse diffiniamus, extra rem esset, ac materiam nobis propositam ea hîc inferere, quæ suis locis vberimè tradita, aptius etiam intelligi possunt. a

a Hostien. in
summ. de inf.
exp. & Doct.
in c. r. Specu.
tit. eod. Castr.
l. nutritorib.
C. com. de
succes. Salic.
l. fin. C. eo.

QVI


QVI ALIVM SPVRIVM
appellat, an iniuriarum actio-
ne teneatur,

- 1 *Iniuriarum actio quando detur.*
- 2 *Spurius non dicitur, quem Princeps re-
stituit.*
- 3 *Non facit iniuriam, qui nihil falso obij-
cit, & num. 9.*
- 4 *Crimina nature vitio ingenita, nō sunt
exprobranda.*
- 5 *Accusare aliquem, plerunque lauda-
bile.*
- 6 *Reipub. interest quadam delicta palam
esse.*
- 7 *Spurios cognosci an Reipub. expediat.*
- 8 *Difficile esse indicare, an iniuria sit
facta.*
- 9 *Qui alium vocat spurium, cur iniuria-
rum teneatur.*
- 10 *Non sufficit quid bonum esse, sed bene
factum.*
- 11 *Quibus casibus spurij appellatio non sit
contumeliosa.*
- 12 *Lata culpa non sufficit ad iniuriarum
actionem.*
- 13 *Accidentia facti in iniuria, spectanda.*
- 14 *Apud Gallos, Græcos, an spurij nomen
ignominiosum.*

c 3

CAP.

C A P. L X I I I.



ST ne verò hæc contumelia, si te aliquis spurium, & vt vulgò dicitur, Bastardum appellet, quamobrè tu eum in iudicium adducere possis? Hic ego, ante-

quàm quid pronunciem, multa confideranda & circumspicienda puto. Si enim tu verè non es spurius, sed legitimis ortus parentibus, illeq; temerè talem te falsò appellauerit, non dubito, quin contra eum actione iniuriarū possis experiri. *a* Vbicunque enim aliud dicitur, quod alterius pudorem aut famam lædat, ibi & iniuriarum crimen oritur, *b* sed vulgò hoc nomen spurij, nescio quid notæ secūducere creditur, *c* vixq; verisimile est aliam ob causam id ab eo dictum, quàm vt tuam existimationem minueret. Igitur cum hoc quicquid sit, fuerit ementitus, *e* erit iniuriarum iudicio tibi obligatus. *d* Idem putarem, & si spurius quidem natus esses, nunc verò Principis beneficio natalibus restitutus, is enim qui adhuc te spurium vocat, iniquè agit, *e* cum illegitimus non sit, quem Princeps restituit, potuitq; rectius ille te non legitimè natum appellare, cum hoc primæuos tuos nata-

les

a l. 3. C. de iniur. Bar. l. turpia, in princ. de leg. i. & l. 3. de lib. & puth.

b l. item apud. §. generaliter, & §. seq. de iniur. c. c. accedens de purg. can. d. l. fin. C. de accusa. l. 3. C. de iniur.

e Crauet. cōfil. 162. in prin.

les respiceret, nō autem presentem tuam conditionem ita notare, *a* quæ nunc verè legitima est. Qua tamen in re animaduertendum erit, an probabili aliquo errore ductus fuerit, vel quia te initio spurium natum existimasset, vel quia restitutionis illius ignarus esset, quæ cum facti sit, facile potuit ei non nota esse, vel quia aliter se communis vsus loquendi haberet, qui legitimatos adhuc spuriorum nomine comprehenderet, vt sæpissimè videmus, tunc enim hæc ad aliud caput pertinent, quod modò attingemus. Cum verò quis te spurium nominat, tuq; re veratallis es, longior quidem tunc est dubitatio, videaturne ob id vllam tibi iniuriã intulisse. Extant enim in hac re multiplices Doctorum sententiæ, variaq; illorum responsa, *b* sed quatuor præcipuè opinionones traditæ reperiuntur, singulæ inter se diuersæ. Prima Accursij, *c* videlicet, vt qui nullum crimen falsò obijcit, is nec vlla iniuriarum actione teneatur. Quid enim potest ille delinquere, qui veritatem prodit, cum veritas præceteris semper sit colèda? *d* Alia fuit Hostien. *e* ita distinguentis, quòd aut crimen tibi obiectum, tua ipsius culpa contractum est, vt si te furè, proditorè, sicarium, lenonè dixerim, & tunc nihil tibi obretrasse

a Alciat. de Duel. cap. 10.

b Io. And. in Ad. ad Spec. titu. de iniur. Abb. cap. cum te, dere iud. nu. 26. Rom. conf. 96. Old. conf. 33. Albe. l. si non conuicti, C. de iniur.

c Inst. de Iniur. §. i. ver. fiet.

d l. cum ita, vbi Abb. de condit. & demonst.

e In sum. de iniur. & contra quos.

c 4

videar,

videar, quo me in iudicio possis accerfi-
re. Cùm enim tu, eo te scelere polluere mi-
nimè erubuèris, cur aduersus me id tan-
tùm deinde enunciantem, ita indignèris?

a facit l.
quod quis ex
de reg. iur.

b c. nasci. 56.
dist. 1. legem.
C. de nat. lib.

c l. max. vitiū
C. de li. prat.
d Gl. in c. si
peccauerit. 2.
q. 1.

e Alex. l. fin.
quod quisq;
iur.

f l. 1. C. de fa.
lib. circa fin.
g lib. 2. Offi.

⁴ Quòd si alio te maledicendi genere car-
pserim, quo tu absque vlla fraude tua la-
bores, veluti si te claudum, cæcum, ino-
pem, aut spurium vocarim, cùm & spurium
nasci absque vllò crimine nostro contin-
gat, *b* & tunc cõtumeliosas huiusmodi vo-
ces censerì. Deui enim ego, vt bonos de-
cet homines, calamitatis tuæ potiùs mise-
reri, non tibi hæc probro obijcere, quæ fa-
to obtigerunt, cùm naturam ipsam non
licet accusare. *c* Tertia traditur opi-
nio Ioan. Theuton. *d* qui voluit multũ
referre, an verba hæc in iudiciali aliquo
negocio proferantur, aut alibi: Si enim ob
id ego tibi diem dicam, vt te adulterij aut
homicidij reum conuincã aut tu cõfimi-
li aduersus me, vel testes meos exceptio-
⁵ ne vtaris, eosque tanquam infames, for-
didos, & facinorosos repellas, nullum hinc
cõnuitium notari debet: *e* accusatio e-
nim ipsa, nedum turpis non habetur, sed
magna plerunque laude & præmio digna
est, *f* vt de Lucio Crasso, Marco Antonio,
& Publio Sulpitio refert Cicero, *g* qui
cùm seditiosos & inutiles ciues quando-
que in iudicium vocarent, à cæteris pro-
bati

bati valdè fuere. Reus autem qui aduer-
sarij sui actionem hac eadem cupit ra-
tione elidere, quæ vera vtique est, cur in
eum iniurius videatur, cùm ab eo prouo-
catus, ius suum tueri magis, quàm male-
dictis eum laceffere contendat? *a* Quarto
⁶ loco dixit Bartolus, *b* vbicunque Reipu-
blicæ expedit, crimen illud quo te appel-
lo, cæteris notum esse, qualecunque
id fuerit, impunè semper diuulgari pos-
se, veluti si te leprosum, impostorem,
hæreticumue dixero? publicè enim in-
terest hæc, siue corporis vitia innotesce-
re, quia contagiosa sunt, *c* siue ani-
mi, ne alij ab his decipiantur, eorũ-
que commercia possint declinare. Ast
vbi quod tibi delictum obijcio, id nullam
Reipubl. ex eo vtilitatem parit, vt si te pu-
milionem, ventriosum, gibbosum no-
minauero, quamuis re vera nihil emen-
tiar, teneor tibi tamen contumeliæ no-
mine, cùm ex vsu publico nihil sit, ta-
lem te à me ita vulgò prædicari. Si igitur
te spurium appellauero, conuicium
⁷ hoc esse quidam tradiderunt *d* eò quòd
natales meos cæteris notos esse, nihil
ad rem publicam pertineat. Idem & Bar-
tolus quandoque existimauit. *e* Sed ta-
men alibi contrarium deinde confessus
est, *f* voluit enim hanc contumeliam

a l. qui cum
na. §. si liber-
tus, de bo. lib.
l. libertus, r. de
in ius vocan.
b Bart. l. cum
qui, de iniur.

c c. r. de cõiu.
lepr. c. de re-
ctoribus. de
cler. z. grot.

d Abb. cap.
cùm te, de re
iudic. nu. 28.
& in c. fi. in fi.
de iniur. Rom.
d. consil. 96. r.
col.
e in l. turpia,
de leg. 1. & l. 3.
de li. & posth.
f in d. l. cum
qui.

non esse, dum verum sit, incertis illum parentibus ortum esse, eò quòd plurimum referat, quo ad honores & munera

a l. generali-
ter. §. spuri-
os. verf. sed si. de
Decurion.
b in d. l. tur-
pia.

c ita proce-
dant trad. per
eum, in d. l.
turpia, & d. l.
3. de lib. &
posth.
d vt ait in d.
l. eum qui.

e Card. in c.
15. q. 1. Abb. c.
cum te, de re
iud. col. fin.
Alb. l. si non
conuictij. C.
de iniur. Rip.
l. fin. C. de re-
uoc. don. nu.
25. 26.
f l. illud. §. 1.
de iniur.

g Gl. l. l. C. ad
l. Cor. de fca.

publica obeunda, spuriòs à legitimè natis discerni. *a* Vnde quòd modò vti contrarium ab eo dictum notauimus, *b* posset ita fortè intelligi, vt scilicet, cum quis eum spurium appellasset, qui legitimus verò erat, tunc iniuriam ei fecisse dicatur, *c* alioquin si spurius verè sit, tunc nulla ea sit iniuria, *d* vt ita sibi Bartolus vbiq; constet. Sed mihi nec vlli ex his quatuor opinionibus prorsus hærere in animo est, cum singulis multa videam repugnare, nec longas etiam placet aliorum Doctorum in hac re distinctiones sequi, cum aded multiplices sint, *e* vt ex ijs vix quicquam clarum aut expeditum vnquã possis colligere. Animaduerto quidem, haud facilè etiam in hac materia quid tradi posse, quod vbiq; constet, nam cum iniuria, ex affectu facientis consistat, *f* difficillimum est omninò aliorum cogitationes ita posse à nobis introspicere, vt dignoscamus, quo quisque consilio aliquid fecerit, vnde ad coniecturas & accidentia quædam extrinsecus recurri oportet, *g* quarum certa ratio tradi non potest. Propterea nil mirum est, si tanta hæcenus à Doctoribus cumulata reperimus,

rimus, quæ tamen quæstionem ipsam nõ satis commodè explicent.

Ego igitur, quæ de cæteris iniurijs dici possent, quæ sanè multa sunt, hinc missa faciam, tantum quæ ad hanc spurij appellationem spectant, qua potero breuiori tutiorique via referam. Credo autem id ab omnibus in hac quæstione præsupponi, nomen hoc spurij vulgò ignominiosum & turpe haberi, quod quamuis nos aliàs in dubium vocauerimus, in præsentia tamen & cum alijs admittimus, alioquin nulla in hac materia esset disputatio. Et hinc pro regula constituendum censemus, eum qui alium spurium appellauerit, contumeliæ reum esse, & iniuriarum actione teneri, seu falsò, seu verè etiam ita eum compellarit. Cum enim hoc nomen, de alterius fama & opinione aliquid detrahere aptum sit, vt vulgò aiunt, affert proculdubio secum & contumeliam. *a* Quamuisq; verum id vtiq; sit, quod ab eo iactatum est, non tamen iniuria illa esse desinit, *b* siquidem nos iniuriam ex maleuolo alterius animo, propositoque magis quàm ex euentu metimur. *c* Ast hinc iniquum affuisse animum satis constat ex verbis illis, quæ suapte natura cõtumeliosa sunt, talis. n. vnus cuiusq; mens fuisse præsumitur, qualè verba ipsa præ-

a l. item apud. §. generaliter, de iniur.
b l. 3. C. de off. rect. prou. ver. si non ad libidinem, & l. quisquis. C. de postul.
c l. eum, qui, §. fin. de iniur. l. 1. §. diuus, ad l. Cor. de fca. ca. 1. in fi. 15. q. 6.

a l. labeo, in
fin. de sup.
leg. l. Scia, de
tut. & cu.
b c. r. in fi. 15
q. 6. l. verum.
l. qui iniurię,
de fur.

c c. relegen-
tes. 23. q. 5.

d Gl. ca. r. ver.
qualitas, de
coll. deteg.
& d. c. relegē-
tes.


e l. 2. C. quan-
do & quib.
quar. pars. li.
10. l. 3. C. quę.
test. aper.

præ se ferunt. *a* Non igitur conuitij & rei veritate excusatur, qui aliquem male dicitis vexat, non enim quid factum sit, attendimus, sed quo animo factum sit. *b* Cùm plerunq; & ea quæ per se bona, publiceque vtilia euadūt, ex quo tamē non bono facta sunt consilio, eum pœnæ nō eximant, qui talia ausus est perpetrare. *c* Nec enim sufficit bonum quid esse, sed bene factum, Cuius rei insigne nos celebramus exemplum Christi, summa cum veneratione semper nominandi seruatoris nostri, cuius patibulum, cùm ab æterno nos supplicio liberarit, nōsque illius neci vitam nostram acceptam referre teneamur, eos tamen qui tam dirum cruciatū in illum excogitarunt, tanti non vult sceleris pœnas effugere, cùm eorum cogitatio praua & iniqua fuerit. *d* Porro & in casu nostro, nedum malignum eius, qui te spurium appellat, consilium fuisse existimatur, sed & euentus ipse haud multò quidem melior existit, cùm errata nostra ab alijs publicè detegi & diuulgari valdè inhumanum & illiberale videantur. *e* Crederem tamen hanc regulā multis casibus posse temperari, quibus hæc spurij appellatio nullam conuicij pariet actionem. Inprimisque in iudicio, vbi agendo siue excipiendo à quopiam id in alium

alium diceretur. Vt si ob id ego tibi litteram intendam, quòd te illegitimè natum alicui ab intestato succedere non posse dicam, quin ea bona ad me pertinere. Aut tu ius tuum tuendo, eadem mihi obijcias, hinc enim non est, quod nostrum alteruter sibi contumeliam illatam conquerratur, cùm iuris executio nullam habeat iniuriam. *a* Huic simile est, vbi iusta alia causa ad id dicendum me impulisset, fortè quòd te sacerdotium aliquod, aut publicam dignitatē ambire intellexissem, egoq; ea spurij attestazione, inde te reiecissem, non enim hinc quicquam te lēdo, cùm ius publicum tuear, quod talia munera illegitimè natis non patitur mandari. Sic quoq; & extra iudicium multa exempla possunt excogitari, in quibus res ipsa quæ agitur, omnem iniuriæ suspicionem delet: Veluti cùm illi, qui ariolum quendā de futuro vitæ suæ statu curiosius consulerat, responsum est, eum tenui semper admodum fortuna vsurum, quòd pūden- dis editus esset natalibus. *b* Vel cùm mihi inter aliquos, de spurijs filijs, & eorum gestis, sermo incidisset, ego te vnà cū alijs multis illegitimè natis, sine villo dedecore tuo nominavi. Aut aliàs dixi, te, quāuis vulgò conceptus esses, summo tamen ingenio, summaq; virtute præditum esse.

a l. iniuriarū
1. §. 1. de iniu.
l. nullus vide-
tur, de re. iur.

b l. item a-
pud. §. si quis
astrolog. de
iniur.



esse. Aut aliter fortè in tua conditione bona fide erravi, cùm te Nothum esse sanè crederem. His enim casibus, quæ iniuria notari possit? cùm aliò oratio mea pertineat, quàm vt te quicquã mordeat, aut perstringat? præsertim cùm ad hanc iniuriarum actionem mouendam, dolum alterius præcessisse oporteat, nec lata culpa sufficiat. *a* Generaliter ergò vbi iusta quæpiam ratio se offerat, quæ dicentis animum purgare possit, cessabit contumelia, siquidem diximus suprâ, iniuriam tunc demùm fieri, cùm iniquo in alium animo sumus. *b* Propterea igitur, quâuis antea verba isthæc, vti voluntatis nostræ internuncia, contumeliosa videri potuissent, ex quo tamen causa nunc euidentis est, quæ ad id nos adduxerit, cedit coniectura illa quæ ex verbis oriebatur, contrario huic factò, *c* hæcque præsumptio, quæ præsertim cum rei veritate consentit, aliam tollit, quæ solis verbis antea nitebatur. *d* Hæc tamen causa, quæ iniuriæ suspicionem tollit, qualis esse debeat, cõmòdum non est explicare, cùm ipsa facti accidentia, & momentanea quædam, quâdoque iniuriam factam maximè suadeant, quandoque negent. Nam vt ex Demost. oratione refert Claud. *e* Non ex accepto vulnere, contumeliam ipsam semper possumus

a Bal. confil. 277. in 5.

12

b d. l. illud. §. 1. de iniur. l. si non cõuicij. C. eod. *

c no. in l. 1. C. ad l. Corn. de sic. & in d. l. si non cõuicij.

d Arg. Auth. itaque. C. com. de succ. & l. diuus, de inst. rest.

e in l. aut facta, de pœnis.

mus æstimare, cùm & ingenuis hominibus cedi non graue semper sit, nisi vbi in contumeliam verberentur. Quis verò contemptum illum, qui ex vultu, oculis, habitu, gestu, iracundiæque oritur, quæ singula iniuriam plerunque pariunt, alijs aptè possit oratione sua exprimere? Nam & quandoque factum aliquod narrari videas, quod audientibus minimè contumeliosum fuisse vnquam videri possit, ijdem tamen si affuissent, omnia per summam iniuriam & iniquitatem facta proculdubio respondissent. Erunt igitur in hac re omnia diligentissimè consideranda, personæ, tempus, locus, sermones antea habiti, & in primis illius animus inuestigandus, qui te eo nomine compellauit, cùm nisi is verè in te maleuolus extiterit, eum tu iniuriæ nequeas accusare. *a* Erit quoque & cõsuetudinis locorum ratio habenda, cùm dicat Castren. *b* id nomen spurij apud Tráfalpinos, id est, Gallos, *c* turpe nõ haberi, nec ex ea appellatione vllam iniuriã oriri, quod tamen hodie vsus comprobatur falsum esse. Apud Græcos autem olim valde ignominiosum fuisse legimus, cùm scribatur Sophoclem, *d* Oedipum ob id Corinthum reliquisse, & peregrè profectum esse, quòd ei probrum obijceretur, quòd esset Nothus; hortaturque Plutarchus, *e*

a Dec. conf. 487. col. fin. *b* in l. 3. in prin. de lib. & posth.

c Ripa. §. si quis rogatus, ad Treb. nu. 9

d in argu. Trag. Oedip. Tyran.

e in lib. de lib. educ. in princ.

eos

eos qui liberis operam dare volunt, ut legitima ineant matrimonia, ne alioquin eorum filij ab alijs carpi possint, quod minus iustos habuerint natales. Hodie quidem, quamuis in nonnullis regionibus, & maximè apud Barbaros, hoc spurij nomen nihil contumeliæ secum ducere videatur, frequentius tamen & regulariter hæc opinio omnium ferè gentium & nationū animos creditur peruasisse, ut qui libet se spurium appellari adeò indignè ferat. Erit ergò hærendum vsui locorum, & nisi quæ iusta ratio, eum qui ita alium appellat, ab iniuriæ illatæ suspitione tueatur, indubio, contumeliæ nomine poterit condemnari. ^a

^a Grammat. decis. 37.


CUR SPURIVM NASCI TVR,
pe habeatur, atq; illegitimi malè audire soleant.

- 1 *Græcorum lex de concipiendis filijs.*
- 2 *Cur spurij quandoque solertiores legitimis.*
- 3 *An filij ex parentum delictis debeant condemnari.*
- 4 *An patris naturam imitentur.*
- 5 *Virtutes & vitia ex propria tantum pendere voluntate.*
- 6 *Boni patres malos gignunt liberos.*

7 *Illegi-*

- 7 *Illegitimi monſtra natura.*
- 8 *Quæ dedit natura, à nobis non damnanda.*
- 9 *Matrimonium cur inſtitutum.*
- 10 *Spurij quidam, ut legitimi habendi.*

C A P. L X V.



VR verò illegitimi sic paſſim negligi ſolent, & veluti turpes perſonæ haberi? An quòd philoſophi ad generoſam ſobolem procreandã, hilarem mentem & omnibus curis ſolutam expoſcunt? unde Græcorū legibus cautum erat, ut qui ſe mulieribus ſuſcipiendæ proliſ cauſa eſſent iuncturi, hi omninò ſobrij, aut vino ſaltem parciffimè deguſtato cum ijs congregarentur, propterea quòd ſemen ipſum præſentem lætitiã vel mœrorem, aut alios affectus cõcipiat, eoſdemq; & in filios trãſmittat? ſpurij verò, ut abſq; magna animi perturbatione concipi nequeunt, dum fortè dubitant cõeuntes, ne interim ab aliquo deprehendantur, ita & exiſtimentur varium ingenium, minimèq; ſincerã mentem ab ipſo conceptu ducere? Sed hæc ratio generalis non eſt, ut quæ ad naturales filios, & quosdam etiam ſpurios nõ pertineat, qui

d cūm

a l. 3. de concub. l. 1. si ea. l. 1. quæ adult. C. de adult.

cùm ex eo congressu suscipiantur, cui nulla pœna iure indicta est, a eorum quoque parentes, ijs dando operam, viliæ mentis vexatione agiratos fuisse non est verisimile. Præterea dicendum potius videretur, hos ob hanc causam legitimis digniores esse iudicandos, cùm soleant hi ex furtiuo congressu, vbi insignis aliqua solertia, aut machinatio fuit adhibita, vt plurimum procreari, in quibus cõcipiendis, semper ferè arctius quoddam adest animorum vinculum, quàm in legitimis nuptijs, vbi nulla quandoque voluntatum coniunctio, sed ipsa tantum simplex copulatio potius ex consuetudine quadam, aut coniugali officio intercedit: qua ratione & solertiores legitimis filijs & patrib. etiam magis similes gigni nonnulli existimarunt.

b l. quisquis. C. ad l. Iul. maieft.

c l. fin. C. de nat. lib.

3 An verò spurios ita notamus, ob paterni delicti detestationem, quam in filijs ita leges plerumque solent vindicare? b vnde Iustinianus eos à patrum successione reiecit, vt maius ex hoc parentibus supplicium infligeretur, c & legimus in sacra pagina: Ego sum Deus Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, vsque in tertiam & quartam generationem. Quo argumento scripsit & libellum Plutarchus, De fera numinis vindicta, vbi multis probat rationibus iniquum non esse, si filij ex paternis

ternis peccatis condemnentur. Sed nec ratio hæc generalis est: quid enim deliquit pater in concubina, ancilla, aut meretricis complexu, quorum tamen filij & ipsi indigniores vulgò censentur? Sed & quomodo ad patres deterrendos id institutum quis dicat, cùm illis impunitas delicti interim condonetur? Nam quòd filij ex illicito illo concubitu nati, hac ratione deinde sint mulctandi, cùm incertum sit tunc patri, cùm mulieri illi se iungit, vli ne liberi ex tali congressu ei sint suscipiendi, parum id certè illum à proposito explendæ suæ libidinis poterit remorari. Id quidem scio quoque penes quoscunque bonos viros. legem illam quæ aliena errata aliorum vult supplicijs expiari, iniquiorè esse: nullum. n. patris delictum innocenti filio pœna est, vt Vlpianus ait. a Vnde Bion Philosophus hoc non minus ridiculum esse affirmabat, quàm si Medicus quispiam ob aui, aut patris morbum, nepoti medicamentum adhiberet. Cur enim pœna suam egrediatur auctorem, vt alios immerentes affligat? b Non est, inquit Chrysoft. c nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus, namque etsi matrem habuerit fornicatione pollutam, a liouè dedecore inquinatam, nihil tamen

a l. 2. §. nullum de Decurion:

b l. sancim⁹. C. de penis. c c. nunquã: 56. dist.

d z eum

a c. sponfus.
ead. dist.

eum illius crimina labefactabunt. Et Augustinus, a exemplo hoc discant filij, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. An verò spurij male audiunt, quòd scilicet paternæ libidinis & intemperantiæ successores existimentur? iuxta illud. b

b Glo. c. 2. de
fil. presb. in 6.

Sapè solet similis factus esse patri. Sicuti enim acrochordones & létigines genitorum, quandoq; in filijs apparent, ita putatur, qui ex incontine nti natus est parente, generis referre similitudinem? Vnde adagium, κακῶν κόρον, κακῶν ὄν.

Et Horatius:

Fortes creantur foribus, & bonis.

Est in iuencis, est in equis patrum

Virtus, nec imbellera feroces

Progenerant aquilæ columbam.

Sed minùs & hæc mihi ratio probari potest. Quis enim nescit, cum primùm quis natus est, alium effici ab illo, qui eum genuit? c atque suam cuique mentem esse diuino creatam arbitrio? Nam, vt inquit Hieronymus, non in seminibus, sed in voluntate nascentis, causa vitiorum posita est, atque virtutum, d nec maiorum nostrorum aut probitas, aut turpitudine, nisi in volentes filios potest deriuare. e Non enim hic ab ijs quæ corpus respiciunt, ad ea quæ animi

c ca. iam itaque. 1. q. 4.

5

d c. nasci, in fi. 56. dist.

e c. nunquã.
ead. dist.

nimi sunt, rectè quis potest argumèntari, a siquidem corporis pater author videtur, quòd mirum non est, plerunq; in liberis illi simillimum reddi. At animus, Dei ipsius munus est, quem is non aliundè pendentem, sed seipso constantem, & maximè liberum, mira tamen prouidentia vnicuiq; ingenuit, propterea quòd ad filios attinet, nihil est, quòd magis vtiq; credas, eos paterni ingenij vestigia imitari, quàm cæterorum, vel alienissimorum hominum voluntatem. Possem & illud addere frequentius id fortassè esse, ex optimis parètib; perditissimos filios proficisci: qua de re extat Spartiani ad Diocle. Imp. epistola, liceretq; infinitis exemplis in varijs vitæ generib; hoc comprobare. b Sed in reposita tam multa in promptu sunt, vt aduentis nihil planè sit necessarium, quæ nos infra referemus, c vnde cuilibet liquere poterit, quantum is decipiatur, qui in spurij paternâ lasciuia, & reliqua crimina putat ingenita. Cur igitur ita eos aspernamur, & veluti turpes personas fastidimus? Ego id in causa esse conijcio, quòd cum leges, procreandorum liberorum causa, matrimonium instituerint, quòd honestissimum est, & maximè commendandum: spurij, cum præter hoc institutum in lucem prodierint, præbèt se quodam

a vt in cõtrarijs, & facit c. dominus. 56. dist.

b Val. Maxi. lib. 3. cap. 4. 5. Plutarch. de sera. num. vind. c cap. vlt.

d 3 dam

7 dammodò cæteris contemnendos, quippe qui non more aliorum, nec ex legum præscripto, hoc se humani corporis amictu induerint, ut idcirco ceu naturæ monstra habeantur. *a* Ipsi verò nihil est, quòd in hoc parentes accusent, & quasi culpam totam in eos conferant. Væ enim qui dixerit patri, quid generas? *b* sicut nec lutum dicit figulo suo, cur me ita finxisti? *c* cum naturam non liceat accusare, *d* nõ magis, quàm si mulier se fœminam genitam ægreferret, aut alius fortunæ suæ succenseret, quòd illum non formosum, diuitem, & virtutibus multis ornatum edidisset. Quin debet quisque propriam conditionem, primæuumq; statum suum æquo animo ferre, & quæcunque illi in ipsis natalibus contigerunt, benignè sustinere. Leges autem optima scimus ratione, matrimonij ius instituisse, tum ne alienæ & sordidæ stirpes ingenuis & splendidis natalibus subrogarentur, *e* tum ad excrecentem hominum libidinem continentendam, *f* tum ut ordinum familiarumque dignitas conseruaretur. *g* Fortassè & ut filij haberent, unde optimos mores ediscerent, cum alioquin ij qui vulgò concipiuntur, ab illis non possunt parentibus edoceri, quos certos non habent, aut si quos habent, tales existant, qui eorundem

a arg. l. ostentum, de verb. sign.

b E sai. c. 45.

c Paul. ad Roma. ca. 9.

d l. maximū. C. de lib. præ.

e l. super statu. C. de quæst.

f §. natura. Aut. qui. mo. nat. sui.

g l. i. §. quamuis. de vent. insp.

rundem scelerum & turpitudinum potius, quàm honestæ vitæ essent illis documenta daturi. Hæc aut non de ijs quidem spurijs intelligimus, qui virtutum suarum splendore, nataliū origini tenebras offuderunt: eos enim apud bonos viros, nec villo contemptui esse, nec legitimis inferioribus iudicari omninò scimus, *a* cum, ^a Marf. sing. 273. ut inquit Sophocles:


ἀπᾶν τὸ χρηστὸν, γυναικῶν ἔχει φύσιν.

Legitima est natura viris, quibus optima mens est.

Quod & sequenti capite clariùs liquebit.

NOMINA ALIQVOT IN-
signium virorum, qui illegitimi fuere.

C A P. L X V I.



VM multis antea rationibus, varijs in locis, ut se res obtulit, ostenderim, nõ esse Nothos eo in numero habendos, quo plerique putant, non ab re hoc loco mihi facturus videor, quod supra argumentis probavi, id exemplis etiam demonstrare. Nam cum & ad finem propositæ materiæ me sentiam peruenisse, non

aptiore vlla me clausula vti posse duxi, quàm insignibus aliquot viris enumerãdis, quorum mentio, cum & quæstionib. antea à nobis tractatis, valdè inferuiat, tum etiam elegantibus plerisque viris fortassè non erit iniucunda. Atqui nõ omnes quidem Nothos hïc à me recèsendos profiteor, quorum nomen egregijs eorũ meritibus, literarum monumentis dignum sit commendari. Quis enim breui libello tantum possit negocium complecti? cum diuersis terrarum in locis innumeri propè floruisse dicantur, inter quos sufficet nobis, nonnullos Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, Iurifconsultos, Oratores, aliosq; aut belli gloria, aut literarum studijs, aut alijs vitæ generibus claros, prout nobis occurrerunt, tumultuario referre, ex quibus paucis deinde facilè erit vnicuique intelligere, in omnibus rebus, quæ maximè & præclarissimæ inter homines habentur, spuriorum virtutem valdè emicuisse. Quare non defuerunt ex Græcis, *a* ac nostratibus etiam, qui illos nihilo legitimis filijs inferiores, fortè etiam ingeniosiores, & solertiores esse affirmarent. Hinc Statius :

*Vidi ego transfertos alieno in robore ramos
Altius ire suis.*

Et

Et Euripides :

Μάτην δ' ἔθνητοί τ' ὅς νόθους φεύγεις ἄρα
παῖδάς φυτεύει, ὅς γὰρ ἀνθρώπος φύη
οὐ τούνομα' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθείρει.

Ex nobis spurios nasci, non turpe putandũ est,

Fac namq; ingenio valeant, fac moribus, ipsum

Haud unquam poterit naturam inuicere nomen.

Possètq; hæc sententia acutis multis & validis rationibus communiri, prout alias etiam attigimus, *a* Sed in præsententi contenti erimus aliquos tantum Nothos memorare, quos apud varios authores obiter aliquando relatos offendimus. Siquidem & eos prætermittimus, qui in Poëtarum libris ex Dijs geniti, & Heroes clarissimi fuisse traduntur, cum, vt inquit Plinius, dicere inter Deos connubia, aut adulteria, proximè ad dementiam accedat. Sicuti nec eos persequimur, qui apud Turcas, Ægyptios, Scythas permulti dicuntur, ijdemq; in imperijs successisse, & fratres regno sæpè spoliasse. Quis enim in referendis barbararum gentium moribus nos debeat labor occupare? quibus cum recta viuendi ratio sit ignota, illegiti-

d 5 mos

a Stobæ.
λόγω οὐκ.

a cap. 55.

mos quoque ab alijs secernere, nulli ferè curæ videtur? Eorum igitur, qui ex nostris legibus verè Nothi habiti sunt, aut tales communi opinione crediti, non nullos in præfenti dicere aggrediemur: prout ex varijs historiarum, tum veteris, tum nostri temporis monumentis accepimus, præcipueq; ex Volaterrano, Sabellico, Riccio, & alijs permultis, qui in obseruandis rebus memoria dignis, easq; nobis fideliter tradendis, diligentissimi fuerunt.

A.

A Malech, à quo Idumæa terra, dicta Amalechita.

Artaxerxes, qui imperium Persis restituit.

Arideus ex Philippo Maced. Rege.

Andriscus Rex Macedon.

Aristonicus Rex Pergami.

Alexander Seuerus Imper.

Aurelianus Cæsar Imper.

Arnulphus Cæsar, ex Car. Magni genere.

Athelstanus Rex Britannia.

Aroldus Rex Britannia, Cuntonis fil.

Albanus Martyr, ex incestu patris cū filia.

Annibal Bentiuolus, Ioannis I. filius.

Alexander Medices, Dux Florent.

B.

Bartolus Iurisconsultus.

Bor-

Borsus Dux Ferrariæ.

C.

Cidrellus, qui Meuntem urbem extruxit.

Cæsarion, ex Cæsare & Cleopatra.

Constantinus Magnus Imper.

Crispus Constantini fil. Cæsar factus.

Clodoueus I. ex Regib. Franc. qui Christum coluerit.

Crominus fil. Ducis Britonum, qui cum Clotario conflixit.

Carolus Marcellus, ex Pipini genere.

Carloneus Aquitania & Burgundia Rex.

Cæsar, Alexandri VI. Pontif. filius, primò Cardinalis, inde Dux Valentia.

Carolus Vrsinus, qui Alexandri VI. exercitum fugauit.

Christophorus Longolius Orator.

Clemens VII. Pont. Max.

Cælius Calcagninus.

D.

Dan, à quo ciuitas prope Libanum, & Tribus quædam denominata.

Darius vnus ex Regibus Persarum.

Demosthenes Orator.

Dionysius I. Pont.

E.

Epitus, qui Theoniam urbem condidit.

Entius Rex Sardania, Federici secundi filius.

Erasmus Roterodamus.

Fede-

F.

Federicus Princeps Antiochiæ, seu, vt alij volunt, Rex Thuscorum, ex Federico II. Imper.
 Federicus Urbini Dux, Nothus putatiuus ex Guidone.
 Ferdinandus Rex Neap. ex Alfonso Rege Aragon.

G.

Goliath qui cum Dauide singulari certamine est congressus.
 Gnopus, qui Entiam urbem ædificauit.
 Galerius Maximianus Imper.
 Gensalaricus Rex Hispaniarum.
 Guilielmus ex Roberto Rege Normand. qui Arnoldum Britannia Regem occidit.
 Gratianus compiler Decretorum.
 Gabriel Vicecomes, à Galeatio testamēto relictus, Pisarum dominus.
 Georgius ab Austria, Episcopus Leodien.

H.

Hercules spurius, & Princeps ordinis spuriorum.
 Homerus Poëta.
 Heliogabalus Imper. qui & Varius dictus.
 Henricus II. Rex Hispaniarum.
 Henricus Rex Sicilia.
 Henricus Episc. Leod. Imperij Princeps.

I.

Ismael

Ismael Abrahæ fil.
 Iepthæ inter sanctos à Paulo numeratus.
 Iugurtha Rex Numidarum.
 Ioannes X. Pontifex.
 Ioan. Rex Portugaliæ, Ferdinandi fil.
 Ioan. Dunensis, comes ex Ludo. Aurelia. Duce.
 Iacobus III. Plumbini Dux.
 Ioan. Andreas Iurisconsultus.
 Iacobus Rex Cypri.
 Ioan. Sfortiæ, Pisauri dominus.
 Innocentij VIII. filij, quos ipse primus Pontificum palam iactare, & honoribus prosequi cœpit.
 Iason Iurisconsultus.
 Ioan. Matthæus Gibertus, Episc. Veron.

L.

Lyrceus, à quo Lyrcea Vrbs.
 Lamusius Rex Longobardorum.
 Ludou. Rex Francorum, Ludo. Balbi fil.
 Leo V. Pontifex.
 Leonellus Marchio Ferrariæ, Nicolai III. fil.
 Laurentius Cibo. j. Cardinalis.

M.

Muregactus Rex Hispan.
 Manfred. Rex Neapol.

N.

Nicolaus III. Marchio Ferrar.

P.

Pipi-

Pipinus, Caroli Magni filius.

Petrus Longobardus.

Pomponius Lætus, teste Sabellico, in eius
vita ad Maurocenum.

Pōtiffices plures relati in Decretis, 56. dist.
Romulus.

Remus. Reges Romanorum.

Raimirus primus Aragoniæ Rex.

S.

Salamon.

Seruius Tullus Rex Romanorum.

Sigisbertus Normanniæ Rex.

Sanctus Bentiuolus à Bonon, ad regendā
Rempub. accersitus,

T.

Theseus.

Teucer.

Themistocles.

Theodibertus Rex Francorum.

Theodoricus Gottorum Dux.

Tancredus Rex Siciliae.

V.


Vologhesius Rex Parthorum.

Vrsus Vrsinus duos filios Nothos, Nolæ &
Ascoli Duces, hæredes reliquit.

Z.

Zenebaldus Rex Lotharingiæ.

AD LECTOREM.



*P*EC sunt qua mihi de filiis
illegitimè natis, differenda
se obtulere, non ea sanè subti-
litate & elegantia, quæ par-
fortè erat pro rei dignitate,
sed summa quidè diligentia & studio in per-
quirendis undiq; locis omnib. quibus præsens
materia, à nemine hæctenus tractata, satis
etiam obscura, posset illustrari. Quocircà &
de alienis quoq; disciplinis, multa quandoq;
sumpsimus, aliorumq; authorū, tum Græcorū,
tum Latinorum testimonia nonnunquā adhi-
buimus, non ambitiosè quidè, & multiplicis
doctrinæ ostentanda causâ, ut multi solèt, sed
quòd ad rē ipsam, de qua agebatur, apertius
declarandam, hæc apertissima & maximè ne-
cessaria esse existimauimus. Reliquū nunc ef-
set, nequid ab ullo in hac materia posset deside-
rari, ut aliqua de filiorū legitimatione adiū-
geremus, traderemusq; quo pacto hi ipsi No-
thi, natalib. restitui possint, & ad aliorū legi-
timorū iura peruenire. Sed cum ego præsens
negociū ob id præcipuè aggressus fuerim, ut
illud opus, quod à cæteris omisū erat, primus
tractarē, non videor mihi à quoquā iure no-
tari posse, quamuis de legitimandis spuris ni-
hil in præsentis conscribam, hæc enim & alij co-
piofissimè egerunt, extantq; diuersa de filiorū
legitimatione, inscripta comentaria, in que
omnia

AD

AD LECTOREM.

oīa huc pertinētia, uberrimè collata fuisse videtur. Ego autē cum mihi id initio proposuissem, ut de iniustis filiis potissimum disputarē, ita me deinde intra praescriptos fines semper cōtinui, ut ea tantū attigerim, quae de iis dici poterant, quo ad scilicet natalia illa caligine adhuc obsepti sunt, nec inter legitimos aut possunt, aut conantur caput attollere, q̄ pars, ut dixi, ab alijs iuris interpretib. prorsus fuerat praetermissa, & ab hac etiam, si quis attētius cōsideret, iure proprio distinguēda est. Nō inficior tamen, habuisse me in aīo, his absolutis, hoc quoq; argumento aliqua tradere, sed iam cum ad huius extremū me pervenisse p̄spicerē, malui deinde hoc quaecumq; esset, ita persemittere, quā in longius ullū tempus differre, ut hinc iam hoīm iudiciū explorare inciperē, quemadmodū & cetera, quae addidisse, probanda publicè forent. Erit igitur opusculum hoc, praelydy cuiusdā loco in ceteras lucubrationes meas, ut si hac non omninò dānari intelligā, tum quoq; non solum ad cetera de natalium restitutione prosequenda, sed ad alia etiā longè fructuosiora, & subtiliora quandoq; aggredienda mihi animum additū fuisse sentiam: sin contra, tunc etiam intelligere incipiam, aliò studiorum meorum cursum dirigendum esse, qui & mihi honorificentior, & ceteris quandoq; utilior esse possit.

INDEX

INDEX MATERIARVM, QVAE PRAECIPVE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

Prior nota paginam, posterior numerum in margine indicat.

A.	
A ccusatio quandoque laudabilis.	279.7 408.5
Actus insoliti praebent fraudis suspicionem.	279.10. 271.10.
Actus inter vivos difficilius quā ultimas voluntates reuocari.	214.2
Adami peccatum quando.	10.3
cur posteros omnes afficiat, non ita verò aliorum patrum crimina.	333.5
Adoptare an possit filios clericus.	180.6
an pater filium spiritu.	104.2 121.8. 369.3
Adoptiui filij nō excludūt substitutū.	181.7
Adulterium iure civile quod sit.	266.1
quid iure can.	76.4
Adulterij non accusatur maritus ab uxore iure civ.	88.4. & 267.2
Adulterini filij.	100.12
Affinitas an illicito coitu oriatur, & quae sit iusta, quae illegitima.	38.8
Alciati error.	104.2
Alimenta an hodie spiritus	e rijs

I N D E X.

rijs debeantur. 292.
 an etiam in terris im-
 perij. 302.
 an & nepotibus, & an
 pater aut hæredes id
 possint prohibere. 303.
 an naturalis, cui pater
 vnciam reliquit, hæc
 petere possit. 244. 4
 Alimentorum nomine
 quid veniat. 303. 7
 quando pater hæc fi-
 lijs iustis aut iniustis
 possit abnegare. 308.
 6.
 Alendi ne sint illegiti-
 mi à matre æquè ac
 patre. 307.
 Argumentū de alimen-
 tis ad dotē an valeat.
 310. 1
 Argumentum à coniu-
 gatis. 92. 3
 Athenienses quæ bona
 Nothis diuiderent.
 229. 14
 Aureum seculum. 12. 5
 Auspices in nuptijs. 23.
 4.
 B.
 Bastardi qui. 168. 7
 & vnde dicti. 116. 8
 Bonum quid esse non
 sufficit, sed benè fa-
 ctum. 412. 10
 Bonon. Colleg. non ad-
 mittit spurios. 366.
 Bononien. sermo ius nō
 facit. 402. 5
 C.
 Captiui nati sunt
 spurij. 65. 3
 Catulli carmina decla-
 rata. 361.
 Cautelæ ad instituēdos
 spurios. 318.
 & pro dāda ampla do-
 te spuria. 319.
 & ne illa mortua, dos
 à marito auferatur.
 323.
 CHRISTVS ex adul-
 terino stipite. 353.
 Ciceronis opin. de ve-
 teri hominum con-
 ditione. 42.
 Ciues Rom. an spurij ha-
 berentur, & quida-
 pud Græcos. 223. 5. 6
 Cuius quomodo quis
 cognoscatur. 225. 8
 Ciuita-

I N D E X.

Ciuitates superiorē nō
 agnoscentes, æquipa-
 rantur Imperatori,
 quo ad Iurisd. 244.
 Clandestinum matri-
 monium, an verè sit
 matrim. 57. 6
 & nati ex eo, an sint le-
 gitimi. 33. & 63.
 & 68. 8
 & clandestinum quod
 dicatur. 31. 8. & 55. 2
 Clericorum filij, an fa-
 crilegi. 100. 13
 an vnquam legitimos
 habere possint. 68. 7
 eorum munus quale.
 373. 1
 an castitati sint astricti,
 æquè ac Monachi.
 101. 15
 spurius clericus capax
 est bonorum patris.
 288. 6
 ex fructibus ecclesiæ
 coniunctos pauperes
 alit. 284. 6
 Coactus dare, an dādo li-
 beralis dici possit. 281. 2
 Cognatio spiritualis im-
 pedit matrim. 38. 8
 Cognat. legalis etiā ibi.
 Communis vsus loquē-
 di non facit ius. 402. 5
 vocat illegitimè natos
 filios. 78. 8. & 209. 8
 ex eo pendet, an spurij
 sint de familia. 387.
 & an nobiles. 393.
 Cōpromitti causas in-
 ter patrē & filiū, an de
 naturali intell. 208. 4
 Concubina quæ apud
 Latinos authores, aut
 Iurisconf. 75. 1. 76. 3
 qd ab vxō, differat. 71. 3
 an honesta dicatur, &
 quæ honestior. 77. 5
 quæ ita iure Can. vo-
 centur, & quæ per-
 mittantur. 81. 12
 ex varijs cōcubinis na-
 ti, & eodē patre, quo
 modo succedant. 256
 Concubinatus lege ciui-
 li nec probatur, nec
 damnatur. 70. 1
 ex legibus nomē sum-
 fit, & quomodo. 73. 8
 Iu. Can. omninò prohi-
 bitus, & grauius alijs
 fornicationib, vide-
 tur.

7 N D E X.

tir 76.3.4
 an lege ciuili vnquam
 interdictus. 79.10
 ei protestationem esse
 necessariam. 261.1
 an idem cum confor-
 tio, & de feruorum
 concub. 85.5
 Concupiendi filios lex
 apud Græcos. 417.1
 Conditio, si sine libe-
 ris, quomodo filiorū
 fauore apposta cen-
 featur. 271.3
 iniuncta religioso, quo
 modo intelligatur.
 174.
 an duplex vel simplex
 videatur. 182.8
 quando intelligatur
 de legitimis filijs tan-
 tum. 197.
 refert an à lege aut ho-
 mine apponatur.
 214.4
 Cōditio necessaria quæ
 182.9
 Conditio tacita, si filij
 nascentur. 188.7
 Confessio partis præua
 let omni probationi,
 & quando ei creden-
 dum. 129.4
 Coniugibus quando sit
 illicita copulatio.
 67.6
 Cōsensus vbi in aliquo
 actu requiritur, quo
 modo intelligatur.
 50.7.8
 Constantinus primus
 de naturalibus legē
 tulit. 220.2. 223.5
 Constantini acerbitas
 in naturales. 236.7
 Consuetudo spectanda,
 an spurij possint ha-
 bere honores. 137.9.
 an sint de familia.
 385. an nobiles. 393.8
 an sit iniuria dici spu-
 rium. 415.4
 Corrigitur lex, si dici-
 mus, hîc de rigore,
 ibi de æquitate loqui-
 tur. 294.12

D.

DAmnum quod di-
 catur. 60.9
 Damnatus coitus quis.
 97.5

7 N D E X.

97.5. & 159.6
 quis iure Can. 272.11
 an sit cum pluribus
 concubinis. 261.1
 an coniugati viri &
 solute mulieris. 266.1
 Deprehensi rem simul
 habere, si dicant se cō-
 iuges, an eis creden-
 dum. 119.2
 Denuncians fisco bona
 spurij, quid conse-
 quatur. 287.4
 Differentia inter ius ci-
 uile & Canon. in diju-
 dicando matrimo-
 nio. 29.4. & 124.8
 Differ. agnationis & co-
 gna. an quo ad illegi-
 timos sit sublata.
 254.9
 Digestorū in libris mul-
 ta esse, quæ iure Cod.
 fuerūt inuēta. 227.12
 Dignitates an spurij de-
 ferantur. 358. & 367.
 Dispenset quis illegiti-
 mos, & quādo. 370.6
 Dispensatio tacita. ibid.
 Doctores an spurij iure
 creentur. 216.

Donatio an reuocetur
 nascentibus liberis il-
 legitimis. 207. 217. &
 quid in matre. 218.
 Dos spurix qualis esse
 debeat. 315. 317
 si amplior detur, quā
 æquum sit, an valeat.
 316.3
 an pater ei dare coga-
 tur. 310. 311.
 soluto matrimonio
 quem spectet. 317.
 an ab eo præscribatur
 30. annis. 319.
 mariti verè dicitur.
 318.5
 & onerosa etiam quo
 ad filios. 323.7

E.

EAdem res variè quā
 doque censetur.
 126.11
 Ecclesia fauorabilior il-
 legitimis, quā ius
 ciuile. 15.
 à quibus reiiciat spu-
 rios, aut non. 376.5
 an sit loco filij. 180.5

7 N D E X.

eam ingredi spurij nō poterant. 349.2
 Educatio an probet filiationem, etiam in peritorijs. 144.4
 Emphyteosis Titio & filijs concessa, an ad naturales spectet. 190. quid in ecclesiast. 195.
 Emphyteota alienans partem rei, an cadat toto iure. 277.
 Equites nōstri temporis, an nobiles, & de illorum origine. 331.
 Error iuris aut facti, an in dubio præsumentur. 62.12
 an impediatur præscriptionem longissimi temporis. 350.
 Errās in iure aut facto, quando pariat filios legitimos. 52.
 Executor testamēti spurius à patre potest relinqui. 278.8
 Executoris testamentarij munus. 282.4
 Exceptio quòd quis sit spurius, statuto tolli non potest. 342.3
 Exponens filium, dicitur necare. 400.1
 & amittit patriam potestatem. 402.6
 Expositi infantes, an censeantur spurij. 399.
 an ad sacros ordines admittantur. 401.
 Expositorum legitimorum exempla. 401.4
 F.
FActa quando præsumentur. 130.6.7
 quomodo probentur. 138.5
 cū lex ea nominat, intelligit de benè factis. 386.
 Fœminas castiores decet esse quàm masculos. 88.3
 varia earum conditio in concipiendis filijs 157.5
 grauata, si sine liberis, an naturalibus susceptis, impleat conditionem. 175.8
 Fama an probet aliquè esse filium. 152.5
 transf.

7 N D E X.

transfert onus probandi in aduersarium & quando plenè probet 150.152.4.5
 Fama an tollat præsumptiones in fauorem filiorum. 160.1
 Familiæ nomen, ciuile an naturale, & quot modis sumatur, & an spurij sint de familia 377.
 Feudo quando naturalis succedat. 192.3
 Feudum acquirere potest spurius. 356.
 Feudum nobile. 398.6
 Feudi in successione, an utrinq; iunctus præserratur. 252.7
 Fideic, reiiciente hereditate, an hæres eam ab illo vel testatore capere videatur. 290.
 Filium se esse, quibus argumentis quis probet. 143.149
 mariti potius quàm adulteri præsumentur. 154.1
 quid cū mater negat, & fama consentit. 156.4
 an semel habitus, possit amplius negari. 157.8
 nominatus, an ex hoc filius probetur. 149.1
 an Patrū exempla imitentur. 207.419.421.5
 an ex patris delicto sint condemnandi. 418.
 an nuptias sine cōsensu patris hodie cōtrahāt filiorum triplex (39. probatio. 140.9
 Filiorū nomine an naturales veniant in testamentis, contractibus legibus. 169.190.
 an veniant fœminæ in contractibus. 190.1
 quando veniāt spurij. quando ex cōi (176.9 vsu loquēdi. 209.8.9
 Filius nomen est naturalis, vnde naturales filij. 192.3
 propriè dicitur natus ex viro & vxō. 201.3
 Filiatio probatur duobus testibus. 16.9
 eius quasi possessio quomodo acquiratur, & an etiā mortuo patre. e 4 147.5

I N D E X.

415.5
Filiusfam. an in dubio
 quis præsumatur. 132.8
Focaria quæ dicatur. 75.2
Fornicatio quid. 67.2
Frater an habeat quere-
 lam, instituto nepo-
 re, ex filio spurio. 338.
 quid si spurius insti-
 tuatur, aut etiam le-
 gitimatus. 351.
Fraus quomodo probe-
 tur, patris & spurij
 colludentis? 246.9

G.

Gentilitia insignia,
 an spurij dese-
 rant, & quomodo. 386.6
Galli an turpe putent
 hoc nomen spurij. 387.8. & 415.14.

H.

Hæbræi cur permit-
 teret mortui fra-

tris vxorē duci. 37.5
Homerus legem scriptā
 nunquam nominat. 5.4
Homicidio pœna pecu-
 niaria imponi potest 347.11
Hospitalia administra-
 re spurij possunt. 377.
Hospitalia spuriorum. 396.
Hybridæ qui. 107.6

I.

Iason spurius, & à Col-
 legio Mediolanen-
 si reiectus. 61.11
Ignorantia Iuris quan-
 do noceat. 59.
Ignotus qui est genere,
 an spurius dicendus. 403.7
Illegitimi qui propriè
 olim dicerentur. 401
 quando primùm à le-
 gitimis distincti. 15.
 varia eorum genera. 94.
 apud Græcos quomo-
 do vocentur. 109.9
 qui

I N D E X.

qui videantur hone-
 stiores, aut nequio-
 res. 110.11
 an certum patrem pos-
 sunt ostendere. 163.
 an vnquam legitimis
 fauorabiliore. 202.5
 non vocant in ius pa-
 tris, sine venia. 206.1
 quando filiorum no-
 mine contineantur. 110.11
 quandoque solertio-
 res sunt legitimis, &
 quare. 418.2
 an dicantur de domo,
 & genere patris. 379.
 an iure diuino ab ho-
 noribus arceantur. 367.
 semper inferiores sunt
 legitimis. 357.16
 necessaria illis à patre
 debentur. 313.
 sequuntur matris ci-
 uilitatem. 225.9
 putantur sparsim geni-
 ti Iure ciuili. 164.1
 dicuntur imperfecti. 130.5
 nullo iure patri sunt

coniuncti. 213.1. nisi
 quo ad nuptias. 12.15
 & alijs casibus. 206.
 211.
 dicuntur filij secun-
 dum naturam. 301.4
Illegitimè factum an a-
 liquid ante leges esset
 scriptas. 3.1. & 7.9
 reliqua in ver. spu-
 rius. & ver. natura-
 lis.
Immunitas ob numerū
 filiorum, an de natu-
 ralibus intelligatur. 202.4
Impossibile quando di-
 catur, quod pendet à
 voluntate Principis. 179.4
Incestuosi qui. 99.10
Incestarum nuptiarum
 pœna an Iure Cano.
 procedat. 271.9
Infamia nō præsumitur
 & videtur aduersus
 naturam. 130.5
Infamia facti quæ. 356.
 14
Infamem esse, pœna est.
 ibid. 15
 e 5 **Infamem**

INDEX.

Infamis nūquid sit spu-
rius. 348.
an is, qui cum alia, præ-
ter vxorem, congre-
ditur. 356.15
an nobilis dici possit.
388.1
Iniuria ne fit appellare
aliquem spurium. 404.
Iniuriam difficile est di-
iudicare. 410.412.
Iniuriarum actio quan-
do detur. 405.1
exigit dolum, neclata
culpa sufficit. 409.
413.
quid si verum obijcia-
tur. 411.409.413.
Insignia illegitimorum
387.7
Intell.l.3.concub. 73.8
Intell.l.placet, de lib. &
posth. 190.
Intell.l.Lucius, de vul.
& pup. 227.
Intell.l.filiusfa. §. cūm
quis, de leg.1. 172.
Intell.l.vxorem. §. pa-
ter naturalis, de leg.
3. 313.5
Intell.l. generaliter. §.
spurios, de Decur.
361.4
Intell.l.1.C. de adul. 266
Intell.l.3.C.eod. 208.
Intell.l. si vnquam. C. de
reuoc. don. 212.215.
Intell. Auth. de Nothis,
aliās, quib. mod. nat.
effic. sui. 104.2
Intell. d. Auth. in princ.
232.3
Intell. §. natura, ad Aut.
14.8
Intell. c. sufficiet. 27. q.
2. 50.
Intell. c. cūm causam, de
raptor. 52.12
Intell. c. per venerab. in
fin. qui fil. leg. 294.
Intell. ca. cūm haberet.
de eo qui dux. in ma-
trim. 295.
Ius naturale duplex,
præter vulgare Doct.
differentiam. 6.5
aliter secundum Iu-
riscon. aliter secun-
dum sacras literas su-
mitur. 11.4
quandoque prohibi-
tum, quandoq; per-
missum.

INDEX.

missum. 93.
Iure natur. an quicunq;
coitus licitus esset. 3.
nulla differentia olim
inter legitimos & il-
legitimos. 14.8
Ius patronatus an illegi-
timis cōcedatur. 377.8

L.
Leges nostræ à sacra
pagina in multis
dissentunt. 11.4
extemporum varietate
mutantur. 243.
Legum scriptarum pri-
mi authores, & quo
tempore. 5.3
Lex quid sit, & quando
inuenta. 8.10
Legitima statuto mi-
nui, & in totum tolli
potest. 342.
Legitimi filij secundum
patriæ consuetudinē
vocandi. 18.3
an hodie ex fernis oriā-
tur. 91.1
quandoq; oriuntur ex
præsumpta fornica-
tione. 125.10
sequuntur patrem, il-
legitimi matrē. 92.2
magis semperquàm na-
turales diligi præsu-
muntur. 186.3
in successione nunquā
illegitimis sunt infe-
riores, quandoq; ta-
men cōcurrunt. 243.
Legitimus & illegiti-
mus quis eodem tem-
pore. 68.8
quidam nec legitimi,
nec illegitimi. 70.1
Legitimè natum, quo-
modo quis se probet
126.11
Legitimus an in dubio
aliquis existimetur.
ibid.
Legitimati an admittā-
tur ad emphyt. eccle-
siasticam. 197.3
an æquè ac legitimi
succedant. 291.
an verè sint legitimi.
393.
an dicantur nobiles.
399.
spurij amplius dici nō
possunt. 412.
Legi-

INDEX.

Legitimus per subsequens matrimonium, an in terris imperij ut legitimus succedat. 77.6

Legitimitas abolet omnem maculam. 190.352.6

Legitimatione filij, donatio non reuocatur. 214.2

Legitimari spurius quando inuitis agnatis possit. 287.2.3

Legitimus si instituitur, an fratri detur querela. 351.5

Legitimare quamuis non possit populus, potest tamen capacem aliquem facere bonorum. 344.6

Liberorum verbum an iuris sit, an naturales vnquam contineat. 189.9. & 215.5

Liberalis an videri possit, qui cogitur dare. 281.

M.

Manzer quis. 96.

Maritus cum alia femina congregatus, quando accusari possit. 268.4

Materfam. quæ, & matrimonium per coemptionem. 21.2

Mater quomodo succedat naturali filio. 246.9

quomodo spurio. 263.3.

quando filios alere tenetur. 305.1.2

Matrimonium vnus vxoris & viri, cur institutum. 9.1.33.1

aliquid verum, sed non ratum. 17.2

iustum apud Romanos quale esset. 18.4

an verba necessario requirant. 27.1

varij illius ritus. 26.28.

cur inter propinquos prohibeatur. 35.

quo gradu olim & hodie permittitur. 36.

est quid spirituale. 41.

an

INDEX.

an sine consensu patris valeat. 39.

contra interdictum Ecclesie contractum, an legitimos reddat filios. 65.

quando presumatur ex cohabitatione. 115

cur id potius quam fornicatio presumenda. 131.7

causæ matrimonij secundum Ius Canon. deciduntur. 28.2

ad Thalac matrimonium quale. 108.8

quid ad Morganicam 108.

Meretricius concubitus peccatum est. 76.4

impunitus tamen dicitur, & quare. 98.6

259.6.

Monasterium ingressus spurius, legitimus redditur. 139.4

quid si clericus tantum fiat. 288.6

Monachus spurius Abbas eligi non potest. 369.4

N.

Nasci ex fornicatione, culpa parentum est. 353.12

Natalium restitutio, quid sit, contra Budaum. 396.3

Natales proprii nunquam æreferendi. 422.

Nati in figura matrimonij, qui dicantur. 85.6

cur potius filij dicantur quam alij. 171.5

quid ab alijs differant. 88.245.

cur olim substitutum non excluderent, hodie secus. 167.173.

Natus domi ex viro & vxore presumitur filius. 144.3

nec potest ut alienus à parentibus rejici, nisi. 155.2

acquirat ius proprietatis, & possess. filiorum. 160.1

Natus ex ea, quam quis sumptibus suis alit, aut ex ancilla propria aut

INDEX.

aut sim. muliere, an dicatur filius. 167.4
 Nati vndecunq; Dei æquè sunt filij. 352.8
 Naturales filij, cur hoc nomine vocentur. 70.2.73.7
 hodie paucissimi reperiuntur, & quare. 75.2.132.8
 iure Can. qui vocentur. 76.5
 qui ex communi usu loquendi. 78.8
 accipiuntur quatuor modis. 78.9
 ex seruatorum consortijs qui sint. 82.1
 pro iusto filio quandoq;. 107.1.239.3
 in dubio quis non presumitur. 140.8
 quando substitutū excludant. 174.7
 extantibus legitimis, pro extraneis habentur. 185.1.3
 in feudo quando succedant. 190.3
 an videantur filij. 213.2.5.
 an æquè ac legitimi à patre diligendi. 212.
 absq; peccato concipi non possunt. 195.1
 an iure digestorū succederent. 218.
 quis primus de ijs aliquid sanxerit. 229.
 an ciues Rom. dicerentur. 223.
 cur matri potiùs quàm patri succedat. 232.4
 quomodo succedat ex testam. & ab intestato. 240.
 an inter se succedant, & quomodo. 251.5
 an olim legitimi dicerentur. 72.6
 reliqua in ver. illegitimus, & ver. spurius.
 Nefarij qui dicantur. 100.11.
 Nepos legitimus ex filio spurio, an possit ab Auo institui. 328.
 Nepoti relictum, an videatur contemplatione filij. 331.335.6
 & dicitur aduentitiū, nō profectitiū. 335.7
 an

INDEX.

an relinqui aliquid possit extantibus legitimis. 337.9
 Nobiles an dici possint spurij. 112.
 ex locorum consuetudine accipiendi. 393.8
 Nobilitas quid sit. 26.
 opiniones. 387.3
 à patre, non matre descendit, nec statuto aliter caueri potest. 387.2
 quid sit nobilitas secundum Theologos, Philosophos, & Iuriscōsultos. 385.4
 vsque ad pronepotes transit. 394.1
 à Principe quando conferatur. 397.4
 Nominatio an probet filium. 148.1
 Notarij an possint esse spurij. 360.
 Notarij ad banchum, & alij. 360.3
 Nō hi qui sint, vnde dicti, & à spurijs quid differant. 102.115.
 Nouellarū const. verba Græca qualia, 105.3
 P.
 Pœna maior, à maiori plerunq; bono. 203.6
 non est statuta, omnibus rebus prohibitis. 270.7
 par esse debet delicto, multa exempla. 276.5
 Palàm matrimoniū contractum, quale. 55.2
 Palàm an tacitè spurijs aliquid relinqui refert. 275.3
 Pater certus an possit probari. 134.136.
 an possit acquirere emph. spurijs. 198.5
 quomodo & quando succedat naturalibus. 247.
 quando in spurium aliquid liceat conferre. 278.282.
 cur alere filios potiùs quàm mater teneatur. 308.5
 eius macula afficit filiū, & quō. 330.334.
 Patratus cur nemo nisi legitimus. 363.364.
 Pauper-

INDEX.

paupertas non excu-
sat à crimine libidi-
noso. 303.
Pauperibus non subue-
nire, peccatum. 315.
Pensio quid sit. 372.2
laicis conceditur. 375
4.
plura illius genera.
377.7
an spurij detur. 372.
Pontifices sunt quan-
doque spurij. 372.7
Pont. quidam ignoto ge-
nere. 403.8
Positionibus cogitur he-
res respondere, an in
gratiam spurij cum
testatore colluserit.
280. 11
Possessio sola quando
in petitorijs sufficiat
146. 6
Practica in probanda fi-
liatione. 143.2.152.
Præscribatur an dos à
spurio spacio 30. ann.
319.
Præscriptio longiss. tem-
poris impeditur er-
rore iuris. 319.
Præsumptiones legum,
liquidissimæ proba-
tiones. 136.2
Præsumitur magis ho-
nestū possibile quàm
inhonestum. 124.4
Præteritus spurius à pa-
tre, an impugnet te-
stamentum. 137.3
10. & 246.7
Prima charitas à nobis,
283.5
Princeps comprimens
mulierem, præsumi-
tur per vim id fecisse,
291. 15
Prohibitus sui odio
quid habere, intelli-
gitur tantū quo ad
lucrum. 375.
Probatum plenè quan-
do dicatur. 136.3
Probatio per indirectū.
140. 8
Probare quis debeat mi-
nore ætatē, aut pa-
triā potestaté. 220.2
Pupillaris subst. non fit
naturali filio. 239.4
Putatiuū matri. & an le-
gitimi ex eo orian-
tur.

INDEX.

tur. 52.
in consilijs. 55.3
58.7. 62. 12
Q^uerela inofficiofi.
Vide in versic. fra-
ter.
R.
Religionem ingre-
diens spurius, fit
legitimus, & capax
paternorum bonorū
288.5
Religiosorum filij, ser-
ui paternæ ecclesiæ.
178.2
& cæteris turpiores,
curq; ita. 107.
Remunerationis causa,
an pater spurio do-
net. 290.
Rescriptum super bene-
ficio, intelligitur si il-
le legitimè natus sit.
370.5
Roma communis pa-
tria. 226.
Romano populo omnes
subiecti, hodie ciues
Rom. 226.10
Ruinus sibi contrarius
f
S.
Sacerdotum onera.
372.
ea obtinere honos est.
376.6
Sacra pagina de illegiti-
mis loquitur. 5.4
Sacrilegi qui dicantur.
73.
Sanctorum patrum di-
cta in foro quid va-
leant. 348.
Scriptura non est de le-
gis substantia. 8.10
Secundis nuptijs intra
annum luctus, an pœ-
nahodie remissa. 93.4
Senat. cons. Claudianū.
87.2
Serui publici. 358.
Serui an iuregen: pro
mortuis. 85.
confortia ineunt, & cō-
cubinatum. 86.
pariunt naturales, &
spurios. 88.
habent iura cognatio-
nis

INDEX.

nis. 91.1
 an inuito domino cō-
 trahant matrimoniū
 ibid.
 eorum filij sacris ini-
 riantur. 93.4
 legitimus quis & fer-
 uus esse potest. 94.5
 in Seruitute susceptus
 quis dicatur. 84.3
 Solus, dictio, quomo-
 do accipiatur. 50.10
 Solennia in nuptijs, an
 omninò necessaria.
 213.
 Solennia matrimonij
 Iure Pont. quæ, & an
 necessaria. 28.2. &
 seq.
 Solidū capere non pos-
 se, quomodo declarā-
 dum. 242.
 Soluendo qui nō est pa-
 ter, spurium institue-
 re potest. 293.
 Spiritualia quando pa-
 triam negligāt pote-
 statem. 50.9
 Sponsa quando præsu-
 matur cum marito
 concubuisse. 123.7
 Spuriij qui dicantur. 97.
 4.255.1
 ex communi vsu lo-
 quendi naturales.
 78.8. & cur ita. 98.6
 ex dānato coitu. 97.5
 Spuriij, vnde dicti. 112.3
 apud veteres loco præ-
 nominis. 114.4
 an vnquam dicantur
 filij. 176.9
 qui possint à patre in-
 stitui, aut non pos-
 sint. 257.4
 duo illorum genera.
 257.2
 cur non succedant ab
 intestato. ibid.5
 quomodo succedant
 matri, aut cognatis,
 aut quis illis. 263.3
 302.
 nati ex coniugato & so-
 luta. ibid.
 ex damnato coitu, cur
 nil à patre habeant,
 nec inuicem succe-
 dant. 272.11
 si quid illis in fraudem
 relinquatur. 288.
 quid possint à patre
 habere.

INDEX.

habere. 289.
 quibus modis à patre
 capiant. 277.
 an eis alimenta debeā-
 tur. 269. & quare.
 301.
 an iure Can. filij vocē-
 tur. 298.7. & 301.4
 non succedūt Iure ciu.
 aut diuino, 340.
 olim quicunq; succe-
 debant matri. 343.
 an sint infames. 348.
 varia eorum crimina.
 ibid.
 testimonium non pro-
 bat semiplenè. 351.
 prouocare possunt ad
 duellum. 352.
 feudum acquirere, ho-
 nores & alia. 356.
 cedunt fratribus mi-
 noribus legitimis, in
 omnibus. 358.
 an dignitates obtineāt
 ibid.
 an iure Canon. 367.
 an dicantur de familia
 patris. 377.
 an possint censerī in-
 ter nobiles. 391.7
 eos cognosci an Reip.
 expediat. 410.7
 sic nominari an sit in-
 iuria. 404.
 cur talem nasci turpe
 videatur. 415.
 monstra naturæ. 422.7
 quidam vt legitimi ha-
 bendi. 424.
 nonnulli insignes viri
 habiti. ibid.
 Spuria an dotanda, &
 quatenus. 310. & 315.
 Spurium se narrans in
 rescripto, cū sit in-
 cestuosus, an reddat
 id surreptitium. 93.4
 an eligi possit ab eo,
 qui rogatus est hære-
 ditatem arbitrio suo
 restituere. 280.
 reliqua in ver. illegiti-
 mus, & ver. natura-
 lis.
 Statutum, statibus ma-
 scu. & cæt. an de na-
 turalibus intelliga-
 tur. 202.3
 an valeat, vt spurij cū
 legitimis succedant.
 331.
 f 2 præ-

7
I N D E X.

præbens occasionem delinquendi est nullum. 340.
quando valeat, ubi peccatum oriri potest. 346.
Stipulari alteri quando liceat. 192.4
Stipulatio pro se & filijs, intelligitur ordine successiuo. ibi. 5
Substitutio compend. fingitur quandoque vulgaris, aut pupilla. aut fideic. 187.6
Substituti filij intelliguntur, qui possunt succedere ab intestato. 171.3
Substitui an naturalis legitimo possit. 242.
Successio mutua inter patres, & filios naturales. 249.
diuersa tamen à dispensatione. 263.3
Semper seruanda lex ciuilis quocunque casu. 246.8. 271.10

Tabellionis munus vile. 358.
Tacitum fideic. quomodo dignoscatur. 276.4
Temporum per interualla quod soluitur, leuius videtur. 311.3
Terræ filij. 404.9
Testari non potest spuria de dote sua. 322.
Testamen. cum duobus testibus inter filios naturales, an valeat. 200.2. 203.7
quid in matre. 209.6
Testam. in quo præteritus spurius, quatenus rescindi possit. 218.10
Testimoniū spurij, nec semiplenè probat. 351.4
Tutores qui sint illegitimos filiorum. 322.
Tutores dari naturalibus, vel legitimis quid differat. 326.

T.

V.

Valen-

I N D E X.

Valentis & Valentin. leges de naturalibus. 233.6
Varij pro illegitimis. 99.8
Veneti nothos & legitimos ignobiles dicunt. 393.
Verba in matrimonio cur magis expressa Iure Can. quàm ciuili requirantur. 29.5
in conditionibus aliter quàm dispositionibus capi. 170.1
alia ciuilia, alia naturalia. 379.1
enunciatiua quando probent. 150.
Veri filij. 137.4
Vernæ qui dicantur. 89.5
Veteris testam. dicta in causis quid profint. 345.8.
Virtutes & vitia ex propria pendere voluntate. 420.5
Vltima quando derogent præcedentibus. 161.3
Votum castitatis à coniugibus factū, an reddat illegitimos filios 66.4
Vulgò cōcepti qui sint, & vnde dicti. 99.7
114.5
Vxor maritum adulterij non accusat. 88.4
267.2
Vxores triplicis generis apud Rom. 21.1
Vxores plures an olim ducere liceret. 10.2
12.6. 33.1

F I N I S.

f 5

FRANCOFVRTI,
APVD NICOLAVM
BASSÆVM, ET IOAN.
NEM BELLE-
RVM.



M. D. LXXIII.

UNIVERSITY OF CHICAGO